
ARISTOTLE
PARS VI







ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS

Problematum

Sectiones duæ de quadraginta.

Quæstiones Mechanicæ. De miraculis naturæ. Physionomica. De lineis insecabilibus. hæc & alia sequens pagina indicabit.

Quibus Alexandri Aphrodysæi Problematum Libri adiecti fuere.

PARS SEXTA.

Argumenta in singulas sectiones admodum commoda.



VENETIIS, M. D. LXXXV.

QVÆ HOC VOLVMIN[E]

CONTINENTVR.

ELENCHVS RERVM,

QVAE IN SINGVLIS

Sectionibus continentur.

VT facilius ea reperiemus, quæ in Prob. sectionibus continentur; In vniuersum summa cuiuslibet sectionis descripsimus: quæ sunt hæc.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS

Problematum

Sectiones duę de quadraginta.

THEODORO GAZA Interprete.

SECTIO PRIMA.

Eorum quæ ad medicinam pertinent: cuius quæstiones. LIX.

ARGVMENTVM.

Disputat Arist. de his, quæ ad rem medicam pertinent, quemadmodum de causis morborum, ac de eorum curatione. Causa morborum in genere est vna tantum, quæ est exuperantia nimia, quæ in excessu, & defectu consistit. de hac disserit in prob. 1. At, quoniam hac causa aut est interna, aut externa. interna sunt res naturales exuperantes, quales sunt elementa corporis humani, temperamenta, virtutes, calores, spiritus,

spiritus, humores, partes similares, atque dissimil- res, ex quibus actiones, & passiones. quo pacto hab- tus deprauatus sit causa pestilentiæ legitur prob. & humores, veluti bilis sit morborum acutorum ca- sa per anni tempora scribit in prob. 6. Externæ cau- sunt res non naturales, vt aer immutatus per an- tempora, de quibus agit in prob. 3. 8. 9. 10. 11. 12. 1 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. deinde cibus, potus, de quibus in prob. 5. 13. 14. 15. 16. somnum, v- giliam, repletionem, innuitionem, motum, quietem, c- accidentia aliàs memorat. Signa quædam morboru- leguntur veluti pestilētiæ in prob. 21. grauis anni 2 abscessus parulenti. 31. signa per vrinam. 55. Ad cu- rationem verò, cuius tria sunt instrumenta, diæta, sci- licet pharmacia, & chyrurgica manus, quæ omni- aut per excessum curant, vt in prob. 2. aut non. aut f- cilè, aut non, vt in prob. 18. Quò ad diætam de ptisa- na ordeacea differit in p. 37. cibi imminutione. 47 an inter initia morbi, an post cibum afferre sit melius 52. cur potio febrienti sæpe, et paulatim sit danda. 57 cur in quartanis ratio victus non sit extenuãda. 58 Quantum ad pharmaciam agit vt de vomitu prob. 4 de med. soluentibus & euacuantibus prob. 41. 42. 43 48. 51. vrinam solũ mouentibus. 44. 49. de præparan- tibus, vt balneo, vnctioneq;. 40. addentium stuporem 38. 39. frigefaciendo, calefaciendo. 45. vt nõ densum, sed rarũ reddatur corpus. 54. 93. Quò ad opus chyru- gicum quænam sit virtus cataplasmatis. prob. 30. cur mutari debeat. 46. medicamenti supprimentis. 33. ca- lidi, & frig. med. 55. 56. Deinde quæ vrenda, aut inci- denda, prob. 32. 34. 59. ære, an ferro, prob. 35. ex ære cur celeriter. prob. 36. medicamentis verò quæ. 50.

CVR

CVR exuperantiæ nimiæ cōmittē- 1
di morbi vim habeant? An quia
vel excessum, vel defectum effi-
ciant: qua quidam re morbum
consistere certum est?

Cur morbi sæpe curari possunt, 2
vbi quis abundè excessit? siquidē
nnulli Medici eā artem exercent, vt non nisi
r excessum agant, vel vini, vel aquæ, vel salsu-
nis, vel cibi, vel inediæ. An quoniam causę,
ę morbos committunt, aduersę inter se sunt?
que ita efficitur, vt genus alterum duci per
cessum alterius in medium possit. 3

Cur temporum, flatuumque mutationes mor
s intendant, tollantve, iudicent, vel cōmittāt?
n ꝙ aut frigidæ, aut calidæ, aut humidæ, aut
cę sunt, morbosq; qualitatū hmōi excessus cō
ittit? Secūda etenim valetudo mediocritas q̄-
m est. Quòd si per humidam, frigidamve ma-
riam morbus constiterit. tempus accedens cō-
rium tollere illum poterit. Sed si minus con-
arium subsecutus sit, qui similis status tēporis
buenerit, intendet sanè, atque interimet. quo
iam fit, vt qui bene valent, ægrotare tempore
utato incipiant: corporis enim proinde tempe
mentum soluatur necesse est, quippe ꝙ nō ni-
temporum, ætatum, locorumq; statu idoneo
tum sit augeri, seruariq;. Quamobrem cùm
mpora euariant, ratio tunc valetudinis haben
diligentius est. Idem autem pro causa parti-
ılatim etiam adest, quod in vniuersum ꝓposui
e temporibus: mutationes etenim flatuum, ęta
m, atque locorū, pro temporis cuiusdam mu-
tione accipi debēt. Quapropter hęc etiam in-
ndendi, vel tollēdi, vel iudicandi, vel cōtrahen

ad morbum vim habent, quemadmodum tēpo ra, & sydernm ortus, orionis, arcturi, vergiliarū caniculæ, qui flatus imbresque excitant, qui serenitates, frigora, teporesve solent adferre.

4 Cur vomitus, cum tempora immutantur, citari maxime debeat? An ne conturbatio redūde cum varia excrementa materiæ inutilis ex mtādi ratione proueniant? unde fit, vt cibum ali parum concoquant, alij parum cupiant.

5 Quamobrem qui vel cibo vitioso vescuntu vel fame diutina laborant, pedibus intumescer soleant? An vtriusq; per tabem, consumptic nemue illud accidat? Tabescunt enim & qu esuriunt, quia nullum penitus capiunt alimentum: & qui vitiose vescuntur, quia quod assum pserint, perfrui nequeunt.

6 Quamobrem cùm vitia bilis per æstatem co trahi debeant, morbi acuti, qui certè ex bili cō sistunt, per hyemem potius vrgeant? An qui febribus illi comitati, acuti propterea sunt, qui violenti? violentia verò contra naturam est. lo cis enim quibusdam in corpore humescētibus feruens oritur inflammatio, quæ cum non ni caloris exuperantia sit, febres vtique accendo re potest. Aestiuo igitur tempore arida calida vitia male homines habent, hyberno autem h mida, calidaq;, perinde acuta. celeriter nanqu interimunt, cùm propter humoris supercresce tis abundantiam concoqui nequeant.

7 Cur morbus pestilēs solus ex omnibus viti præcipue afficiat eos, qui ad laborantes eo mo bo prope accesserint? An quòd is solus omni morborum cōmunis omnibus hominibus est itaque pestem facilè omnibus infert, qui scil cet deprauato iā habitu sunt. fit enim, vt morb

cuban-

ubantis veluti quodam fomite succedente, viũ illud protinus exultet, cõcipiaturq; in alijs.

Cur si venti septentrionales hyemem occupa- 8 unt, ver autem austros, pluuiasque exhibuit, æstas proxima grauis tam febribus, quàm lippitudinibus insequi soleat? An ꝙ æstas corpora nostra multum humoris alieni continentia excipit, & terra madet, & habitãdi locus perhumidus est, talisq; redditur, qualis qui grauis perpetuo constat? Primùm itaque lippitudines subeunt, cum excrementa humoris in capite liquari incipiunt: dein febres. Ita enim intelligendũ est, vt res eadem & calidissima, & frigidissima reddi possit, ceu aqua, vel lapis: feruet etenim illa, vrit hic vehementius. Fit igitur, vt aer suæ crassitudinis causa, calorem pleniorẽ suscipiẽs, exardescat, & corpora pari ratione, anxietate, æstuq; uexentur: æstus verò in corpore febris, in oculis lippitudo est. Denique mutatio quæq; calida corpus peruertit, cũ scilicet cœlo adhuc madente, æstas protinus sicca, & calida occupauit. vitium etiè augetur si pluuia æstate accessit. Ita enim vis Solis materiam latè obtinet, quam feruescere tum in corporibus, tum in terra, tũ etiam in aere faciat. qua de causa febres oriuntur, & lippitudines.

Cur si hyems austrina & pluuiosa fuit, ver au- 9 tem siccum & aquilonium est, corpora tã vere, quàm æstate morbi exercent? An quòd hyemis tepor & humor faciũt, vt corpora tempori eiusmodi proxima in qualitate reddantur? humida enim, laxaque fiãt, & soluta, necesse est. quæ cũ ita se habeant, vere frigido atq; sicco facile cõcrescere possunt, & indurari. Itaque grauidę, quibus tunc adest partus, abortu periclitãtur, vi-

delicet incalescendi, crudescendiq; ratione: quę res syderatio appellata est, quam sicca ille committit frigiditas, impatiens omnino excernendi humoris. Infantes vero, quos gerunt imbecilles, læsosq; immodicā ob frigiditatem edunt. accidit enim, vt qui tunc cœlo sereno nascuntur, iidem pluuio benigne & constiterint, & nutriti fuerint intra parentem. Cæteris verò, cùm pituita vitio suæ nimietatis purgata non est (quod fit vbi tepidū se exhibuit) sed coacta à frigore cōstitit, cùm tēpor occupauit, æstatis vi colliquescit: si biliosi, sicciq; sunt, ꝙ eorum corpora minime humidam, sed squalibundam sortiuntur naturam: excitantur quidem humores, sed tenues: quamobrem eos lippitudo arida male habet. Si vero pituita redundant, raucitates distillationes que in pulmonem oriūtur: mulieres extorquent difficultates intestinorū, quia natura sunt humida frigidaque: seniores stupor attonitos reddit, vbi vniuersus resolutus humor incubuit, exque imbecillitate caloris natiui concreuit.

10 Cur si æstas sicca, & aquilonia fuit, autumnus ex aduerso humidus atq; austrinus, hyeme, quæ proxima est, dolor capitis, raucitas, tussisq; oriantur, atque in tabem demum euadant? An quia hyems multum materiæ excipit? itaque humorem cogere, atque pituitam inde conficere magnum ei negotiū est. (Ergo difficile est humorem densari, conficiq; inde pituitam.) Quòd si in capite humor constiterit, grauitatem committit: & si nimius, frigidusq; est, crudorem vtique mouet, cui syderatio nomen est: necnon si ob nimiam sui copiam concrescere minus potuit, in locum defluit proximum, atque ita tussim, raucitatem, & tabem contrahit.

Cur

Cur si sicca æstas, siccusque autumnus aquilo- 11
es habuerint, mulieribus, & omnibus pituita
bundantibus secunda valetudo contingat? An
uia natura vtrorunq; in alteram exuberat par-
em; itaq; tẽpus in partem tradẽdo contrariam
d medium habitum, bonumque perducit. Eo
itur ipso tempore optime valent, nisi quid vl-
o ipsi perperam agant, aut humidi ad hyemẽ
a deueniant, vt fomitem quendam, & incita-
ulum frigori subministrent.

Cur si sicca æstas & aquilonia, & autumnus 12
ccus ijsdẽ aquilonibus perflatus morbo bilio-
os infestet? An quoniam ad idem, corpus eorũ,
temporis habitus vergũt? itaque veluti ignis
ni adijcitur. Cùm enim corpora exiccentur,
uãtumque in his dulcedinis erat, euaporatum
r, vehementerque incalescant, necesse est, vt
ã humor consumitur, aridæ lippitudines oriã-
ur: residuoque, quod biliosum remanserit, eo-
emque recalescente, febres acutę, vtpote ex bi
syncera, inuadant. Nonnullos insania rapit,
uorum scilicet natura atrabile abundat: hæc
enim large superest, cùm eius humores con-
arij resiccescant.

Cur mutationem aquarum grauẽ, aeris vero 13
on grauem esse affirment? An quòd aqua cor-
oribus alimẽto est, quo iam habito complexo-
ue peregrinemur? aer autem nullo se exhibet
imento. Aquarum item genera multa, & varia
er se sunt, sed aeris minimè. Itaque hoc ẽt cau
e esse potest, quippe cùm peręgre etiam profe-
is in cęlo quidem prope eodem, in aquis autẽ
rijs versari eueniat: quapropter aquæ muta-
onem grauem esse rectè putandum est.

Cur ciborum mutatio minus, quàm aquę, gra 14

uis

uis occurrat? An quia plurimum aquæ consumimus? nam & in pane, & obſonijs, & in potu, aquæ vſus plurimus eſt.

15 Sed cur cibi, & aquæ mutatio grauis ſit? An quòd omnis mutatio etiam temporis, & ætatis motu facilis eſt? Extrema nanque generis cuiuſcunque moueri facilè poſſunt, quomodo & principia, & fines. Ergo & cibi, qui inter ſe diſtãt, corrumpere ſe inuicem queunt, quippe cũ aut nuper, aut nondum adhæſerit, qui præceſſerat. Ad hæc vt varius cibus grauis eſt (turbulẽtus enim, nec æqualis concoctio eius agitur) ſic ijs accidit, qui aquam mutarint, ſcilicet vt varie potionis vtantur alimento. eſtq; id alimenti genus, quàm ſiccum valentius: quoniam plurimum eſt, exque cibis ipſis non niſi quantum diluṫum eſt, vim habet enutriendi.

16 Cur mutationes aquarum faciunt, vt pediculi, in quibus haberi poſſint, multi habeãtur? An quòd humoris cruditas, quam perturbatio illa committit, quæ ex aquæ vario vſu in crebra cõmutatione redũdat, humoris creare copiam poteſt, præſertim in loco humori opportuniore? Cerebrum autem natura humidum eſt: quare caput maxime perpetuo humet. cuius rei indicium eſt, quòd pili in hoc potiſſimum exeunt. Huius autem loci vis ad progenerandos pediculos apta eſt. Patet hoc in puerili ætate. caput enim puerorum madet abunde, & ſępe aut grauedine conflictatur, aut ſanguinis profuſione. Quinetiam pediculos plures illa ætas habere ſolet.

17 Cur à vergiliarum occaſu ad fauonij vſque flatus hi potiſſimum pereant, qui morbo longo laborant, & ſenes quàm iuuenes potius? Vtrum ſummæ illæ interẽdi cauſę duæ adſint, frigus

atque

atque excessus ? Vita enim calore fouetur, serua turq;.tempus autem istud ambo illa sortitur. frigidũ enim, & hyems tum accerrime vrget. subsequens enim tempus ver est. An ꝙ qui vitijs laborant diuturnis, non secus ac senes effecti sunt? longus etenim morbus, quasi senecta iam adesse videtur Ea nãq; corpora sicca, & frigida sunt, altera scilicet ob ætatem, altera ob languorem: hyemẽ verò & gelu, frigoris, atq; siccitatis esse excessionem certum est. Quare fit, vt cũ vel paruo momento corpora pateãt, hyemis rigor quasi ignis igni iniungatur, atque ita interimat.

18 Cur in plenis impurisque corporibus vlcera capitis non magno negocio sanentur, tibiarum autem ægre ? An humor eorum, quia terrenus, grauis est ? graue autem omne deorsum tẽdit: ergo superiora curari facile possunt, quoniam deorsum humor decesserit: inferiora propterea nequeunt, quòd admodum excrescant, & putredini pateant.

19 Cur si post hyemem aquiloniam, & ver austrinum ac pluuium, æstas sicca admodum fuit, perniciosus omnibus autumnus accedat, & pueris præsertim ? nã & cæteris difficultates intestinorum, febresq; quartanæ longę eo tempore solẽt euenire. An ꝙ si aqua mediocris per æstatem incessit, quantum humoris collectum est per ver humidum, in nostris corporibus refrigeratum quiescit ? sed si non ita contingit, pueri, qui suapte natura humidi & calidi sunt, vehemẽter eo feruescunt affectu: quoniam refrigerati minime fuerint. Et si per æstatem restiterint, autũno certè, quorum humor vltra modum ferbuerit, corripientur. Excrementa verò nisi confestim peremerint, orta videlicet circa pulmonẽ, atque arte-

arteriam : (suprà enim primum consistunt, eo scilicet quod aeris tẽpori nostra corpora pateant : hinc enim lippitudines quoque prægressis febribus in graui æstate sequi consueuerunt:)ergo si non locis superioribus excrementa humorum exorsa(vt dictum est) protinus interemerint, descendent cruda ad ventrem, atque ita difficultatem creabunt intestinorum. At si præ nimia sui copia humor excerni nequiuerit, quartanæ ijs orientur, qui euadere mortem potuerunt, etiam si illud intestinorum vitium omnino quieuerit. Qđ enim crudi humoris subtersedit, stabile, firmumq; vehementer modo atræ bilis adhæret.

20 Cur si æstas, & autumnus imbres austrosq; habuerunt, hyems grauis cõsequi soleat? An quòd hyems corpora præhumida excipit, mutatio ẽt ingens occurrit? Non enim paulatim, sed repente ex calore immodicò ad frigoris acerbitatem venitur, quando autumnus quoque tepidus extitit. Itaque qui denso corpore sunt, hos morbi extorqueant acuti, necesse est: his enim humida excrementa supra potius colliguntur, cum partes superiores humoribus huiuscemodi opportunas, inferiores inhabiles illi habeant. Ideoque qui tali textura corporis sunt, non multa excrementa sibi admittunt. Cum igitur qui locis superioribus corporis humor excreuerit, infrigescere incipit, fit vt prædicta vitia oriantur, quemadmodum vinolentis propè accedit, cum algẽt: At quibus laxius corpus est, ijs febribus orsis euenit, vt quæ summa de cruditate febres constiterint, transeant in ardores: quoniam his magis totũ corpus ab humoribus occupatur, quàm densa illis mole constantibus, exque vi frigoris coacto eorum corpore humores incalescẽtes fe-

bres

ies accedunt. superans enim calor totius corpo ,febris est: & si idem nimio intendatur humo ,ardor effici potest.

Cur annus pestilens tũc inuadit, cùm Sol mul m vaporis de terra excitat? An tunc annus hu- idus, pluuiusque significetur, necesse est, ter- mque madescere necessarium? Fit igitur, vt asi locis palustribus, grauibusque proinde in- bitetur: & corpora quoque multis tunc excre entis redundare necessarium est, ita vt ægro- ndi materiam habeant in æstate. 21

Cur grauis tunc adeat annus, cùm copia est sillarum ranarum, quæ rubetarum faciem re- æsentant? An res vnaquæque loco suæ natu- idoneo abundare solita est? itaque eiusmodi imantium genus cum natura humidũ sit, hu- idum, pluuiumque annum ob eam ipsam cau- m indicat. Anni eiusmodi vero graues procul- bio sunt. quibus enim corpora facta præhumi fuerint, multis idcirco excrementis premun- r: quæ causæ sunt, vt morbi proueniant. 22

Cur austri sicci, & nihil humentes febres crea soleant? An quia calorem, humoremq; exci- nt alienum? Sunt enim suapte natura humidi, lidique: qua quidem re febris committitur, ippe quæ non nisi per excessum ambarũ qua- tatum illarum oriri soleat. Cùm igitur imbre stri vacant, corpora nostra ita efficiãtur, neces est: at cum flatibus imber adest, nos aqua re- igerat. Austros tamen, quos mare miserit, pro- esse stirpibus certum est; refrigerati nanque be eficio maris, deueniunt contra æruginem, quæ umore, caloreque alieno consistit. 23

Cur corpora humana se tardiora debilioraq; ntiant, cum austri afflant? An quia multum ex 24

paulo

paulo tunc redundat humoris, quem deliquesce-
re tepor coegit, exque leui afflatu grauis humo-
citatur? Adde quòd vires nostræ conditæ in arti-
culis sunt, qui austrinis laxari flatibus consueu-
runt. Constat id ex eorum crepitu, quæ pride-
conglutinata tunc remittuntut, ac resoluuntu-
Tenax etenim humor, qui articulis inditus est
vt concretus nos moueri non patitur, sic nim-
humefactus intendi minime sinit.

25 Cur per æstatem magis aduersa valetudine l-
boretur, per hyemem vero magis qui laboran-
emoriantur? An quia calor, qui per hyeme-
intus propter corporum densitatem coercetur
parum addiuuat, nec labor operum, qui amplius
per id tempus suscipitur, excremēta humoru-
potest concoquere, ideo validam esse mali o-
ginem necesse est: quod cùm ita sit, pernicio-
sum morbum vrgere ratione est Cōtra in ęstat-
quoniam corpus vniuersum rarum, refrigerat-
resolutum, atque laborum impatiens est, idcirc-
morbos plures quidem oriri necessariū videtu-
videlicet ob lassitudinem, cruditatemque cib-
rum: noui etenim fructus tunc adsunt: nō tam
ita validos esse naturę ratio patitur. quamobre-
facultas hisce succurrendi datur facilius.

26 Cur post vtrumlibet solstitium, per centu-
dierum spatium mori maxime accidat? An ꝙ q-
tenus vtraque vehementia caloris, & frigoris
dilatat, q̄ morbos, pernitieq; afferre infirmis p̄-

27 Cur ver, atq; autumnus morbis infestent? A-
quia mutationes graues omnes occurrūt? sed a-
tumnus vere grauior est, quia corpore calido r-
frigescente, quàm frigido incalescente potiu-
ægrotamus: vt igitur vere frigidum recalescit
sic autumno calidum refrigescit.

Cur

28 Cur per hyemem minus quidem, quàm per [æs]tatem, sed pernitiosius ægrotetur? An quoniã æstate morbi vel parua de causa existũt, quod hyeme minime accidit ita? sumus enim tunc ad concoquendum, & ad bene valendũ aptio[re]s. Itaque ratione maiora, pernitiosioraque [m]ala sunt, quæ maiori de causa prouenerint. [Q]uod idem in athletis, & omnino in ijs, qui se[c]unda valetudine esse solent, licet perspicere: [a]ut enim nullo morbo premuntur, aut pressi ce[le]riter è vita decedunt: quippe qui nisi magna [qu]am causa ægrescere nequeant.

29 Cur per autumnũ, ac hyemẽ febris ardentes [p]otius oriantur, quę tẽpora frigus prę se ferũt: [p]er æstatem vero, cum æstus adsunt, rigores ma[g]is infestent? An quia in corpore hominis bilis [ca]lida: pituita frigida est? Itaq; per ęstatẽ quod [fr]igidum est, dissoluitur: diffusumq; horrores, tre[m]oresq; excitat. per hyemem autem quod cali[d]um est, vi temporis pressum refrigescit? Febres [t]amen ardentes per hyemem, autumnumq; po[t]ius cõflictant, qm̃ calor pulsus à frigore, intror[s]us se contrahit: ardor enim non residet in sum[m]is, sed intrinsecus se expãdit, atq; ita efficitur, [v]t ratione febres ardentes hyberno tẽpore oriã[t]ur. Melius id in ijs intelligi potest, qui aqua fri[g]ida, quiq; calida se hyberno tempore lauerint. Qui enim frigida se infuderunt ibi aliquandiu, [d]um diluerentur, friguerunt, reliquo toto die tu[t]i à frigore sunt: atqui calida vsi fuerint, frigus diutius experiuntur. Caro enim spissescit, calorq; introrsus se colligit eorum, qui se aqua di[l]uerint frigida. contrà autem ijs euenit, qui calidam admisere: caro quippe rarescit, calorque ad exterum vsque locum euocatur.

30 Quænam virtus ſit cataplaſmatis? An vt reſo-
uat, vt moueat ſudorem, vt euocet vaporem?

31 Quonam argumento conſtet abſceſſum iam
purulentum eſſe? An ſi aqua perfuſus calida in-
mutatur, purulentus eſt: ſin minus, nondum eſt.

32 Quænam vrenda, quæve ſint incidenda? An
quæ ore ſnnt amplo, nec breui coagmententur:
hæc verba ſunt, vt cruſta illic incũbat? ſic enim
nullum pus cicatrice inducta occultabitur.

33 Quænam virtus medicamenti ſupprimenti
ſanguinem ſit, quòd enæmum appellamus? An
ut exiccet, & materię inutilis confluuium com-
peſcat ſine cruſta, aut carnis putredine? Ita e-
nim efficitur, vt vulnus ſimul & inflammatione
careat, & vnitati ſit opportunũ. quòd enim ma-
teria non ſuperfluit, inflammatione carebit: q
ſiccum eſt, vnitati opportunius erit. quandiu n
que præmadet, concorporeſcere nequit. Quam-
obrem quæ cruẽtis inijcienda cenſemus, acri
magna ex parte ſunt, quò acerbitate ſua poſſin
aſtringere.

34 Quænam incidenda, quæve vrenda, quæ con-
trà non ita curanda ſint, ſed medicamentis? An
quę in ala, aut in inguine abſceſſerunt, medica-
mentis curandum potius? diducta enim partim
laborioſa, partim periculoſa redduntur. Vrenda
ſunt illi abſceſſus, qui lati, proceſſuq; multiplic
eruperunt: quique venoſis, non carnoſis reſide
locis. Incidendi, qui in acutum ſe colligunt, qu-
que non parte ſolida extant.

35 Cur ſi quis ære inciſus ſit, facilius, quàm ſi fe-
ro, ſaneſcat? Vtrũ ꝗa æs leuius eſt? itaq; minu
laceret, ictumq; faciat. An è diuerſo, ꝙ ferrum
cie adactiorem recipiat ſectionẽ? idcirco facili-
rẽ, tolerabilioremq; efficere debeat. At vero

medica-

edicamenti vim obtinet, & principium quod-
amq; pars potissima rei. Quòd igitur ęs simulac
fuerit incisum, medicamento præsentissimo a-
git, facit vt vulnus celerius coeat.

36 Cur ambusta ex ære sanēt celeriter? An quo
nam à laxioribus, minusq; corpulentis effecta
sint? plus enim calor corpori inhæret solidiori.

37 Vtrum ptisana ordeacea leuior, & ad morbos
commodatior, quàm triticea sit? hanc enim
nnulli anteponunt, argumentumq; ex pisto-
bus capiunt, ꝙ multo coloratiores sunt qui tri
ci, quàm qui ordeacei pisturā exercent. addūt
iam, ꝙ ordeum humidius est: quod autem hu
idius est, concoctionem desiderat pleniorem.
d nihil prohibet, quò minus vt cōcoctu quid
fficilius ordeum habeat, sic ad leuitatem quid
ilius præstet: hoc enim non humidius tantū
tico est, sed frigidius etiam: qualis certe sor-
tio, cibusq; competit febrienti, vt parum alat,
satis refrigeret. quod ptisana ordeacea face-
potest: quia enim humidior, uel corpulen-
or est, hinc alimenti parum, idque frigidiuscu-
m prętat.

38 Cur dentium stuporem portulaca herba, aut
l tollere potest? An portulaca, quia lentum
tendam habet humorem, qui vel manducāti,
t manu aliquantisper confringēti patesci: hę
t enim, ac trahitur. Lentor igitur subiens ille,
corpore educit acorem: quippe qui affinitate
uadam coniungi valeat, argumento saporis,
uem acidulum reddit. Sal vero macerat, lique-
citque, atque ita acorem quoque extrudit.

39 Sed cur lixiuium, nitrumve hoc idem facere
equeant? An quòd hæc suam ob acerbitatem
tringunt, non liquefaciunt?

40 Cur æstiuis lassitudinibus balneo, hybernis vnctione mederi conueniat? An hybernis vnctio datur propter horrores, mutationesque vrgentes? per calorem.n.laxandum est, qui membra tepescere faciat.oleum verò calidũ est. At in æstate humefaciendum censetur, quoniam tempus id siccum est, nec metus interpellit horroris, eo ꝙ status temporis ad teporẽ ingenue vergit. Hinc etiam cibus parcus, potio liberalis per æstatem admittitur, ille magis, hæc omnino potioni nanque per æstatem ob temporum siccitatem indulgendum ex toto est. Parsimonia vero cibi communis temporum omnium est, sed magis æstati conuenit, ne ob habitum temporis feruentem corpus cibo immodico pressum exæstuet.

41 Cur ex medicamentis alia aluum soluant, vesicam autem minime: alia vesicam soluant, cùm aluum nihilo moueant? An quòd ea, quæ natura humida sunt, atque aqua referta, si medendi obtinent facultatem, vesicam soluunt? subsident enim in ea humores, qui putredine immunes euaserunt: quippe vesica pro eius humoris conceptaculo habetur, qui minime in ventre concoquitur, qui non manet, nec prius, quàm agat quicquã, aut patiatur, excernitur. At quæ terrenam sortiuntur naturam, si vires habeant medicas, aluum hæc fundere queunt. in hãc enim terrena quæque materia se prouoluit. itaque turbat, si mouendi obtinet facultatem.

42 Cur alia ventrem mouent superiorem, alia inferiorem, vt veratrum superiorẽ, scammonea inferiorem: alia vero ciant vtrunque, vt elaterium & thapsiæ succus? An quòd ex medicamentis, quæ ventrem mouent, alia frigida, alia calida

nt? itaque alia propter suum calorem proti-
us, vt in superiori ventre fuerunt, loca petunt
periora, ac inde liquefaciendo, maxime quæ
iena sint, minusque insidentia, sed etiam quæ
sunt naturæ intima, medicamento scilicet ve-
ementiori epoto, aut copiosiori quàm natura
tiatur, tam ea ipsa, quàm quæ excrescentia ad
ierint, in ventriculum deducunt: hic verò fer-
ore excrementa perturbant, flatumque excitãt
ultum, qui obsistẽs, vexansque, demum vomi-
um mouet. Alia quòd natura frigida sunt, deor-
um versus pondere suo labuntur, etiam prius-
uam quicquam vel afficiantur, vel agãt, ac in-
e proficiscentia, idem actitant quod superiora.
bi enim per abdita foramina illinc ascenderũt,
tque materiam agitarũt, eodem tramite secum
quæ corripuerint, excrementa, colliquãmenta-
que deducunt. At genus medicamẽti, quod qua-
itatis vtriusq; particeps, mistumq; ex calido fri-
gidoque est, hoc ob eam vtranque facultatem iẽ
potest vtranque conficere. Hinc & Medici mi-
stis sibi generibus sæpe medicinas componunt.

Cur medicamenta purgare valeant, cùm alia pleraque amariora, cęterisque eiusmodi qualitatibus insigniora id facere nequeant? An qa non ob eiusmodi vires purgandi obtinent facultatẽ, sed quia cõcoqui nequeunt? etenim quæ ob excessum caliditatis, aut frigiditatis quamuis exiguo corpore incoctilia sint, aptaque vincere, nõ vinci ab animantium calore, resoluique eadem facile à ventre vtrolibet possint, hæc medicamenta habentur. Vbi enim ventrem adierunt, resolutaque sunt, statim ad venas per easdem feruntur semitas, quibus pereat cibus: mox cum nihilo concoqui potuerunt, sed victrice persti-

terint potentia, relabuntur, & quæ sibi obsistũt, secum detrahunt? quæ res purgatio vocitatur. Aes vero, argentum, cœteraque generis eiusdem, & concoqui à calore animalium non possunt, sed resolui à ventribus nequeunt. Oleum, mel, lac, cœteriq́ue eiusmodi cibi, purgandi quidem vim obtinent, sed quantitatis, non qualitatis ratione: vbi enim ob nimiam sui copiam concoqui minimè potuerunt, tum purgant, si quando id facere possunt. Duabus enim illis de causis aliquid concoqui nequit: aut quia generis peruicacis est, aut quia modum excesserit. quamobrem nihil ex prædictis medicamentum est: quippe cum non ob aliquam sui facultatem purgare valeat. Acerbitas autem, acor, malusq; odor medicamenta comitantur, eo quòd genus medicamentorum cibo contrarium est. quod enim concoctum à natura accessit, id corporibus adhærescit, alimentumq́ue appellatur. quod autem conuinci, domariq́ue minime possit, sed venas ingressum per excessum caliditatis, frigiditatisve suæ perturbet, hoc naturam sanè obtinet medicamenti.

44 Curpiper, si large sumatur, vesicam soluet: si parce, aluum: è contrario scammonea si large sumatur aluum solnet: si parce, & quæ vetus est, vesicam? An quia singula magis à singulis mouentur? piper enim magis vrinam ciet, scammonea aluum. Itaque si piper sumptum copiosius est, ad vesicam defertur, nec se in aluum diffundit: sed si exiguum ceperis, retẽtum id aluũ soluet, atque ita medicamentum eius existet. Scammonea vero, quæ data copiosius est, retinetur, vt resoluatur. resoluta iam medicamẽtum efficitur, ob causam, quã superius proposuimus. at si exi-

na vnà cum epoto humore per inuisibiles mea
n imbibitur, ac celerius antequam perturbet,
vesicam defertur, qua pro sua facultate recre
enta, colliquamentaque residentia per sum-
n abducit: sed illa multa, vt dictum est, ꝙ diu
virium soliditate permanserit, large expur-
t, sordesque terrenas potissimum detrahit.

45 Cur inflammationes easdem alij frigefacien-
o sanent, alij calefaciẽdo cõcoquant? An quòd
is per refrigerationem, his per externum ca-
rem, caloris sui copiam colligere placet.

46 Cur mutari cataplasmata debeant? An vt ple-
us sentiatur? Solita enim, vt ea quæ ventricu-
mandamus, non amplius medicamenta sunt,
d pro alimentis recipiuntur: sic etiam hæc fun
suo munere nequeunt.

47 Cur cibum imminuere, laborem augere salu
re est? An quia causam ægrotandi excremen-
rum habet nimietas, quæ tunc certe exultat,
m aut cibus superest, aut labor deest?

48. Cur medicamẽta, & res amaræ, aut fœdi odo
s magna ex parte purgare possint? An quoniã
mara quæcunque, maleque olentia concoqui
equeunt? qua de causa medicamenta quoque
mara sunt, atque fœtida. Quòd enim conco-
tionem nullam sibi admittunt, mouereq; cum
maritudine possunt, hinc medicamenti sortiun
ir naturam: & si iusto plus data sint, periment.
Quæ autem necant, etiam si exigua dentur, hæc
on medicamenta, sed toxica esse dicimus. Ne
lla quidem medicamenta vocamus, quæ non
ui generis qualitate purgare queant. Sunt enim
leraque in genere cibi, quæ si large sumantur,
acere idem poterunt, ceu lac, oleum, mustum.
ed hæc omnia, quòd minus facile concoquun

tur, idcirco purgant: nec omnes, sed aliquos. sunt enim alijs alia concoctu facilia, difficiliane. quamobrem non eadem medicamento omnibus sunt, sed propria plerisq; comperiuntur. Denique medicamentum non solum à concoctione immune, sed etiam motus efficiens esse debet: sicut & exercitandi ratio extrinsecus, aut intrinsecus accedens, non nisi per motum alienam excernit materiam.

49 Cur odorata genera tam seminum, quàm plãtarum mouere vrinã possint? An quia calida, cõcoctuq; facilia sunt: quo in genere ea collocamus, quę citant vrinam? horũ.n vis insita calefaciendi breui extenuatur. Odor quoque nullam corpulentiam gerit: nam & ea, quę odorem plenissime reddũt velut alia caliditate sua mouẽt vrinam, vel potius vim obtinent tabefaciendi. Semina vero odorata calida esse certum est.

50 Cur impuris, tetrisque vlceribus, siccis, acribus, acerbisque medicamentis vtendum sit: puris vero, & sanescentibus humida tantum imponantur? An quòd impuris detrahendum aliquid est, quo non nisi humor est alienus, qui adimi debet? genus autem medicamenti, quod mordax, acre, acerbumque est, id efficere potest, & siccum magis, quàm humidum. At quæ pura sunt, cicatricem tantùm desiderant.

51 Cur morbis, qui contrahuntur à pituita, libido immodica prosit? An quod semen genitale excrementi cuiusdam detractio est? ideo naturam præ se fert pituitæ: ꝙ igitur multum pituitæ concubitus detrahit, iuuare idcirco potest.

52 Vtrum ergo inter initia mali cibum afferre melius sit, an post? An inter initia, ne iam penitus debilitato febris occurset? Igitur vel exte-

nuan-

ndum protinus est, vel ita alendum. Sorbi-
hibus primum recreandum: hę nanque mi-
es, leniores, colliquabilioresq; sunt, & ali-
ntum hinc capere infirmum corpus expedi-
s potest. Nihil enim cibum in ventriculo re-
ni, perseruereque ante oportet: quod non nisi
ore cubantis fieri potest.

53 Cur intuendum, vrina an concocta sit necne,
ofluuio intercepto mingendi potius, quàm
rpetuo? An quòd signum concoctionis vrina
hibet ruffa, quod quidem melius intercepto
ofluuio deprehēditur? Genus enim quodque
moris suum colorem plenius ostendit, cū exi
um est, quàm cum multum. nā in multo figu
, in exiguo colores conspectiores sensui ob-
ant. quod etiam in rore, sanguinem, lachry-
aque palpebris adhærente patescet. Vrina igi-
r si continue dimittatur, copiosior redūdabit:
n intercipiatur, index sui coloris certior erit.
uòd si iam ex cōcoctione colorem traxit eius-
odi, talis profecto apparere etiam amplius po
st, cùm lumen se refringāt, & tanquam specu-
m fiat propter intermissionem profluuij.

54 Quam ob causam corpus, cui secundam con-
iliamus valetudinē, nō densum, sed rarum red-
lendum sit? An vt vrbs, locusque quicunque sa-
ubris est, q placide aspiratur? quapropter, & ma
e quoque salubre est: ita etiam corpus, quod spi
atius est, sanitati opportunius cōstat. Aut enim
ullum recrementum existet, aut quod extite-
it, quā primum excernatur, danda opera est: cor
pusque est semper ita regendum, vt simulatque
excremētum admisit, habeat qua parte illud ex-
cernat, sitque motui debitum, non quieti. Quod
enim manet, putrescit modo aquæ immotę: pu-

trescens

trescens vero morbum committit: at qđ exce
nitur, antequam vicietur, decedit. Hoc igitur,
corpore denso nūquam cōtingit, (fit enim pr
pè vt inuisibilia foramina claudantur) sic rar
solutoque accedat necesse est. Quamobrem i
Sole, nudo corpore minime ambulandū est: sp
satur etenim caro, & conualescit, corpusq; par
te interiore humidius redditur. quantum enin
humoris residet, aboletur, quantū intestinū e
manet intactū. Qua ratione quoq; carnes assę
xis humidiores sunt. Nec pectore quidem nud
ambulandū est: ita. n. vis Solis corporis optim
partis cōditæ adimet, quę nulla egeat dēptione
sed inferna potius eā desiderant. Inde igitur v
& remoto nō nisi cū labore sudor educitur, hin
facile ob loci opportunitatem digeri potest.

55 Quam ob causam pernionibus, & ambusti
frigore tā aqua frigida, quàm calida prosit? An
quoniā genus id vitij ex nimio humore cōsistit
frigida igitur humorē restringit, atq; exasperat
calida in spiritum vertit, carnemque elaxans, l
bertatem efflandi præbet spiritui.

56 Cur frigus perniones, calor ambusta, & facit,
& tollit? An ꝙ eadem vis colliquefaciēdo facit,
exiccando tollit?

57 Cur potio febrientibus sæpe, & paulatim sub
ministranda sit? An quòd potio multa præceps
defertur, exiguæ lente incedens irrorat, madefa
cit, seseque insinuat corpori? Sicut enim in hu-
mo, si aqua large accesserit, perfluet: si paulatim
vero, madefaciet tātū: ita ēt in febribus agit. Nā
& aquas fluētes si quis paulatim deducit, alueus
humorē totum ebibit: sed si tantundem aquæ v-
niuersum dimiserit, scaturigo velox, vsque eò
profluet, quò deducere libitum est. Tum ęger

quie-

escere, immotusque, quoad maxime fieri po
, iacere debet: immotus inquam, ꝙ ignem
pque emarcescere certum est, vbi à nullo mo
ur. Nec aduersus flatui cubet, quoniam fla-
excitat ignem, solicitusque per auram ignis
paruo magnus assurgit. Obuelandus æger, o-
iendusque propterea est: quia si nullum igni
ncedatur spiraculum, extinguetur? nec veste
dē exui debet, donec insudare occeperit. vt
m subiectum hūc ignē visui, sic & delitescen
n illū naturæ humor extinguit. Adde in gene
ebrium intermittētium, balenū & fomenta
libus admouēda, & ueſtē pleniorē superponē
n, & quietē agendam quibus pręparetur, vt
pus perquàm calidum sit ante accessionem.
i enim multum superest ignis, lucerna ne-
it ardere: exiguus quippe ignē multus ille ad
trahit. ita fit, vt multū ignis in corpore præpa
dum sit: febris enim exiguum continet ignē
ltusque proinde ad se ducet exiguum.

Quartanis febrib. ratio victus extenuāda non 58
, sed ignē corpori interferendū, necnō exerci-
ione vtēdū: & qua die accessio instat, lauādū,
nnūq; minime q̄rēdū. Hic uictus calefaciens
odest, qa febris quartana imbecilla est: nā ni-
mbecilla esset, quartana non fieret. Videsne
ernā, ubi multus ignis perflagrat, suā asserua
flāmulā minime posse? multus. n ille exiguū
se rapit. ergo multū ignis accedēdum in cor
re est; vt quod exiguū febris continet, restin-
atur. Sit igitur victus quotidiani rō, quæ par-
n ignem, partim rorem indat in corpus.

Morborum alij ab igne, alij à rore creantur. 59
rat morbos ignis ros, roris ignis: hic enim
iccat rorem.

ARI-

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio Secunda.

Eorum, quæ ad ſudorem pertinent: cuius quæſtiones. XLII.

ARGVMENTVM.

Quid ſit ſudor, quid eum promoueat, diſputat Ar hoc tempore: nam quid ſit ſudor, ſiue quænam ſit ſu ris natura diſſerit in prob. 2. quid vt ſalſedo, comi tur in prob 3. fœtor prob. 5. 13. Quid ſudorem m ueat vt calor. prob. 2. quid iuuet, uel impediat, ut ſ ritus retentus uel relaxatus. p. 1. 2. 5. ut quies poſt borem. p. 7 8. 20. 23. 24. ut indumentum. 9. 38. 40. ignis paulatim auctus. p. 11. 32 ut detergens. p. 12 pars, qua iacemus. p. 15. ut qui dormit. p. 16. 28. ut quis cum biberit cibum ſumat. p. 25. ut in caldarijs tempus eſt frigidum. p. 29. ut ignis non auctus. p. ut ingreſſus per accliuia. p. 39. ſed qua corporis pa magis, uel minus ſudemus, ut in parte ſuperiore m gis, diſſerit. p. 4. ueluti in facie. p. 10. 17. capite, & p dibus. p. 19. ſed trepidantes pedibus. p. 26. 31. non cie. 27. cur tergo magis, quàm priore parte. p. 14. Q beni, maline adferat ſudor, habemus in prob. 21. 23. 33

13. cur calidi meliores, quàm frigidi. 35. & qui à ...re citati, quàm sponte. p. 42. cur horror quando-...sequatur. prob. 34. Quo autem anni tempore legi-...in prob. 21:33.42.

1 CVR neque intento, neque contẽto spiritu, sed potius relaxato sudor proueniat? An quoniam retẽtus spiritus venas implet? itaque humorẽ exire non patitur: vt in aqua fit vasis, quod in mare demissum, dulcem intra se colligit ...morẽ, clepsydraq; ob id nominatũ est. nequit ...im effluere, cũ quis pleno iã vase partẽ alterã ...urauit: sed vbi per spiritus libertatẽ sudorem ...mere licuit, multus certe erũpit, quoniã eo ...o retẽto, copia humoris paulatim collecta est.

2 Cur membra aquæ immersa calidæ non su...nt, etiam si ex seipsa recalescant? An quòd ...ua liquescere non sinit, sudor autem res vitio ...adiuncta corpori est, vt qui per calorem ex...rni debeat?

3 Cur sudor salsus sit? An quia motu efficitur: ...calore secernente quantum alienum per ad...rentiam, intimationemq; inest in alimento ...l sanguinem carnesque? id enim ocyssime se...regatur, quoniam nec aptum nutritioni est, & ...ras demum euanescit. Salsus vero propter id ...t, quòd pars quidem dulcissima, leuissimaque ...ota ad corpus nutriendum assumpta est. Para...utem alienissima, crudissimaque tantum absol...itur, quæ partim deorsum collapsa, & subsi...ens, vrina vocatur: partim in corporis summa ...mergens, sudor est: ambo tamen salsa ob eandem causam prodeunt.

Cur

4 Cur magis parte ſuperiore corporis, quàm i inferiore ſudemus: Vtrum quoniam calor ſu ſum tendit, ſuperq́ue manet, propterea humor ſecum trahere poteſt? An quoniam ſudorem ſp ritus moueat, qui ſedem habet ſuperiorem? A quia ſudor nō niſi humor eſt incoctus; quo ce te humore pars humet ſuperior? habitus ete nim corporis ſupra potius innoteſcit.

5 Quam ob cauſam cùm manus exercitamus ſudor maxime oriatur, modo cœteræ corpor partes poſitum ſuum ſeruent? An quoniam ro bur huic præcipue loco inditus eſt? hoc enin ſpiritum continemus, qui parti robuſtiſſimę pr ximus eſt. dum verò laboramus, vires auge mus: his auctis, magis ſpiritum continemus Tum etiam cùm hac perfricamur parte, magis quàm cum alia, laboramus. ſpiritu nanque re tento ſimul & perfricamus, & perfricamur dum ita exercemur.

6 Cur ſudor capitis aut nullum reddat malum odorem, aut minus; quàm reliqua corporis? A quia locus capitis opportunus ſpirationibu eſt, & quidem laxum ſe ipſe demonſtrat, argu mento exoriendi capilli. Loca autem, & quę i locis tenentur, grauiter olent, ſi ſpirandi ca reant, libertate.

7 Quam ob cauſam, qui ſe lucta exercent ſi in terpoſita aliquantiſper quiete luctentur, magi ſudabunt, quàm ſi continue? An quoniam hu mor data requie ſeſe colligit, quem deinde lu ctandi exercitatio educit? Continua vero illa modo Solis, corpora aſſiccare poteſt.

8 Cur magis ſudamus, cùm non longo interpo ſito tempore ſudor euocatur? An quia non hu mor tantum cauſa eſt vt ſudemus, ſed forami

num

quoque abditorum apertio, & corporis ra atque solutio? His igitur, qui diu sudandi miserint vsum, foraminum iter clauditur: , qui crebro vtuntur, patefactum semper tur.

uare cum Sol nuda magis, quàm induta ca ciat corpora, induta magis sudare soleant? am quia Sol corporis, deurendo, foramina primat? An quia vapores exiccet, quæ mi- possunt accidere indutis? 9

ur facies maximè sudet? An quia quæ laxa, ida, solutaq; maxime sunt, hæc sudori se- ia exhibent? Caput autem fons esse humo- idetur, & quidem pilorum lasciuia sedem c propter humoris copiam possidet: locusq; n rarus, gracilentusque est: igitur secundum uram transitus agitur sudoris. 10

ur igne neq; vniuerso, neque per diminutio n oblato, sed per incrementa continua ma- sudamus? qui enim in caldarijs ita se cale- unt, magis sudant, quàm si protinus tantun n ignis admiserint. An eo quod se modice ha t, agat vnumquodque? ergo si tantum agit, s si fuerit, non aget. An potius è diuerso, quo m scilicet eo rem quodque efficiat, quod se dice habeat? hac igitur de causa nihilo plus amus, vbi plus additum sit. Sed quoniã modi guli singulis respendent, quodq; iam egerit, n amplius agit; hinc fit, vt modo aucto magis lemus. neque enim quod præcedit ad singu- & præparat, vt res subdita apta sit. idem po- t etiam opus efficere, sed aliud hoc fungatur ficio necesse est. Parum itaque potius quam ultum caloris præcessit, præparauitq; corpus sudandũ: sed ad efficiendũ alio certe, amplio que modo opus est. hoc.n. effici ab eo non po- 11

test,

test, quod prius agebat, sed aliud post deside-
tur, quod modum obtineat conuenientem.

12 Cur detergenti magis profluit sudor, quā
residere sinenti? Vtrum quoniam refrigerati-
trinsecus contingat? An quòd sudor exterio-
velut operculum foraminibus adhęreat corp-
ris, ita ne inferior se promere possit?

13 Qua de causa ruta, & nonnulla pigmenta
dores fœtidos moueant? An quia quorum od-
grauitatem præ se fert, hæc humoribus sordi-
admista fœdum mouere odorem possunt?

14 Cur tergo magis, quā priore parte sudam-
An quòd in parte priore locus sanè intus hab-
tur, in quem humor deducitur, quod in poste-
re non est, sed foras ibi excernatur necesse e-
hoc idem ēt facit, vt ventre minus, quam pe-
re sudemus. Addo quòd sudorem terga ma-
seruare possunt, & posterior pars magis, qua-
prior: quoniam prior magis, quam posterior re-
frigeratur. quod etiam causæ est, vt alæ citi-
me, atque maxime valeant resudare, videlic-
quia minime refrigerantur. Ad hæc posteri-
carnulentior pars est, quàm prior, & proind-
humidior. Causam vero, cur humidior sit, m-
dulla habet, quæ per spinam tendens, mult-
humiditatis afferre possit.

15 Cur ea parte, qua iacemus, sudare non poss-
mus? An quoniam pars, qua tangimus, cum p-
quàm modicū sit incalescens, prohibet, ne p-
meet sudor? esiccat enim, atque absumit. Ita
comprimi eam partem sic euenit: hęc vero sa-
guinem compressa diffundit, quo diffuso sa-
refrigeratur. Argumento sanè torpor est quip-
qui non nisi frigoris iniuria fiat, atque effici-
afflictu, vel ictu soleat.

Quare qui dormiunt magis sudant? An e-
cun

inobsistendi ratione euenit? calor.n.parte interna collectus potest expellere humorem.

17 Cur facie maxime sudemus, cum in ea minimum carnis sit? An quod expeditius illa sudare solent, quæ humida, laxaque sunt? Caput autem tale est: continet.n. suam plurimam humiditatem: quod vtique venarū ratione patescit, quæ hinc pertendunt. Distillationes quoque ex capite oriuntur, & cerebrum humidum est, & foramina permulta in capite habentur: quæ tam multa esse, ac foras vsque pertendere, capillorum indicio constat. igitur sudor non a partibus imis, sed de capite oritur. Vnde etiam fit, vt primum, & maxime fronte sudemus: prima enim frons subdita est.

18 Qua de causa qui sudant, si vel aqua, vel flatu refrigescāt, nauseāt? Vtrum quoniam humor, qui ex fluxu continuo minime quiescere possit, sic refrigescens, in parte priore vniuersus conteterit? An quòd spiritus, qui foras versus proueniens, in sudorem ob frigoris occursum conuertitur, hic intus antè frigescens, quàm exeat, transeat in humorem, atque in eam partem incumbens nauseam moueat?

19 Cur in capite pedidusque incalescentibus sudores maxime excitantur? An quoniam humores ad se membra incalescentia trahunt? humor autem partem, qua absumatur, nullam habet, cùm ea loca ossibus scateant: itaque vt exciet foras, necesse est.

20 Quare qui laborant, vbi à labore destiterint, sudare incipiunt? nam si labor causa est, cū laborant, sudare debent. Vtrum quòd inter laborādum venæ spiritu inflatæ comprimi foramina cogant, data vero quiete laxæ considēant? Ita-

que per ampliora iã facta foramina, expediti
humor peruadat. An quoniã, cũ laboratur, spi
tum ex cohærente humore motus secernit, & c
lore qui à motu excitatur, humor in spiritũ p
summa corporis extenuatur? cum verò à labo
cessitum est, simul & calor desinit, & ex spiri
spissescẽte humor, qui sudor appellatur, cõsisti

21 Vtrum per æstatem potius, an per hyeme
sudor mouendus sit? An tunc opportune sud
tur, cũ humidiora corpora sunt, neglectaque d
ficiliora redduntur? igitur per hyemem poti
conuenit. An magna per id tempus mutatio fi
nec excrementa concoqui possint, cùm cœlu
contra naturam frigeat? igitur per æstatem p
tius mouendum, quippe cùm humores per æst
tem potius omnes putrescere soleant. quapr
pter exhauriendum tunc est, vt etiam veter
omnes authores hac eadem de causa censent.

22 Quare cum corpus assidue fluat, effluxusq
ipse de excrementis proueniat, corpus leuari
possit, nisi sudauerit? An quia minus excer
tur quàm satis sit? Cùm. n. ex humore mutat
in aerem, plus de minori existat, necesse est; h
mor. n. quicunque copiosius, cùm se discerni
redundat, diutiusque ob eam rem profecto e
cernitur. Lenta item, glutinosaque excremen
vt cũ humores pp mistionẽ excerni possunt, i
cum spiritu nequeunt: quæ quidem res maxi
officere potest. Hinc etiam vomitus magis, q
sudores, corpora leuant: quoniam ea ipsa exc
menta educunt, vt qui crassiores corpulenti
resque sint, vtque cùm carni quidem proc
locus sit, qui lentam illam glutinosamque m
teriam continet: itaque non sine magno ne
tio dimouendi datur facultas. Ventri autem

vicino

...o eſt: aut enim in eo conſiſtit, aut prope,
...fit, vt difficile queant aliter educi.
...ur minus inter laborandum ſudamus, quàm 23
... relaxati labore quieſcimus? An quoniam
... facimus, laboramus: cum fecimus, labora-
...us? igitur plus tunc ratione excernitur. Alte
...m. n. fieri eſt, alterũ eſſe. An quia cum labora-
...s, carnis foramina retento ſpiritu obſerãtur:
... autem relaxauimus, aperiuntur? quo fit e-
..., vt ſpiritu retento minus ſudare poſſimus.
...uam ob rem non in currendo, agitandoque 24
...pus, ſed poſteaquam ceſſatum eſt, plus ſudo-
...uadat? An riuus quemadmodum manu, vel
...uo fluens vndique aqua obſtruſa ſe colligit,
...xataque demum copioſior profluit quàm an
... ſic etiam inhiberi eadem a ſpiritu poteſt:
...n vaſe, cui nomen clepſydra, atque etiam
...veſica; coercetur enim, detineturque intus
...norà ſpiritu. Pari igitur ratione cùm cor-
...a motu vehementiori citantur, ſpiritus in-
... circunuenitur, coerceturque: itaque venæ
...m diſtenduntur, ac intumeſcunt, cum hu-
...r ſe educere nequeat. Quòd cùm vniuerſus
...rceatur, ſpiritu poſt relaxato, vniuerſus erum
... neceſſe eſt.

Cur ſi quis cùm biberit, cibum ſumat, minus 25
...det? An quoniam cibus ingeſtus humorem
...rahit quaſi ſpongia: eſt enim non parum, rei
...petum retorſiſſe; quod vel fluentorum con-
...t argumento: ita enim cibo quoque ingeſto,
...atus apprehendiſſe plurimum valet.

Cur trepidantes pedibus ſudamus, non facie? 26
...tionabilius enim tunc pedibus quoque ſude-
..., cum corpore toto ſudamus: locus hic enim
...gidiſſimus eſt: quam ob rem pedes minime

 ſolent

solent sudare. Et quidem Medici in aduersis v-
letudinibus pedes potissimum operiendos pr-
cipiunt, quoniam frigus hi quàm facillime se-
tiunt: itaque rigoris initium reliquo etiam co-
pori expedite committunt. An quòd trepidat-
nõ caloris de summis locis ad ima transitio e-
vt accidit in metu, ex quo alui etiam metue-
tium sæpe funduntur: sed eius incrementum
tius caloris accedit, vt in ira: quippe cum ita f-
uor cordi suffusi sanguinis sit, & trepidans ip-
non metu, refrigeratione que sit ita affectus, f-
membri ipsius affectione.

27 Cur idem facie non sudant, sed erubescun-
An quoniam amplius incalescunt: itaque fac-
calor assiccat errans per summa. Pedum tam-
humorem propterea liquefacit, ꝙ vt minor e-
quàm vt exiccet; sic maior insito præconditoq-
calore naturali est, vt sudorem ciere possit.

28 Cur dormientes, quàm vigilantes sudare m-
gis solemus? An quòd sudoris origo intrinsec-
est: interna autem calidiora habemus? ergo c-
lor intimus humorem diffundens intimum e-
cit. An humoris aliquid semper à corpore e-
fluit? sed latet, quia nihil solidum est, cui hum-
occurrens se colligat. Argumentum cur ita s-
quòd partes cauiores assidue sudant.

29 Cur in caldarijs tum magis sudamus, cùm
tempus frigidum sit? An quoniam calor propt-
frigoris obsidentiam, foras euadere non pote-
arcetur enim. verùm intus se præuoluens ac i-
sidens, humorem soluit interiorem, sudorem
ex eo procedit.

30 Cur sudor vtilior est, qui corpore nudo curr-
ti prodierit, etiam si minor sit, quàm qui sub v-
ste se prompserit? An quòd laborasse, quàm n-

labo-

rasse melius esse perpetuum est: & sudor ve
uẽ labor præstiterit, eo melior est, qui sine
re prouenisset: & qui maiori cũ labore me-
quàm qui cum minori. Maiori autem cùm
re est, qui nudo corpore currẽti prodierit.
nisi admodũ cursum intenderit, sudare nõ
rit, qui nudus est. vestitus cõtrà celeriter su-
etiam si parũ se concitarit, propter vestis te-
. Et verò coloratiores redduntur, qui nudi
um æstiuo tempore agitant, quàm qui cum
e. quia vt omnes qui loca libera aspiratiora-
incolunt, melius colorãtur quàm qui impe-
& silentia tenent: sic etiam seipso quisque
ratior est, cùm veluti spiritui afflanti placi-
atet, quàm cùm perstrictus, obductusq; à ca
nimio angitur: quod certe ijs accidit magis
vestiti percurrunt. Hinc etiam fit, vt qui ni-
dormiũt, minus colore hilarẽtur, quàm qui
nodice somno recreant, nã dormiens quoq;
astringitur, & propemodum strangulatur.

Cur pedes in trepidatione sudãt, & nõ facies, 31
n in muneribus vitæ omnibus, vt facie maxi
, sic pedibus minime sudemus? An quia tre-
atio metus quidam super re inchoanda est,
tus autem refrigeratio partis superioris est.
amobrem facie quoque pallent, qui trepi-
t: pedibus item solicitantur, & palpitant: sic
m trepidantes homines faciunt, seseq; quo-
nmodo exercent. quapropter ea ratione, par-
udare solent, qua laborant. Manus etiam as-
ent perfricare, & se modo inflectũt, modo ex
dunt, etiam sæpe exiliunt, neque etiam vn-
am quiescunt. sunt enim exciti propensique
negocium, quoniam calor eorũ se collegerit
ectoris loco, qui corpulẽtior est: quamobrẽ

vndique cùm eo ipso calore, tum sanguine t[illegible] gescente efficitur, vt motu vario crebroque ag[illegible] tentur. Sed pedibus maxime insudant, quonia[illegible] pedes perpetuo tenentur labore, cùm cœte[illegible] corporis partes quietem aliquam consequi p[illegible] situs mutationem, motionisque possint.

32 Cur in caldarijs igne neque vniuerso, nequ[illegible] decrescente assiduè, sed per incrementa cont[illegible] nua oblato magis sudatur? plus enim ita educ[illegible] tur sudoris, quàm si principio statim ignis ta[illegible] tundẽ affuerit. An quod principio multum ign[illegible] adhibitum, carnem, cutemq; summam siccio[illegible] occupans vrit, atque in modum testæ indura[illegible] quæ cùm talis reddita sit, sudorem arcet, obtr[illegible] ditque. Parum autem contrà carnem relaxãs [illegible] refacit, sensimq; intestinum humorem excita[illegible] vt secerni, educique possit. Carne autem ra[illegible] plus ignis adhibitum, & corporis ima facile s[illegible] biens, humores iam inde præmollitos in vapo[illegible] conuertit, partesque eorum prætenues sece[illegible] nens educit cum spiritu.

33 Vtrùm per æstatẽ potius an per hyemẽ sud[illegible] mouẽdus sit? An hyeme calor intus se cõtrah[illegible] concoquit, extenuatque in spiritũ humores i[illegible] teriores: quòd cũ omnes, aut certe maxima pa[illegible] consumatur, nullam sui excretionem admon[illegible] faciẽdam. At in æstate, cùm per raram, solutam que carnem calor euadat, humores minus co[illegible] coqui possunt intestini: qua de causa exhaurie[illegible] dum omnino est: quoniam si permanserint, te[illegible] poris eius qualitate putrescent, morbosque cõ[illegible] trahent: putrescit enim quodq; externo calore nam vt suo quodque calore concoquitur, sic e[illegible] terno putrescit. Igitur per æstatem externus pr[illegible] ualet calor; ex quo fit, vt quæuis in æstate putr[illegible] dinem

m sentiant. Per hyemem vero, quia calor
ille, ac domesticus dominatur, hinc tēpus
minime creare putredinem potest.

34 ...am ob causam cùm sudor calore, vel inter
...el externo fieri soleat, euenit vt horror nō
...is sudoribus possit excitari? An quoniam su
...qui ex calore prodit interno, se scilicet de
...amplo in breuem (corporis dico ambitum)
...trahente, primùm caloris meatus & circui-
...patefacit, deinde horror, carne iam madefa-
...ex toto, caloreque exeunte, citatur. Calor au
..., qui extrinsecus mouet, primùm summa
...poris aperit, rarefacitque: tum calor naturæ
...ernus profluens excitare horrorem potest.

36 Cur calidi sudores frigidis meliores habētur?
...quòd omnis sudor excrementi cuiusdam se
...tio est? parum autem excrementi amplius
...alescere consentaneum est: plus autem non
...ue, sed minus. Itaque sudor frigidus excre-
...nti multi indicium esse potest. quocirca mor
...s quoque is facit longiores.

37 Cur minus ad ignem multum sudamus, cùm
...nen præ calore sudor omnis moueri soleat?
...quoniam humor, aut corpore vehementer
...ente in spiritum dissoluitur humidum, aut
...m prouenerit, adeo cito calore nimio exicca
...r, vt sensus sudoris multi eripi possit.

38 Cur ad Solem acrius calefacientem corpora,
...æ nullo indumento reguntur, nihil penè su-
...nt: quæ autem satis veste intecta sunt, copio-
...sime sudant? Eandem de hoc etiam, quam
...superiori, causam reddendam censemus.

39 Quam ob causam cum motus acuti magis, he-
...tes minus calefacere posse videantur, ingres-
...s tāmē per aclinia, qui hebetiores sunt, magis

mouent sudorem, prosistuntq; spiritum, qu
amplius calefaciant, quàm decliues? An quò
graui cuique, vt ferri deorsum secundum nat
ram est, sic ferri sursum cōtra naturam est. It
que caloris natura, quæ nostra prouehit corp
ra, vt nihil per decliue laborat, sic per acliue
pressa onere nititur, acriusq; ob eiusmodi m
tum incalescit, & sudorem mouet, & spiritu
prosistit Quin etiam corporis varius inflexus n
nihil afferre causæ potest, vt directa spirandi r
ciprocatio auferatur.

40 Qua de causa cùm sudor moueri soleat, qu
magis quis se operuerit, non ij sudant, qui v
stem plurimam admiserunt? Eandem etiam d
hoc ratio, quæ prius reddenda est.

41 Quā ob causam cum corpora ficciora mag
per æstatem, quàm hyberno tempore sint, sud
ri magis in æstate pateamus? An quòd per æst
tem propter corporum laxitatem non mult
naturæ calor continetur, humoresq; proinde
soluere in spiritum potest, per hyemem aute
parte exteriori densata corporum calor frequ
naturæ coercitus, humorem minime in spirit
resolui patitur. Ad hæc, æstate humoris multu
haurimus, hyeme autem è contrario agitur.

42 Cur sudores, qui corpori bene valenti spont
prouenerint ijs deteriores habentur, quos lab
res citarint? An quòd labores excrescentem hu
morem exhaurientes, carnem efficiūt ficciorē
vt cauernæ foraminum sanitati sint opportuna
& per caloris transmissionem fieri nulla poss
obseptio, siue oppilatio. Sudores autem spōti
appellati, qui ex necessitate oriuntur, cùm scili
cet foraminibus naturæ ab immodico humor
confusis, calor non omnino occupatur, ac vinc
tur,

r, ſed repugnare adhuc extrudereq́ue humo-
n poteſt. hi recte pro ſignis morbi habentur
turi. Nam etiam calor ipſe à largiori humore,
àm qui modicus ſecundum naturam ſit, he-
tatur: & caro plene madeſcens, peſſimum ad
cundam valetudinem concipit habitum.

43 Cur tempore hyberno minus oriuntur ſudo-
s, nec nos per id tempus ſudandum æque cen-
mus, quamuis corpora humidiora tum con-
ent? An minus ſudamus, quoniam humores
r hyemem concreti, coactique ſunt vehemen
r: quare minus diſſolui tum queunt. Sudandū
item minime per hyemem cenſemus, quia
orporis eiuſmodi diſpoſitio ſalubris eſt. Qui
item mouet ſudorem, labefactat, confunditq́;
abitum corporis, atque etiam laxiorem quàm
conueniat eundem habitum reddēs, ſimul
& intimum calorem educit, diminuit-
q́ue, vt non æquè gelido cœlo poſ
ſit reſiſtere: & humor exter-
nus expeditius ſe corpo-
ribus inſerit, cùm
laxiora iam
fo-
ramina propter ſudatio-
nem habean-
tur.

ARI-

ARISTOTELIS PROBLEMATVM Sectio Tertia.

Eorum, quæ ad vini potum, & vinolentiam pertinent: cuius quęstiones. XXXIIII.

ARGVMENTVM.

Vinolenti pluribus detinentur affectibus tum corporis, tum animæ, tum vtriusque, de quibus scribit Arist. & quæ vinolentiam sedent. Itaque de vtrisque quærit Arist. cur magis crapulam sentiunt qui dilutum, quàm qui merum bibunt in prob.3. cur pueri vinosi non sint, prob.7. cur minus ebriantur qui inter potandum vinum dulce, ac merum, aut cyceonem hauserint. 12.13. 27. cur ad vinolentiam inexercitati vino facilius solui possint. 15. cur vinolentis somnus oriri nequeat. prob. 24. De affectibus corporis differit, cur vinolenti frigeant, cum vinum sit calidum. p.1. cur tremant. prob.5.25. cur eorum semen sit infœcundum. prob.4. & nequeat concumbere. prob.11.32. cur rigeant, & laterum dolore excipiantur, & alijs vitijs huiusmodi. prob.6. cur à vino diluto magis, quàm ex mero caput postridie doleamus. 14. cur à diluto magis, quàm à mero, vel aqua vomitus cietur. 18. cur

minus

...nus ventrē humectet vinum, quod ruptim bibitur. ...b.21.cur extenuatus si multum biberit, moriatur: ...n extenuatus siccus fiat.prob.22.cur prompti ad la...ymas.prob.23.cur calore solis gaudeāt.prob. 28.31. ...r lingua oberrent.prob.30.cur iuuenes temulenti po...s mingunt, quàm seniores.prob.33. De animę verò ...fectibus, cur qui leuiter se ebriauerunt, delirent. ...ob.2.26. cur aquas salsas, & vitiosas magis sen-...ent.prob.8.19.cur omnia circunferri videantur.p.9. ...).cur res vna plures esse videatur. p.10.29. cur vi-...um alios retardos, alios superbos, & insanibundos ...ddat.p.16.Denique ad vinolentiam arcendam quæ-...t, cur braßica sedet crapulam. prob. 17. & cur o-...um.prob.34.

QVam ob causam vinum cùm calidum sit, vinolenti non calent, sed frigent, & dolore laterum, cęterisque huiusmodi vitijs excipiūtur? An quòd multum humoris cùm refrigeratum est, multum frigo-...s concipit, ita vt calorem superet naturalem. ...it enim simile intrinsecus carni: vt si vestis ni-...io madefacta humore, rigorem proinde acrius ...igoris admittat.

2 Qua de causa, nō qui vehementer, sed qui leui...er se ebriauerunt, delirāt? An quod neq; tam pa...ū biberunt, vt similes sobrijs sint: neq; adeo mul...um, vt soluātur & lāgueant, quomodo efficiun-...ur, qui multū hauserint. Adde, ꝙ sobrij ratione ...idicāt penitus, temulenti ne tētant quidē aliqd ...idicare, leuiter ebriati iudicant, qm̄ quidem vi-...o nō penitus detinentur, sed praue id faciunt, ...uia sobrij non sunt: quo fit, vt mox & contem-...ant alios, & cōtemni ab alijs se ipsi existiment.

Cur

3 Cur magis crapulã sentiunt qui dilutiusculũ bibunt, quàm qui merum ex toto? Vtrùm sua tenuitatis causa vinum temperatum expeditius loca plura, angustioraq; subeat, intemperatũ autem minus facere id possit: itaque difficilius educi potest quod dilutum est. An ꝙ merum minus bibitur. vtpote quòd multum bibi non possit, magisq; vomitu reijcitur. Ad hæc merum, vt cętera cõcoquit, qui calidius est, ita etiam seipsum cõsumit: diluto autẽ illo è cõtrario agitur.

4 Cur semen genitale ebriosorum magna ex parte infœcundum? An quòd habitus corporis eorum præhumidus est? semen autem non quod humidum, sed quod constat, crassumque est, hoc vim obtinet procreandi.

5 Cur ebriosi tremunt, & eo magis, quo liberalius merum hauserint? Absurdum enim id esse videri potest, quandoquidem vinum calefaciendi vim habeat, & trèmor ex frigore præcipue soleat prouenire: itaque qui rigent, maxime tremunt. Sed tamen multi cum mero tantum cibi gratia vterentur, tremores vehementes adeo exceperunt, vt homines prementes reijcerent, & aqua perfusi calida nihil sentirent. An quod tremor tum oritur, cum corpus admodũ friget: scilicet aut calore intus circunsistente ob externi frigoris violentiam, vt hyberno tempore fit. aut naturali calore extincto, qđ fieri solet vel qualitate contraria, vel ætate, vt senectute, vel externi caloris excessu: quod ijs sanè accidit, qui Solis, aut ignis deuruntur. Igitur ijs etiam idẽ obuenit qui mero abutuntur, vinum enim califica sua facultate amplificata, plus quàm vires corporis patiantur, calorem proprium corporis se permiscens extinguit: quo extincto, refri-

gera-

eratoque corpore, accidit vt tremores orian-
tur. Quin etiam præter omnes refrigerandi mo
dos, quos præposuimus, ille quoque notatur, vt
deleta materia, quo quisque calor sustentatur
alitur, calor etiam ipse deleatur: quod lucer
na inter res inanitas demonstrat, quippe quæ
exempto oleo, lumen amittere cogatur. Senectus
vero in animatorum genere illud idem efficit,
ac morbus longus diutino consumptu corpus
in tabem redigens. alimento nanque deleto vel
attenuato caloris euenit, vt calor etiam ipse de-
ficiat: calor.n. humore alitur, nō tamē quolibet
humore, sed leni, & copioso. Quamobrē tum ijs
qui à prædictis tenētur vitijs, tū ætate profectis,
exolescente, alterascenteq; tali humoris gene-
re, (fit enim pro leni & pingui, acre & siccum,)
euenit vt calor ipse deficiat. Patent hæc argumē
to auxiliorum, quæ ijs impendimus, qui ob mar
corem è vita abeūt. fit.n vt eorum virtus vitie-
tur, cùm aliquid nutrientis humoris instillatū
est, vtpote cum eiusmodi humoris defectu re-
solutio illa eueniat. Mero igitur hominibus de
bilitis, causæ id esse videtur. Vinum etenim ca-
lidum, corporis caliditati naturali coniunctum,
efficacius porrò, quæ calor proprius sibi subdi-
ta pro alimento obtinet, consumit. Vnde fit, vt
alios ex his aqua intercus premat, alios fluctio,
alios alia deiectio, & pleraque alia vitia eiusdē
alui exerceant. nam & reliqui humores acerbi,
ineptique remanent: & qui liquidi extrinsecus
aduenerunt, crassati ob imbecillitatem caloris
proprij nequeunt. Calor autem ipse imbecil-
lis propterea manet: quoniam materia, quæ
contineri adhuc potest, imbecilla est. quomo-
do ignis, quem arundo reddiderit: hic enim
pro-

propter materiæ imbecillitatem infirmior est, quàm qui à ligno præstatur.

6 Cur vinolēti, cum vinū calidum sit, rigere tamen solent, citissimeq; laterū dolore, cęterisque huiuscemodi vitijs excipiuntur? An quòd multū humidum, cùm refrigeratum est, in multū frigidum se conuertit, ita vt calorem superet naturalem: quæ autem sunt humidiora, eadem omnia naturæ calidiora occurrunt; argumentum, quòd rebus externis calescimus, non humescimus. Verum si minus calida, quàm humida sint, accedet profecto, vt suam caliditatem potius, quàm humiditatem amittunt. Humore igitur frigido remanente, non sine causa vinolenti amplius rigent, & vitia rigoris propria patiuntur.

7 Cur pueri, cùm natura sint calida, vinosi non sint, cum Scythas, & viros robustos qui certe omnes habitu sunt calidiori, constat esse vinosos? An quòd viri non calidi solum, sed etiam sicci sunt: virilis etenim habitus talis est: pueri calidi sunt, & humidi. Vinositas autē humoris cuiusdam libido est: itaque humiditas facit, vt pueri minus sitiant. Cupiditas quippe non nisi indigentia, siue desiderium quoddam est.

8 Cur temulenti aquas salsas, vitiosasq; magis sentiemus, sobrij minus? An quod suum quodque à suo nihil afficitur, simileque indomitum à suo simplici persistit: contraria verò à contrarijs potius sentiuntur. Vinolentis itaque, quòd dulces intra se continet humores (nam vini naturam talem esse videmus) hinc vitiosi saporis sentiens magis est; sobrius autem, quòd acres salsosque habet, saporem eundem percipere non potest. Admisso itaq; cibo, & excrementitij redundāt illi, & fluitant, vt & ipsi à suis similibus

affici

ci nequeant, & hominem sensus huiuscemo
reddant expertem.

Cur grauiter à vino detentis omnia circunfer- 9
ri videantur, iamq; inter initia ebrietatis res se-
ctas cernere nequeunt, itaq; indicium hinc
violentiæ nonnulli deducunt? An quia conspe-
ctus frequenter à calore vini compellitur, atque
commouetur? Nihil vero interest, conspectus mo-
ueatur, an res conspectui obuia; fit enim ratio-
ne vtralibet, vt id, quod modo dixi, videatur. Et
cum propinquis etiam in rebus conspectum vi-
olentorum falli eueniat, multo magis idem in
remotis accidat consentaneum est; quamobrem
eas videre penitus nequeunt, propinquas au-
tem aspicere quidem possunt, sed non quo sunt
posita loco. Circũferri autem tantum, non etiam
prope proculque vicissim agitari videntur: quo- 11
niam procul ob circularem mouendi rationem
conspectus nequeat progredi: haud enim facile
est contraria simul agitari. Appetitio autem, quæ
profluit ad elongatiora vehementior est: circu-
laris vero figura, quam nomen ipsum declarat,
continetur. Prope igitur, ac procul vicissim con-
spectus deferri ea de causa non potest: & si ita
feratur, rem tamen eandem contingere non
queat: quippe qui vice alterutra temporis eo-
dem in loco rem quam intuetur, relinquat, cum
que reliquerit, intueri non possit: circulo autem
aræ figuræ causa videtur. Est enim conus, cuius 12
basis circulus est, in quo se agitans ipse conspe-
ctus, rem quidem percipit eandem, quia nun-
quam sibi rem subiectam deserit. Fallitur tamẽ
in loco, quia non eodem intuitu rem contingit,
nihil enim interest, vtrum res ad aspectum, an
ad rem aspectus moueatur.

Cur

10 Cur vinolentis res vna, plures interdum e[illegible]
videatur? An quia (vt dictum est) iam aspectu[illegible]
cùm cõmoueatur, euenit, vt nullo tempore i[illegible]
visus in eodem quiescat. Quod autem eodem [illegible]
pore varie cernitur, id serius occurrisse videri [illegible]
test. Quod enim cernitur, non nisi conspect[illegible]
tactione sentitur. fieri autem non potest, vt i[illegible]
pluribus simul attingatur. Quòd cùm nullu[illegible]
sensum admittat id tẽpus, quod interpositũ te[illegible]
pori distinguat, quo rem conspectus attingit, [illegible]
quo repetit, efficitur hinc, vt tempus vnũ esse v[illegible]
deatur, quo attingitur, quoque repetitur. Itaq[illegible]
cùm plures aspectus rem eandem attingant [illegible]
dem tempore, plura esse videtur, quod vnum [illegible]
spectui subiacet: quoniam fieri non potest, vt r[illegible]
eadem modo eodem attingatur.

11 Cur vinolenti concumbere nequeãt? An qu[illegible]
niam pars quædam magis caleat, quàm reli[illegible]
quum corpus oportet: quod in his fieri non p[illegible]
test, ob nimium totius corporis feruorem? ext[illegible]
guitur enim calor motionis internæ obtentu [illegible]
loris occupantis: quoniam multum in his ines[illegible]
quod humidam, crudumq; efficiat. At hæc, s[illegible]
men à cibo proficisci necesse est: cibus aute[illegible]
omnis concoquitur. quo satiati ad venerem p[illegible]
ne incitamur. Vnde hac de re plerique prande[illegible]
large, cœnare parce præcipiunt, vt cruda insin[illegible]
quàm concocta, pauciora.

12 Cur si quis vinum dulce, ac merũ, aut cycec[illegible]
nem inter potandum hauserit, sobrius persiste[illegible]
possit? Et cur minus ebriãtur, qui calice amplo[illegible]
fœcundoq; hauriunt? An omnium eadem il[illegible]
ratio est, quòd superficialis calor ita supprim[illegible]
tur? Vinolentia enim tum oritur, cum calor s[illegible]
dem capitis totam occupauit.

[Q]uam ob causam cùm vinum dulce aptum sit [ine]briare, si quis temulentus dulce superadmisit, [mu]ltum vinũ concoquitur, minusq; infestat? An [v]inũ dulce lene, ac lentũ est, itaque foramina [fa]rcit, atq; intersepit: austerũ cõtra, exasperãs, [...]dũ est. Facilẽ item ascensum calori hoc præ[be]t: dulce autẽ obstrusu foraminum calorẽ arcet [& pro]hibet, vinolentiã vero parte concalefacta su[per]na oriri dictum iam est. Addo etiam, quòd vi[nu]m dulce inodorum, austerum autem odorum [est]: odor autem omnis caput tentat, & ingrauat. 13

[C]ur à vino diluto, meracius tamen, caput po[stri]die magis dolemus, quàm ex mero? An merũ, [quia] crassius est, foramina capitis angusta sub[ire] ipsum non potest, sed vim suam, atque odo[rem], & calorem tantũ transmittit. Dilutũ autem [i]d, quoniam per aquæ admistionẽ tenuius fa[ctu]m est, facile ipsum subit, ac penetrat: cùm ta[me]n partem corpulentiæ, facultatisq; meri non [me]diocrem adhuc retineat, concoctu difficilius [est]: nam & humida, omnium difficillima con[co]qui, & corpora longe peruicaciora, quàm fa[cul]tates eorum persistere nouimus. 14

Cur inexercitati magis, quàm exercitati ad vi[nol]entiã vsq; potare, & vino facilius solui pos[sun]t? An quoniam qui excrementa, humoresque [in] se continẽt, vrinã copiose profundũt? quod fa[cit], vt plus bibi & leuari facilius possit, quoniam [non] multum vinosi humoris in ventre remaneat. [At] qui inexercitati humidi sunt, excrementisq; [ab]undat. exercitati contrà, sicci sitículosique, [&] vini humor sese totum insinuare corporibus [po]ssit. Statim igitur hic vini impetus vrinam re[tra]ctat, & post humor hic in corpore insidens [gra]uitatem creare nimirum potest. 15

16 Cur vinum alios retardos, alios superbos red-dit, atque insanibundos? contrario enim affect id agitur, quandoquidem alteri magis, alteri m-nus moueantur? An (vt Cheremon ait) vinũ se se pro moribus vtẽtiũ, applicat? Cõtraria igitu reddit, non quæ eadem, sed quæ sunt dissimilia vt ignis alia exsiccat, alia humefacit, sed non e dẽ: & quidem glaciẽ liquefacit, saltem indurat Nam & vinum, vt quod suapte natura humid sit, homines tardiores incendit, redditq; mob liores. contra mobiliores dissoluit, atque reta dat. Vnde plerosque melancholicos penitus re solui, labiq; in crapulis nouimus. Vt enim ba neum corpora perstricta duraque relaxat, ag lioraque facit: humida vero, & mobilia dissol uit, atque infirmat: sic vinum quasi interna ho minis diluens ita afficere potest.

17 Quid est cur brassica sedet crapulã? An quò succum dulcem; discutientemq; obtinet? vnd Medici eam aluo infundunt, frigida autem ip est. Argumentum, quod ad alui vehementes de iectiones Medici ea vtuntur, excocta in plen & suo callo purgata, refrigeraraque. Fit igitu detentis à crapula. vt eius siccus humores in a uum detrahat, qui vinosi, crudique tenentur, ipsa supra in ventriculo remanens corpus refr geret: quo fit, vt tenues humores ad vesicam l bantur. quòd cùm humor vtrinq; educatur, co pusq; refrigeretur, recte liberari à crapula po sint. Vinum enim humidum, atque calidum e Euenit ad hac, vt cum humores deorsum se tr hunt, atque excernunt, flatum etiam secũ ded cant: qui si per vinum liceat, in caput se efferer grauitatem creat, & crapulam: sin autem deo sum se vertit, corpusque ob causam prædicta

refrige-

[illegible]geratum est, dolor crapulæ omnis tollitur: [illegible]enim crapula feruor quidam, & desinens [illegible]mmatio, quæ plus conflictat, quàm temu[illegible]ia quod mentem illa quatit & alienat: cra[illegible] autem mente sibi constante, dolorem ad[illegible]net. Vt etiam qui febre vrgente ludunt po[illegible], quàm dolent: ijdẽ vbi leuati malo fuere, [illegible]ue ad se rediere, indolere accipiunt. Hoc e[illegible] idem in crapula quoque, & in temulentia [illegible]nire solitum est.

18 [illegible]ur vinum dilutius temperatum vomitũ ma[illegible]quam merum, quàm aqua prouocat? An ꝙ [illegible]maxime vomitum mouent, quę innatare so[illegible],quæque insuauia, fastidiosaq; sunt? Vinnm [illegible]em reprimendi vim obtinet: aqua tenuis, nec [illegible]uauis est. Quod igitur tenuis est, cito pro sui [illegible]uitate descendit: quod non insuauis, stoma[illegible]m non perturbat. Vinum autem nimis dilu[illegible]nec ita tenue est, vt perfluere possit celeriter: [illegible]astidiosum est, ꝙ parum obtinet vini: sensum [illegible]m conturbat, quia plures motus in eo exci[illegible] scilicet quem vinum, quemque aqua effice[illegible]potest: ambo enim sentiri queunt. Quod au[illegible]n fuerit modice temperatum, id sensum peni[illegible] aquæ tollit, vinique mollis, delinientisq; sen[illegible]n accommodat, ex quo suauiter bibi potest. [illegible] cùm vinum immodice dilutum ita insuaue [illegible]tum innatare, redundareque solet; quod au[illegible]n tale est, vomitum id facile ciet.

19 Cur vinolenti aquas salsas & vitiosas melius, [illegible]am sobrij sentire possumus? An quoniam du[illegible], & tristia certius ab ijs sentiũtur, qui minime [illegible]piunt? latent hæc enim cupientes, & sæpe sal[illegible]it. At vero qui læte se habet, is non cupienti [illegible]ilis est: qui autem in tristitia est, cupientis

hic gerit affectum. Sobrius autem ita se habet vinolentus contra satiatur repletusque est.

20 Cur penitus vinolentis res omnes circunferri videntur, & cùm iam amplius vinū attingi nequeunt quæ procul posita sunt, enumerare quo circa nonnulli hinc violentiæ indicium trahunt. An quia conspectus frequenter à vini calore commouetur? Quemadmodū igitur, si sub oculo presseris, rē obiectam geminari videbis, sic etiam vinolentis accidere illud potest. Nihil enim interest, vtrum suppresseris, an aspectum commoueris, nec vtrū extrinsecus: an intrinsecus: idem enim obuenire, vel accidere vtraque ratione conspectui potest. Itaq; res obiecta minime constare videbitur, atq; etiam magis quæ procul abest: nam eò obtinebitur minus, quò longius aspectus deducat. Propinquitas etiam illa mouendi amplius ad extremum absoluere interuallum potest. Item si æquabili cum vehementia sursum deorsumque aspectus se agitet, minus assequatur remotas necesse est. deducti autem circunferri omnia solent, velut sagittæ & quæ appensa dimittimus. Igitur visus quo suam ob imbecillitatē, quasi procul deferatur, idem hoc patitur. nihil autē interest, visum, an rem visui obiectam commoueas.

21 Quam ob causam, quod vniuersum raptim bibitur, ventrem id minus humectat, cùm tamen ab humore copiosiore plus humectari conueniat? An ꝙ humorem multum, ac vniuersum venter superare non potest, sed locū adire sibi indomitum patitur? Locus autē crudi humoris vesica est. Exiguum vero facile vincit, & coquit: ex quo moram hic diutius trahens, ventrem porrò humificare potest.

Quam-

quamobrem qui ante extenuatus, merum in 22
multum hauserit, morte occumbat: & pleri-
que vero bibaces, cũ se nihil extenuarint, mul-
tum men, vniuersoq; meri haustu sicci efficiun-
tur. Quærendum enim hoc est, quandoquidẽ
vinum calidum suapte natura est, & vt vita ca-
lore contineri apparet, sic mors refrigeratione
accidere. An vt ex cicuta, sic ex mero intereun-
dum est, videlicet dum proprius calor paulatim
extinguitur, modo tamen diuerso. Cicuta enim
calorem frigiditate sua extinguit, humoremq;
adducit: vinum autem sua caliditate calorem
superat naturalem. Et quomodo ab igne nimio
& Sole exiguus ignis extinguitur: sic intimus
corporis calor à vini calore, si minus est, supera
tur, atque extinguitur.

23 Cur vinolenti sunt ad lacrymandum propen
siores? An effectuum huiuscemodi omnium ea
non causa est, quam repressio, quæ scilicet agi-
tata, per summa afferre potest: violentiam enim
his consistere capitis certum est.

24 Cur vinolentis somnus oriri nequeat? An quod
ad somnum creandum calidum adesse humo-
rem opus est. hic enim concoqui expedirè po-
test. quòd si deest, exiguusque humor, aut con
coctu difficilis inest, somnus non oritur: qua
de causa post cibum, ac potum somnolentissi-
mi fieri ob calorem solemus. Melancholicos
vero, & vehementer æstuantes insomnia tenẽt:
alteros, quia refrigeratus humor penitus est:
alteros, quia nullus, aut minimus extat. Ergo ra
tionem vtriusque affectus inde esse petendam
palàm est.

25 Cur ebriosi tremunt, & eò magis, quò largius
merum hauserint? cum vinum calefaciẽdi vim

habeat, tremor autem ex frigore maxime pr-
ciscatur: itaque qui rigent, præcipue tremāt.
tamen plerosque, cùm mero tantummodo (i
gratia vterētur, tremores acres adeo inuaser,
vt homines cōprimentes à se omnes eijcerei,
& cùm aqua calida persunderentur, nullate
ientire possent. Alij vero cum eo ipso agerēt
do, perfrictioneque, & carnibus in cibo vter
tur, in stuporem attonitum inciderunt: quos
mor quidem mitius, scilicet ob immobilitat
torquebat: dolor tamen acerrimus, & inquie
do iam inde exercebat assidue. Tremoris itac
causa frigiditas est: nam & qui rigent, ea re p
ipsa videntur, vt dictum est: & qui admodum
nuere: quorum vtrorūque alteri ab effectu f
do, alteri à frigida ætate vrgentur. vinum aut
calefaciendi vim præcipue obtinet: quocirca
trarius quidam, vt proueniat effectus, ratio e
git. An nihil prohibet rem eandem à contra
effici, dummodo non agant modo eodem,
diuerso. Exempli gratia: vritur & à gelu, & à
lore, vbi gelu calorem coegit vniuersum. itaq
modo quodam à cōtrarijs effectus proficisci
idem: & modo quodam, non nisi idem pro
citur. Tremor autem ob inopiam excitatur c
ris, non cuiusq;, sed proprij. Corrumpitur a
calor, aut marcore, aut extinctu: extinctu qui
à cōtrarijs, hoc est frigido atq; humido: marc
re autem, vel indigentia nutrimenti, vt lucer
cùm fomite aut oleo caret: vel ab alieno calo
vt ignis in Sole, & lucerna apud ignem. Igit
qui ex frigore rigēt, caloris extinctu obtremū
ex quo etiam fit, vt aqua effusa calida horror
oriatur. frigus enim, cum intus includitur,
que circumobsistit, pilos erigit. Et in febrium
quoque

...que accessione rigor ille eueniens simili de
...sa venit. In senectute autem calor alimento
...ciente emarcescit: humor enim alimentum
...oris est: senectus autem sicca est. Ebriosi ve-
... & si qui ita affecti sunt alij, suo prorsus emar
...scente calore, obtremiscunt: sed non modo
...dem, quo senes, sed tertio corrumpendi mo-
..., vt proposuimus. Quòd enim vino vtuntur
...nio, calor aduentitius superãs, aut extinguit,
... debilitat proprium calorem, quo valemus.
... enim tum tremor, cùm mouens quicquam
...n nequit superare, quam mouet: vt cum li-
...um quis longum, crassumq; obtinere, firma-
...que non posset, tremit extremum. quod ideo
... quoniam aut suscepta res maior est, aut mi-
...r, quæ mouet. Ergo tremor, cùm calor extin-
...itur, accidit. hic enim dum integer, inuictusq;
...e manet, causa animantibus esse videtur, cur
...uere se valeant. Indicium autem ebriosos,
...nesq; ob frigiditatem affectos sic esse, quòd
...mor his fieri sine vllo rigore solitus est.

26 Quam ob causam, qui leuiter à vino tenẽtur,
...agis peccant, vel delirant, quàm qui aut graui
...r sese ebriarint, aut sobrij manẽt? An quod so
...ius recte iudicat: qui autem penitus vinolen-
...s est, quòd sensibus interceptis, onus sustinere
... potest, nihil diiudicat, atque ita non peccat?
... vero qui leuiter se ebriarit, iudicat quidem,
...ia non multum hauserit: sed quoniam à vino
...tentus aliquatenus est, potestatem recte iudi-
...ndi amisit: itaque peccet necesse est. Quẽad-
...odum quòd Satyrus Clazomenius propensus
...modum erat ad maledicendum, eius aures,
...m accusaretur, penitus obstruxerunt, vt de re
...geret, nõ in cõtumelias se prouolueret. Postea

 tamen

tamē cùm cessante iam aduersario reserassent & pauca dicente adhuc, ille audiuisset, nequaquam continere se potuit, sed è vestigio maledicta effundere incœpit, quoniam sentire iam poterat, recte autem iudicare non poterat.

27 Cur vini dulcis, quod suauius est, ebriosum nominem esse arbitramur? An quod vinum dulce nullum saporem obtinet proprium vini, sed alienum penitus reddit. igitur dulcis rei, non vini auidus appellandus est, qui vini dulcis tenetur desiderio.

28 Cur ebriosi Solis calore gaudere maxime soleant? An quoniam concoctionem desiderant: atque etiam quòd refrigerati admodum sunt: ex quo attoniti, stupidique mox fieri solent à potu.

29 Cur vinolentis multa interdū apparet, quod vnum est? An quia cōspectus initia intrinsecus à vino mouētur, sic vt vel caput totū solicitari necesse est. At cùm initia mouentur cōspectus, idem sese applicare non quit, sed quasi partē rei obiectæ vis vtraque conspiciendi attingit. Merito igitur res vna suspitionem recipit geminationis: quod idem vel oculo subter oppresso pōt euenire. Conspectus enim mouetur initium vt ei coire cum altero non amplius liceat: sed hic motus extrinsecus est. vini autem ille intrinsecus oritur, nec quicquam interest. idem enim sequetur, qualitercunque aspectum commouetis.

30 Cur vinolentorum lingua oberret? Vtrum quemadmodum corpus totum in vinolentia titubat: ita etiam lingua labens oberrat, nec reddere articulatim vocabula potest. An quoniam caro linguæ mollis, & instar spongiæ est, ampliatur madescens, atque extollitur: itaque ob mollem redditum tardior fit, exprimereque syncere non valet. A

quòd

d vt in aqua ob absentiam aeris loqui non
umus, ita neq; cùm nimiũ in nos humorem
dimus? igitur quòd vinolentorum lingua in
io humore se voluit, idcirco exprimere syn-
non potest. An animus quoque vinolento-
compatiens errat. at si animus ita affectus
linguam etiam pariter affici consentaneum
inde enim omne loquendi initium ducitur.
o fit, vt etiam sine vinolentia, vbi animus
nquam hausit affectum, lingua etiã sentiat,
ue compatiatur, vt in metuentibus patet.

31 Cur ebrij omnes, & qui mari operam dant, li-
nter Solis tepori se dedunt? An quod ebrij cõ
tionem desiderant, simulque euenit, vt par-
corporis quædam refrigerentur: itaque stupi
s, attonitosq; post potum fieri nouimus, Mari
ni autem illi quoniam in humore semper suã
gunt ætatem, calorem porro desiderant.

32 Cur vinolenti cõcumbere nequeant? An quod
rtem corporis quandam amplius, quàm reli-
um corpus incalescere opus est. quod vinolẽ-
s contingere præ nimio calore non potest. ca-
r igitur, qui à motu naturæ interno præstatur,
otentu caloris ambiẽtis extinguitur. An quòd
rtes corporis imas recalescere opus est, vinũ
it in sublime efferri aptum est: itaq; calorem,
uemadmodum illic excitat, ita hinc auocat at-
ue abducit. Post cibum quoque libido veneris
inime incitatur, Vnde prandere large, cœnare
arce præcipiunt. cibo enim concocto sursum,
rudo deorsum fertur, & humor & calor: ortus
utem seminis ex his est. Et fatigatis idcirco per
omnum profluit genitura, quòd labor corpus
umidum, & calidum reddit. quòd si excremen
um ea in parte substiterit, euenit certe, vt per
somnum

somnum erumpat. Hæc eadem causa est, cur aduersis quibusdam valetudinibus id eueniat, que etiam metuenti, & morienti.

33 Cur iuuenes potius, quàm seniores mingant, vbi vino sese ebriauere? An quoniã iuuenes humidi sunt, & calidi multum, idcirco excrementum humoris cõfluit in vesicam: exiguum enim à corpore eorum absumitur. quamobrem id effundi necesse est. senioribus vero, corpus pro sua siccitate humorum nimium attrahit, atque imbibit. An quòd iuniorum natura ad somnũ propensior, quàm seniorum est: quocirca grauiter iuuenes consopitos vrinæ sæpe excitatio latet, vt hæc prius erumpat, quàm illi surrexerint. seniores autem latere minime potest, quemadmodum nec externorum motuum quisquam minus ab his percipi, quàm ab adolescentibus solet. Constat autem quod modo diximus, quandoquidem iuuenes ipsi tũ maxime immingunt, cùm arcte, & grauiter dormiunt.

34 Cur oleum ad arcendam vinolentiam valet, sorbitumque facultatem præstat potandi? An quòd vrinam ciere potest, vinoq; hausto iter regit?

ARI-

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio Quarta.

Eorum quæ ad rem Veneream pertinent: cuius quæstiones. XXXIII.

ARGVMENTVM.

Quæ Venerem cient, ac iuuent, ea multa quærit Arist. contrà quæ prohibeant. Deinde quos pariat Venus effectus, disserit. Mouet eam turgescentia corporis, vt in prob. 9. quæ fit à calore, et humido copioso, vt prob. 32. mouet tentigo, & amplificatio penis, vt proble. 24. Iuuat Venerem aßidua equitatio, vt in prob. 12. penis intenditur mingēdi desiderio, ut p. 23. Mouet sanguinis defluxus ad inferas partes. vnde caluities, vt in prob. 19. tempus anni, ut per æstatem minus, mulieres magis concumbere poßint, ut prob. 26. 29. humor melancholicus, ut prob 31. ieiuni celerius, ut prob. 10. Venerem quidem efficit nuditas pedum, ut prob. 5. minus in aqua exercet, ut prob. 15. qui à uaricibus tenentur, ut prob. 21. & qui à mingendi desiderio, ut prob. 20. Effectus uerò huiusmodi parit Venus: nam qui concumbit, oculos attollit, ut prob. 1. & qui immodicè, huic oculi, & clunes manifestè subsident,

fident, vt prob.2. in acumine oculorum offenditur quod & spadones, vt prob.3. & 33. & cum concumbere posse incipit, pubescit solus homo, vt prob.4. plurimum seminis emittit, vt prob.7. & postquam concubuit, dissoluitur, & languescit, vt prob.6. 23. timidi, & metuentes semen profluũt, vt prob.8 adolescentuli re peracta odio habent mulieres, vt prob.11. corpus malè olet, vt prob.13. 25. nostrã appellamus prolẽ ex semine nostro procreatã, vt prob.14. est res suauissima, vt prob.16. 27. commoda est nonnullis pituitæ morbis, quanquam immodica, vt prob 17. sed ventrẽ refrigerat, & siccat, vt prob.18. pudet se confiteri cupere, vt prob.28. tamen quibus natura est calida si robusti, ac pleni sint, nisi concũbant, ijs sæpe bilis profluit, & aluus amara secedit, & pituita salsa conficitur, & color corporis mutatur, vt prob.30.

1 QVAM ob causam, qui cõcumbit, & qui moritur oculos attollit: qui autẽ dormit, submittit? An quod parte superiore calor exiẽs, eodẽ oculos vertit, quò se deflexerit: per somnum autem deorsum se colligit: itaque eodem conuertit. Clauduntur vero propterea oculi, quia humiditas deficit.

2 Cur, ijs qui rem veneream immodice agunt, oculi, & clunes manifeste subsident, partes quarũ alteræ prope, alteræ procul à genitalibus absunt? Vtrum quòd in seipso etiam coitu partes hæ perspicue collaborãt, cùm rẽ studiosius ipsi persequantur, & se cogant nitanturq; in semine emittendo: itaq; quantũ alimẽti facile liquescere põt, id pressum extruditur. An quod obcalefactæ præcipue contabescũt. cõcubitus aũt calore agitur facultate, eaq; maxime sentiunt calorẽ,

in

n agendo cõmouentur. Oculi aũt,partesq; sedi roximæ,perspicue collaborant. haud enim fieri otest, vt semẽ profluat, nisi partes cogãtur illæ, iisq; oculi demittãtur: quippe cùm partib. his oeuntibus, humor quasi manu ex vesica prema ur, oculisq; coactis crebrum sua dimittat. Ocu-os vero, & locũ his proximũ, vim ad procreatio iẽ maxime obtinere docent illinimẽta, quæ mu ieres tã steriles, quã fœcũdæ experiũtur, vtpote um vis ad semen transmitti hinc debeat. Sunt utem & oculi & renes omnium pingues, atque obesi. ergo quòd partes hæ rem veneream effica-cius adiuuant, caloris participes sunt, cuius tabi fica ui extenuãtur, multumq; sui succi ad semẽ excerni patiũtur. Calor enim (si corpus vel pin-gue non est, vel si pingue quid est, sed non tamẽ laborat) æque liquefacere nequit, vt late in vene re patet. Renes tamen omnium maxime sen-tiunt, quia in vicino positi sunt. Et ipse quoq; se minis transitus, cùm per ea loca perspicue aga-tur, extenuare procul dubio potest: adimit enim, non addit per suam istam propinquitatem.

3 Quam ob rem, & qui concumbunt, & spado-nes, qui re minime vtuntur venerea, in acumi-ne oculorum offenduntur? An quòd alteris ob li bidinem, alteris ob excisionem partes superio-res plus iusto exiccantur: quod perspicuum in ijs est, quorum opus exquisitius administratur, aspectus autem tale est. humoribus vero deor-sum ductis, superiora siccari necesse est: id igi-tur nimirum concubitu fieri patet. Spadonum autem crura intumescunt, & alui faciles sunt. vt pote cùm deorsum se humoris copia seuocat.

4 Cur homo, cùm concũbere posse incipit, tunc pubescit: cęterorũ autẽ animantium, quæ pilis

tegun-

teguntur, nullum tunc pubescere incipit? An q
per ætates mutari animantes in contrarium so
lent. Vox enim grauis de acuta efficitur: & nud
quæ ante fuerunt, hirta redduntur. Vnde etian
animantes à primo natali die hirsutas enudar
debere tunc, non densescere constat, cùm sem
habere incipiunt: sed ita euenit, quia quæ sem
effundunt, ficciora fiunt, & laxiora: quibus de
causis pilus oritur. quod inde sane patet. Pilu
enim neque cicatricibus, neque pueris, neque
mulieribus exit: cum scilicet cicatrices spisso c
textu, non raro inducantur: pueri, mulieresqu
corpore humido sint, non sicco.

5 Cur nuditas pedum obesse in re venerea po
test? An quoniam corpus, quod concubiturun
sit, calidum intus, atque humidum esse debet
quale per somnum potius esse, quàm per vigili
solet: ex quo etiam celeriter, ac sine corporis ag
tatione semen dormientibus profluit; vigilan
tibus vero nòn sine labore prodit. Simul autem
fit, vt & reliquum corpus tale existat, & pedes
humidiores sint, atque calidiores. Indicium, q
cũ dormimus, pedes obtepescere solent, vt qu
vnà cùm internis partibus ita afficiantur. At nu
ditas pedum è contrario agit: siccat enim, atque
refrigerat. itaque siue impossibile, siue difficile
sit, vt res agatur venerea, nisi pedibus calidis
eam tamen nuditatem in vsu concumbendi in-
commodam esse necesse est.

6 Cur omnium maximè animantiũ homo pos
quàm cõcubuit, dissoluit, & lãguescit? An quod
semẽ proportione sui corporis plurimũ emittit.

7 Sed cur plurimum homo emittit? An quod
minus cibum is conficit, & omniũ maximè ani-
mantium humidus natura, & calidus est: qua-

rum

im rerum altera seminis copiam reddit: alte-
a naturæ vim efficit ad semen creandum. semẽ
enim tale est, quandiu seruatur.

8 Quam ob causam cùm ratio concumbendi ca
ore contineatur: timor autem, & mors refrige-
andi vim habeant: plerisque tamen cùm ab ip-
s tenentur affectibus, semen excurrit? An ꝙ cũ
oca quædam corporis refrigerantur, alia quæ-
am intepescunt, cùm & suum calorẽ habeant,
t pulsum de locis refrigeratis illum ipsa susci-
iant, quam ob rẽ frigentibus quidẽ id euenit,
erùm non quia frigent, sed quia calent. Con-
tat hoc etiam ipso aspectu. partes enim supe-
iores timentium sanguine priuantur, inferio-
es autem humescunt, & aluus soluitur, & vesi-
a. Calor igitur cùm per se timorem deorsum,
er mortem sursum deuius agitat, madificare
& seminis excitare profluuium potest.

9 Cur neque concumbere, neque euomere, nec
ternuere, neque flatum emittere oportet, nisi
es turgente corpore vrgeat? An quia cùm non
urgemus, similes terræ stirpibus sumus, quibus
euulsis, aut alienum conuellitur quippiam, aut
aliquid abscissum relinquitur. quod autem cùm
extrudi debet, minutum remanserit, dolorẽ diu
ius id omne mouebit: & si quid alienum com-
motum sit, id cũ sua sede priuetur, dolorem crea
bit. Quæ certè ijs vsu euenient, qui cum non tur
gent, aliquid faciunt ijs, quæ modo retulimus.

10 Cur ieiuni celerius concumbunt? An quod
foramina corporis ieiuno inaniora, repleto au-
tem plena habentur: itaque impediunt, ne hu-
mor seminis genitalis valeat permeare. quod la-
tissime in vesica patet: hac etenim plena, nun-
quam celeriter concumbere possumus.

Cur

11 Cur adolescentuli cum primo cōcumbere in-
cipiunt, quibus cum fuerint cōgressi, eas re pe-
cta odio habeant? An quòd mutatio summa e-
titerit, sequentis tristitiæ memores, eam fugi-
tanquam fontem, ad quam sese applicauerun

12 Quare qui equitant assidue, libidinosiores
uadunt? An caloris agitationisque causa eode
afficiuntur modo, quo per coitum: quocirca a-
tis quoque accessione membra genitalia con-
ctata, agitataque plenius augentur. Quòd igi-
semper eo vtuntur motu, qui equitant, hi
fluentiore corpore, præparatoque ad concu-
bendum euadunt.

13 Quare concumbendi facultatem dari per a-
tem cùm cœptum est, corpora male olent: pr-
autem ante pubem non ita olent, nec viri, n
mulieres? An quoniam quæ incocta sunt, tu
sapores habent deteriores: aut.n acidiores, a
salsiores, aut amariores, tum odores reddunt
tidiores. Contra quæ concocta maturaque su
sapores aut dulces, aut minus amaros, & odo
suauiores præstant, aut certe minus insuaue
Patet hoc in omnibus tam terræ stirpibus, qua
animantibus ipsis. Datractis autem, quæ ma-
ra concoctaque sunt cętera cruda relinquūtu
vt & in cinere portione dulci cōsumpta, pul
amarus relinquitur, & sudor quoque salsus e
dem de causa est. Calor autem naturalis sem
genitale concoquit: quod quanquam exiguu
est, vim tamen obtinet maximam, quippe qu
ex multo admodum tam exiguum constitutu
Quam ob rem vbi id secessit, resoluimur m
gna ex parte vehementius, atque refrigeram
itaque humores incoctiores redduntur, pate
ctis meatibus propter seminis excursū: quo f

vt sudor

rè sudor ob crudiate & salsior, & fœtidior tunc fit, quàm in puerili ætate. Quòd si cui forte talis natura sit, vt partem subsidentem sudoris fœtidam habeat, huic magis, magisq; res inotescet, ac præsertim eisdem in locis, quibus & cæteris maxime consistit, velut in alis.

14 Cur si ex nostro semine procreatum animal est, prolem id nostram appellare solemus: sed si ex aliquo alio nostro, vel excremento, vel parte prodijt, nostrum id esse nunquã fatemur à multo.n.semine putrescente proueniunt. Quid igitur causæ sit, vt si quales nos sumus, tale fuerit, nostrum id sit: sin diuersum, id alienum sit? aut enim omnia nostra esse oportet, aut nulla. An primum, quoniam quòd ex semine nostro prodijt, id ex nostro est: quod secus, id ex alieno, s. quæ purgamentis, excrementisq; enascuntur. Denique nihil ex omnibus, quæ animanti tribuimus, gignere animantem potest, nisi semen genitale. Quod autem nocet, quodque malum est, id suum nullius est: nec quod alienum est, id suum esse potest, haud. n idem illa significant, suum esse, & alienum esse, vel diuersum, vel malum. Excrementa autem, & putredines non nostra, sed diuersa, alienaque sunt à nostra natura. Non.n.quæcunq; in corpore extiterunt, corporis hæc esse putandum, nam & pabulæ sæpe erũpunt. quas tollimus, atque excidimus. omnino quæ præter naturã constiterint, hæc aliena omnia sunt: multa autem præter naturam, vel rebus cõiũcta naturalibus prodeunt. Quòd si ex rebus nostris solo semine natũ animans sit, rectè quod ita prouenerit, prolem id esse nostram tantum putabimus. ex semine vero ipso si quid extitit aliud, vt vermis, vbi vel foris putauir, vel

corruptum in vtero est, vt quæ monstra appel-
mus, prolẽ id esse nostram haud quaquam di-
dũ esse. Cum enim corrupto creetur semine,
insuper ex nostro creatur, sed alieno: queãdm-
dum quod excrementis constiterit, vt quod
stercore. Omnia vero huiuscemodi ex corru
creari semine hinc indicatur, quòd ex non c
rupto creari tale natura statuit, quale illud e
de quo semen genitale prodierit: exempli g
tia, si de equo equus, si de homine homo. N
semen magnisacimus ipsum, nec aliquid, qu
inter generandum confici solitum est: tunc
humor, & corpulentia quędam, & caro co
stunt. quorum nihil nobile est: quoniam non
naturam obtinent destinatam: sed eatenus
turam attingunt, quatenus ita se habeant, vt
illis tale creari possit, quales nos sumus, n
do seruentur, corruptis autem nihil tale ena
potest. Causa est hæc, cur nec alia ex re no
corporis, nec ex semine ipso corrupto, aut i
perfe to prolem nostram oriri arbitremur.

15 Cur minus in aqua homines concumb
queũt? An quòd res nulla in aqua liquescere p
test, quæ ab igne liquefieri apta est: ceu plum
aut cęra, semen autem hominis igne plane li
scere videmus: haud enim prius fluere incip
quàm per attritum recaleat. Pisces tamen
attritu coire fatendum est.

16 Qua de causa res omnium suauissima con
bitus est? Et vtrum necessitate impellantur
concumbendum animantes, an rei cuiuspiã g
tia genus hoc libidinis datum est? An suaui
me quidẽ concumbimus, quoniã aut toto ex
pore semen profluit, ut aliqui volunt, aut q
quamuis non toto ex corpore, tamen per eã
tem

...e promit, in quam meatus omnes, venæque ...nes applicentur, & coeant. Cùm igitur volu...s similis in libidine, atque in prurigine sit, ef...tur pariter, vt corpus gestiat vniuersum. Pru...o enim secessio humoris spirituosi inclusi cō...naturā est: & genituram vero secessionē hu...ris eiusmodi esse ad rem naturalem constat. ...uis autem tum ex necessitate, tum rei cu...piam gratia concubitus est. Ex necessitate, ...uā, quod via omnis pertinens ad rē naturalē, ...uis est, si modo à sensu percipi queat. Rei ve...cuiuspiam gratia est, vt ortus sit animantium ...petuus. facit enim voluptas, vt animantes ad ...tum ardentius excitentur.

17 Cur venus immodica morbis pituitæ nonnul...commoda est? An quoniam excrementi qui...n exitus est, ita vt multum vacantis materiæ ...n semine detrahi possit? pituitam autem ex...mentum esse nulli dubium est.

18 Cur res venerea ventrem refrigerat, & siccat? ...refrigerat, quoniam calor in concumbendo ...ernitur. & siccare quidem coitus venereus ...test: quippe cùm euaporari, dum calor exit, ...cesse sit: exit autem, cùm refrigeratur. Adde ...quòd feruor coeundi siccare nimirum potest.

19 Cur salaces hi sunt, quibus pili palpebrarum ...fluunt? An ob id ipsum, quo etiam calui: sunt ...m hæc ambo partes rei eiusdem. Quicunque ...em ex pilis congenitis ætatis iam prouectæ ...n crescunt, hi omnes decidunt libidinis vsu ...moderato. Capillus enim. & supercilium, & ...um genere congeniti pili continētur, exque ...supercilia tantum nonnullis ætate proue...s obdensantur. Quod cur ita sit alibi rationē ...ulimus. Reliqua autem vtraq; genera eadem

illa de causa deficiunt, ꝙ partes superiores sa-
guinis parum obtinentes libido refrigerat.
enim efficitur, vt locus hic alimentum con-
quere non possit: cum autem pili alimento c-
uerint, defluant, necesse est.

20 Quam ob causam, qui mingendi desiderio-
nentur, concumbere nequeunt? An ꝙ mea-
implentur, quod autem plenum humoris est
nullum præterea humorem potest suscipere.

21 Cur gignendi facultas ijs tollitur, qui à vari-
bus tenentur, siue homo, siue aliquid ex cęte-
rum animantium numero est? An ꝙ varix fla-
translato fieri solet, quo circa in vitijs atræ b-
accommoda est: fit autem concubitus quoq;
cum flatus excursu, quam ob rem, si impetus-
le agitur, cum varix exercet, semē non insu-
excitatur, sed refrigeratur. fit igitur inde, vt p-
nis tentigo emarcescat.

22 Quare qui cōcumbunt, resolui, atq; langue-
magna ex parte solent? An ꝙ semen omni-
parte corporis secretio est? itaq; vt ædificij-
structio, sic corporis compactio quatitur, d-
semen decedit, quasi sanguinis multum, aut-
qua pars alia decedat, ita quod exit peroppo-
num est, & quod exiguum ex multo alimen-
cōficiatur, quemadmodum amylum ex fari-

23 Cur ijs qui concumbunt, si desiderio ming-
di tenentur, penis intendi vehementius pote-
An ꝙ foramina plena redduntur humoris,
men per angusta se promens, molem efficit a-
pliorem, atque extollit? penis etenim ad ip-
meatus est positus.

24 Quam ob causam tentigo, & amplificatio -
nis illa existere possit? An duplex causa est. V-
quòd pondus vrgēs post testes, facit, vt penis
gatur

atur: testes enim vicem fulmenti vectorij ca-
iunt. Altera, quod foramina spiritu admisso
mplentur, ita vt genitale membrũ intumescat,
tque se erigat. An humor auctus, translatusq;
acit, vt moles amplior redundet. penis tamen,
qui mensura insigni adoleuerit, minus se pati-
ur efferri: fit enim, vt ita pondus à fulmento ve
ctis remotius maneat.

25 Qua de causa qui rem agunt veneream, aut qui ea ætate sunt, quæ sufficiat veneri, male o-
lent, virusque hirci reddunt: pueri autem nõ ita solent? An spiritus puerorũ (vt dictum iam est) humorem, sudoremque concoquere potest. vi-
rorum autem nequit.

26 Cur ꝑ æstatẽ viri minus, mulieres magis con-
cũbete valeãt? qđ Hesiodus quoq; poeta inquit.

Fœmineo venus est vsu magis effera sexus.
Maior illa viris, & sæpe accitare languet.

Vtrũ ꝙ testes eo tempore magis dimittuntur, & flaccent, quã per hyemem, cum qui concubi turus est, retrahat, ac suscipiat illos, necesse sit. An quoniam naturæ calidæ præ nimio calore æstiui tẽporis æstuant, collabunturq;, frigidæ ve ro refouētur, & vigẽt est aũt vir calidus, & siccus mulier frigida, humidaq;: ergo virorũ tunc vi-
res infirmantur, mulierũ corroborantur, & vi-
gent per compensationem qualitatis cõtrariæ.

27 Cur nonnulli rem veneream cum voluptate patiantur, & alij vel ipsi agere cupiant, alij pati tantũmodo gestiant? An ꝙ excrementis singu-
lis locus determinatus à natura est, in quem in-
stituto secerni naturali debeat, solicitaq; natu ra spiritus excurrẽs tumorẽ admouet, excremẽ tumq; vnà extrudere solet, verbi causa, vrinã in vesicam, cibum cõsumptum in aluum lachry-

mam in oculos, mucorem in nares, sanguinē in venas natura deduci placuit: his aūt ꝓximè genitură quoq; in testes, & penē deferri constitutum est. Quibus itaque meatus habitu suo naturali priuantur, vel quia obcęcati sunt, qui ad penem tendant, (quod spadonibus hisque similibus euenit,) vel etiam alijs de causis, his talis humor in sedem confluit, quippe qui hac transmeare soleat: quod eius loci contractio in coeundo, & partium sedi appositarum cōsumptio indicant: qui si admodum semine genitali abundant, excrementum illud large in eum locum se colligit. Itaque cum excitata cupiditas est, attritum pars ea desiderat, in quam confluit excrementum. Cupiditas autem excitari tum à cibo, tum ab imaginatione potest. Cùm enim alterutra de causa libido commota est spiritus eodem concurrit, & genus id excrementi confluit, quo secedere notum est. Et si tenue, spirituosumue est, cùm difflatum id fuerit, requiescūt: quemadmodum pueris, & adolescentibus interdū nullo secreto humore cessare tetigines possunt. Sed si crassum corpulentumque est, nisi extruso quiescere nequeunt. Quod si neutrum accidit, cupiunt, quousque alterutrum accidat. Quorum verò natura mollis & fœminea est, ita ij constant, vt genitura vel nulla, vel minima cōueniat, quo illorum secernitur, qui prædicti natura integra sunt, sed se in partem sedis diuertat: quod propterea euenit, quia præter naturæ normam constiterunt. Cum enim mares crearentur, ita degenerarunt, vt partem virilem mācam, atque oblęsam habere cogerentur. Læsio autem alia rem omnino corrumpit. alia peruertit, & vitiat. At genus illud corrumpēs, vt in his

sit

ﬁeri non poteſt: ita enim mulieres, non viri
arentur ergo peruerti, citarique aliorſum,
àm ſecernēdum natura voluit, neceſſe eſt. Vn
fit, vt inſatiabiles etiam ſint modo mulierū:
morē enim ſolicitās ille exiguus eſt, nec quic
am ſe promere conatur, refrigeraturq; celeri-
t. Quibus itaque ſedem humor ex toto adiuit,
pati tantummodo auent: quibus autē in vtran
e partē ſeſe diſpertijt, & ij & agere, & pati cō
piunt idque amplius, quo tandem plenius flu-
rit. Sed ſunt, quibus vel ex conſuetudine affe-
us hic accidat. fit enim, vt tam geſtiant quàm
m agunt, vtq́ue genituram nihilominus ita e-
ittere valeant. Ergo agere cupiunt, quibus hęc
ſa vſu euenerunt & cōſuetudo magis veluti in
aturā idcirco illis euadit, quibus non ante pu-
em, ſed in ea vitium patiendi inualuit, quo-
iam his recordatio rei, cùm deſiderant, oritur.
nā autem cum recordatione geſtiens exultat
oluptas: deſiderāt autem perinde ac nati ad pa-
endum. Magna igitur parte vel ob conſuetudi-
em res exiſtit. ſed ſi accidat, vt idem & ſalax,
t mollis ſit, longe expeditius hæc omnia eueni-
e poſſe putandum eſt.

28 Cur homines rem agere veneream cupiētes,
onfiteri ſe cupere maxime pudet: bibendi, aut
dendi, aut aliquid eiuſmodi faciendi deſiderio
ùm teneantur, confiteri non pudet? An quod re
um plurimarum cupiditates neceſſariæ ſunt, &
onnullæ niſi expleantur, interimunt: Rei au-
em venereæ libido ſuperfluit, & abundantię in
dex eſt.

29 Cur viri per hyemem, mulieres per æſtatē rei
venereæ appetentiores ſunt? An quòd viris ca-
lidior natura, & ſiccior eſt: mulieribus autem hu

mida frigidaque? Quamobrem illis humor, & ca-
lor satis cupiditatem veneris hyberno tempore
accendere queũt, quibus rebus semen oriri cer-
tum est. mulieribus autem & calor minor, & hu-
mor concretus propter caloris inopiam tunc
est. At per æstatem contrà mulieribus calor mo-
dicus, viris largior quàm satis sit: nimius enim
vires frangit, atque dissoluit. Quapropter pueri
quoque per æstatem tenuiores redduntur: inci-
dit enim, vt ignis igni coniungatur.

30 Cur quibus natura calida est, si modo robu-
sti, plenique sint, nisi concumbant, ijs sæpe bilis
prosistit, & aluus amara secedit, & pituita fals[a]
conficitur, & color corporis immutatur? An q[uia]
semper cum semine vnà excrementi aliquid e[x]
xit? Vnde etiam nonnullorum excrementis ab[un-]
dantium, genitura lauamentum piscium redo[-]
let: igitur excrementum quoque illud concum-
benti decedit: itaque nihil est, quod possit affli-
gere abstinenti autem manet, & amarum, sal-
sumve redditur.

31 Cur libidinosi sunt, qui melancholici? An q[uia]
flatu redundant: semen autem decessio flatu[s]
est: ergo quibus idipsum amplificatum, hos sæ-
pe purgari appetere necesse est: sic enim effici-
tur, vt leuentur.

32 Cur aues, & pilosi homines libidine vehemẽ-
ter aguntur? Vtrum quòd multum humoris con-
tinent. An nõ ea ratione est: fœmina enim, quæ
humida est, pilis vacat: sed potius quòd genus il-
lud vtrunque naturę multi humoris concoquẽ[di]
propter caloris copiam est. Indicio pilus est, atq[ue]
penna. An quòd & multum inest humoris, & i[d]
à calore superatur: neque enim si multum non
esset humoris, neque si non à calore vinceretur

pennæ auibus, pili hominibus possent vnquam ...ri, semen autem vel loci, ac temporis portio..., vel ratione creari plurimū potest, vt in aere, ...in vere: nam eius natura calida, & humida ... Fit etiam ratione cōmuni, vt aues, & claudi ...mines salaces nimirum sint. alimētum enim ...iusque seorsum quidem exiguum profluit ...opter vitium cruris: in sublime vero affatim ...fertur, atque in semen conuertitur.

33 Cur homini, cùm concumbit, oculi potissimum infirmantur? An quod humore deficiente id accidit? Argumentum verò frigidam esse genituram, quòd humida nunquam redditur, nisi calefiat, nec vllam desiderat liquefactionem: quandoquidem per vniuersum corpus expassa est, quemadmodum sanguis.

ARI-

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio Quinta.

Eorum, quæ ad laborem pertinent: cuius quæstiones. XXXVIII.

ARGVMENTVM.

Problemata de labore disputat Arist. Labor autem fit per motum totius corporis, uel alicuius partis: uel pedibus, uel equis, fit ab aliquo ad aliquem terminũ, & per aliquod spatium. & horum motuum alter altero est laboriosior, & effectus producit uarios, quorum medela est prob. 6. 7. Motus igitur hoc tempore dicitur quæuis exercitatio, vt ambulatio, iter, cursus, fricti, equitatio. fiunt tardè, uel uelociter, diu, uel breui, per æqualia loca, uel inæqualia, ascendendo, uel descendendo. Ambulatio prolixa per plana cur laboriosior fit, agitur in prob. 1. 37. per ardua. 38. breuis amplius fatigat. 12. 33. Iter dum fit, cur media femoris pars laboret. 20. Equitatio longa cur lacrymas moueat. 13. 35. longa impedit minus casum. 39. Cursus uelox cur caput lædat. 9. non concitatus facit numerosam respirationem. 16. concitatus conuulsionem. 36. & dum currimus, uidetur aer fieri flatus. 17. & potius cadimus.

dimus.18.sed difficilius fit cursus, quàm ambula- 1.29. Et si ascendimus genibus laboramus, si descen nus femoribus. 19. 24. Perfrictio membra reddit niora, sed uentrem extenuat.14. Effectus uerò pro cti sunt, in longo itinere, uel cursu siquis super sum s digitos constiterit, calces pedū decidunt.18. Exer atio uentrem extenuat.3. sed pingue, non caro ab- nitur.4. uenter autem est opimus: quia minimè la- rat.5. ab exercitatione cur cibus non sumatur pro- us.28. sed nec esurimus. 30. Verum siqua exerci- tio est laboriosa, facilè strangulat humidos. 21. sæpe morbum ducit temperata corpora, sed facilè curan r.22. Femora magis, quàm tibias afficit iter.26. tu- cula, & ulcera excitat 27. genituram excludit in nnis.31. sed motus omnis calefacit, aut refrigerat. sed magis laboriosior, ut brachio inanem iactasse nnum, quàm cum lapide.8. & iter per inæqualia. & accubitus in planis. 11. per æqualia quomodo. per recta.37. per ardua.38. ignarus spatij.25.

C Vr ambulationes prolixę quidē p plana laboriosiores sunt, quàm per incompta: breues autem le- uiores? An quòd membra tum à multo, tum à vehemente motu frangantur? est autem vehemēs, qui passim per loca inęqualia agi r: multus vero, qui cōtinens, vnusq; est. Locis itur inæqualibus tametsi lōga motio acta est, requiem mutatio præstat, facitq;, vt longa nō ne ipsorum quidem equorum propter muta nem Planis autem habitus similitudo, & pa- as nihil interpellat, nec membris vllā præstat ietem, sed efficit, vt mouendi ratio cōtinetur. vero si breuis sit, nimietas quidē motus nulla

in planis fatigabit: accliuibus autem quoniam immutatio vehemens, & contraria corpus modo sursum, modo deorsum vexat, fatigetur necesse est. Talis vero motus, vt dictum est, qui per ardua agitur: contrarius, qui per plana.

2 Quam ob causam qui animo deficiunt, & qui præ nimio exercitandi labore dissoluũtur, moles corporis contractiore existunt, vocemq; reddere acutiorem putãtur? An quia voces minores mittuntur, ideo acutiores esse videntur? Argumentum, quod quid clamantes à longe imitantur, acute proferunt. Moles autem corporum minores idcirco redduntur, quod sanguis à summis corporis partibus se vocat ad imas.

3 Cur venter tantummodo extenuantur eorũ qui se exercitationi dederunt? An quoniam venter pingue amplectitur plurimum?

4 Cur pingue eorũ absumitur, qui se laboribus dedunt: caro autem nullatenus emaceratur? An quoniam pingue concalefactum liquescit: quod carni non euenit. motio autem concalefacit.

5 Cur venter opimus admodũ esse solet? Vtrum quod cibo propinquus est: dumque cętera membra ex ventre hauriunt, venter ipse sibi sępius ingerit? An quoniam minime venter laborat: flexibus enim hic nullis contorquetur.

6 Cur melius fatigationes tum cessant, cũ quis ex aqua oleo permista se perfricuit? An qm̃ oleum magis subire cũ aqua potest, quã si per seipsum est? ducitur.n. suapte natura, vt innatet, & fluitet. vbi aũt subijt, corpus subinde amplius emollitur. An q̃a oleum natura calidũ est: calidũ autem quodq; & siccat, & indurat. at membris fatigatis, siccitas, & durities incõmodæ omnino sunt. mistũ igit̃ aquæ eo plus iuuat, quo minus siccat.

Cur lassis corporibus euomendum præcipuè, 7
m tamen vomitus sit laboriosus? An quod las-
udo collisis ossibus, aut pressatis, aut fatigatis
nsequi soleat? quos quidem effectus patiuntur
trinsecus, aut intrinsecus: idque bifariam: aut
im cum copia carnis vires exuperauit ossium,
it cum frequens corpus se cętero corpori mi-
uit, quo locũ sibi obtinere apte non possit; qua
genus excrementorum est. Pondera enim, quę
inque extrinsecus corpori applicentur, labo-
osiora sunt, quàm ipsa corporis membra, etiã
pondere leuiora illis esse contigerit. Argumen
im, quod qui plus æquo, vel ederint, vel bibe-
int, hi minus quamuis laborarint, quàm ieiuni,
rauis tñ fatigantur. qm̃ cibus locum suum non
btinet, vtpote qui adhuc maneat crudus. Cùm
utem fatigatio maceret, atq; colliquefaciat: col
iquamẽtum autẽ non nisi excrementũ sit: hoc
st, quod lassitudinem mouet, dum temere vaga
ur, occursatque ossibus, & neruis, & intimis car
is, quæ rara, soluta, patefactaq; substans. Vomi
us igitur cum id extrudat, quod fatigationẽ in-
ucit, merito hominẽ recreat, liberatq; à lassitu
ine: corpus enim quale principio fuerit, tale re
tituit. Elaxat autẽ vomitus, non nimij motus ra
ione, sed si ita fuerit, vt non plenè agatur. Copia
nim ciborum, quæ in ventriculo remanserit, &
xcrementa, quæ his incidant cibis, faciunt, vt
assitudo vomitum consequatur, quẽadmodum
n corporibus nimium impletis dictum iam est.
Quòd si nec illis causam lassescẽdi labor inferat,
ed cùm ita sese haberent, laborarint. nec ijs qui
nõ totum cibũ eiecerint, vomitus causa foret las
sescendi. Nã si hoc esset, haud erat, ꝙ nõ omni-
bus euomẽtibꝰ lassitudo incideret. nũc verò mul
ti

ti post,vbi euomerũt,alacriores certe reddũtur

8 Cur laboriosius brachio est inanẽ iactasse manum,quam cùm lapide? An ꝙ inani iactura brachium quasi conuellitur vehemẽtius? nulla.n in re nititur,quemadmodum cum mittit,missili obdito,fulcire se potest. Huic proxime saltan quoque ponduſculis susceptis innititur. Et qui currit,manus obquatiens, se sustentat. Quamobrẽ ille plus prosilit,halteres tenens,quàm non tenens: hic uelocius currit manus obquatiens quàm non obquatiens.

9 Quam ob causam cursus velox tam in hominum genere,quàm in cœterorum animantium facit,vt capita à morbo tententur? quanquam cursus vnusquisq; detrahere ad ima genus omne excrementorum putatur, vt ambulatio.quapropter crura eorum implentur, qui nimium ambulant, quoniam de parte superiori ad ima labitur,& alimentum omne, & excrementum. An motus quidẽ ubiq; agere idẽ pōt? Verũ motus velox,cũ vires intẽdit,& spiritũ retinet, caput cõcalefacit,eiusq; venas nimirũ inflat,& attrahẽtes reddit facultatis externę,vt frigoris,vt caloris.adde q̃ in pectore cõtinent, nã ex quoq; attrahi,resorberiq; inde credendũ est. Quib.rebus admissis, locum ægrotare illum necesse est.

10 Cur locis æqualibus, quã inæqualibus magis fatigatur,ocyus autẽ iter æquale quàm inæquale conficitur? An minus laboris tunc est,cũ motus non semper eodem habitu agitur, quod ingressu inæquali potius fit: ocyus enim ingredimur,vbi minus contra naturam mouemur. Ergo per locum æqualem parce, atque frequenter & ponitur,& attollitur,per inæqualem autem contra. Atqui ratio, attollendi contra naturam

est:

ur: vi nanque omnem attollendi vſum exequitur. Quòd autem per ſingulos gradus paulum additur, id multũ per multos demum exultat.

11 Cur in planis laborioſius accubamus, quã in concauis? An eadẽ ratio eſt, cur etiam in conuexis laborioſius, quàm planis? Cùm. n. põdus corporis ſe eundem in locum, in ſedendo, accubandove colligit, facit per affrictationẽ, vt labotur. In curuum igitur, quàm rectum, idq; quã concauum magis tale ſe exhibet: noſtrũ etenim corpus in orbem ſe colligit potius, quã dirigat processum. quæ autem eiuſmodi ſunt, hæc per plura attingũtur à concauis, quam à planis. His eiſdem de cauſis etiam fit, vt quæ cedunt, minus quàm dura, & retinentia fatigent, & in accubando, & in ſedendo.

12 Cur breues deambulationes fatigationẽ mouere amplius ſoleant? An quia euariant, incompositæq; ſunt? faciunt enim, vt ſæpe ſubſiſtatur. De contrario aũt in contrarium frequenter mutari laborioſum eſt: neutri nanq; aſſueſcere ſinit, q̃ quidem aſſueſcẽdi ratio vacat fatigatione. vtrique autem ſimul vt aſſueſcas, fieri non poteſt.

13 Cur qui equo vehuntur, quo longius equus decurrerit, eo magis emittere lacrymas ſolent? Vtrum quoniam aer, qui ſe obiectat, ſubinde eo frigidior eſt, quo minus temporis corpus attigerit? quod ijs etiam euenit, qui curſum nudo corpore agunt: frigus autem mouere lacrymam poteſt. An contra res enim calida lacrymã ciet, velut Sol. motus autem nimirum calorem efficere poteſt. An propter ictum illatum ab aere illud accidit. quomodo enim venti aduerſi oculos perturbant; ſic aer occurſans eo magis ferire poteſt, quo equus velocius agitatur.

Cur

14 Cur cœtera mẽbra cùm perfricãtur, plenio[illegible] euadant, venter autẽ soleat extenuari? An p[illegible] frictione protinus vehemẽtiore extenuatur, [illegible] is etiam impleri soleat illa fricãdi ratione, q[illegible] paulatim amplificando admouemus. sed n[illegible] æquè proficit, atque caro, qua de re quærit[illegible] quippe cum omnino in exercitãdo, laborãdo[illegible] venter præcipue extenuetur. Ratio igitur, qu[illegible] opima quæque concalefacta liquescunt & [illegible] magis, quæ intensa suapte natura sunt: vent[illegible] autem cuteus est, cutis vero sua natura tensi[illegible] nem habet. Sed enim quòd venter celerrime [illegible] pimatur, ideo & pingue aliquid semper ob[illegible] net, nisi morbo laboret. Cuius rei causam dix[illegible] rim, ꝙ cibo ex vicino positus est. Cùm igitur o[illegible] nino pingue res propria naturæ non sit, sed a[illegible] uentitium, nec ita necessarium, vt caro adh[illegible] reat: ideo exercitandi, & perfricandi agitatio [illegible] trem concalefaciens, liquefacit, & macerat, a[illegible] mentumq; quod inde redundet, membris cœ[illegible] ris dispertit. quamobrem sedile ventrem op[illegible] mat, reliquum corpus extenuat. motiones ve[illegible] perfrictionesq; ventrem extenuant, reliquu[illegible] corpus implent, & augent.

15 Cur peracto lõgo itinere, aut cursu, si quis [illegible] super summos cõstiterit digitos, calces pedũ i[illegible] quatiũtur, proniq; deorsum labũtur? An propt[illegible] continuatũ, vehementemq; motũ cõcitati n[illegible] ui nondũ requiescunt? Fit. n. sæpe, vt anim[illegible] euincere corpus totũ possit: membra autem [illegible] gula inhibere non possit, vbi se quædã in mo[illegible] cõmouere. non enim cor, nõ penè excitum re[illegible] dere animus cogere potest. Ratio aũt rei, qua[illegible] quærimus, est ꝙ multũ spiritus circa neruos [illegible] curritur, quod simul ac substiteris, refrigesc[illegible]

re[illegible]

e poteſt. Is igitur ſpiritus cōcutiens, veluti ſub trahendo ſuo motu deducit, facitque, vt pars re motiſſima minime contineatur. itaque calces tremiſcunt, quemadmodum imum labrum ho minis irati.

16 Qua de cauſa qui non concitate admodum currunt, numeroſe reſpirant? Vtrū ꝙ numerus omnis menſurā certo recipit motu: talis autem motus eſt, qui per æquas agitur portiones, quē-admodum agunt, qui currunt leuiter. Ergo ſi-mulatq; agere curſum incœperint, reſpirāt ita, vt cùm ſpiratio per compares vices propter pa-rem metiendi motum reddatur, numerum ſiue modulationem poſſit continuare An quod om-nis ſpirandi ratio compari viciſſitudine confici ſoleat. modo quis non retineat, ſed tenori trahē-di à natura determinato vtatur? Igitur cum ſe-demus, aut ambulamus, ꝙ motus corporis me-diocris eſt, numerus palam nō fieri poteſt. cùm tem curſum concitate agimus, quod ſenſus cō-ſequi motum nequeat, numerum percipere re-ſpirandi haudquaquam valemus. At cùm medio-criter noſipſi concitemus, motus ipſe medio-cris modum reſpirandi ſenſibilem præſtans, ex-plicare numerum poteſt.

17 Quare inter currendum aer inflatum conuer ti nobis videatur? Vtrum quoniā dum per cur ſum agitamur, aerem corporibus noſtris conti-nentem excitamus, quod non niſi flatum moue te profecto eſt. quocirca non ſolum videtur, ſed etiam vero in flatum aer conuertitur. An ꝙ in-currendo aerem impetu noſtro violemus. quo facto, ſenſu aeris per motum magis afficiamur, ergo recte in flatum aer ſe cōuertere videatur: hoc enim ratione impetus poteſt euenire.

18 Quamobrem currentes potius cadimus, qu[...] ambulantes? An ꝙ magis, quàm moueamur, a[...] tollimus? hoc enim inter cursum, & ambula[...] tionem interest.

19 Cur ascendentes genibus, descendentes fem[...] ribus elaboramus? An quoniã dũ ascendimus corpus sursum iactamus distensionemq; corp[...] ris, genuumq; mouemus, ex quo genibus labo[...] randum est? procliuis autem locis, eo femorib[...] laboratur, ꝙ ijs ipsis enixi crura submouemus. Ad hæc omne, quod præter naturã fit, laborem doloremq; mouet. est autem secundum natur[...] genibus vt ante flectantur: femoribus autem, v[...] retrò. at locis accliuis genua retro flectuntur, n[...] inniti, firmariq; volumus: procliuis autem fe[...] mora ante coguntur, corpus enim se pronum propensumque ita defert.

20 Cur in itinere media femoris parte potissimi[...] fatigari solemus? An quòd longi cuiusque atq[...] continui pars potissimum media laborat, cùm[...] scilicet stabilitum, fixumq; manet: quamobrem hæc præcipue rumpitur: femur autem tale est ergo partem potissimum mediam eius fatigar[...] merito solemus.

21 Quam ob causam qui humida constant natu[...] ra, facile è labore, æstuque strangulantur? An q[...] humor cõcalefactus transit in aere, itaq; acrius vrit. ergo cùm ob nimietatem facultas submo-uendi nõ datur, refrigeratio nulla subsequitur atque ita celeriter homo calore insito, & aduen[...] titio exardescit. Quapropter sudor, spiritusq; s[...] cessio eos iuuant, qui se exercent, cui denique laboribus se dederũt. Cũ.n. humor discernitur atq; extenuat spiritũ inde enasci necessariũ est.

22 Quare corpora, quæ modicè constant, tempe[...]

itaq; ſunt, in morbum ſæpius incidunt, & fa-
ilius curantur? An vtrunq; eadē de cauſa eu⸗ã
it? eſt. n. æquabile, quod modicum eſt: quod
utem æquabile, id compatibilius eſt. quamob-
em ſi qua eius pars laborauit, protinus totum
ollaborat. Immodicum autem contra, vtpote
uod ſe iunctius ſit, partim ſuarum vitia minus
aurit, minusq; conſentiens eſt. Ergo ſæpius id
n morbū hac de cauſa incidit. facilius autē cu-
atur, quoniā malum partiū cōmune omniū eſt:
o nāq; debilius redditur, quo ſe in plura degeſ
erit: itaq; curabilius eſt. Immodicū vero illud,
t ꝙ rē communem cum partibus non habeat,
ninus quidem ęgrotat, ſed difficilius curatur,
uoniam malum vehementius vrget.

23 Cur æqualib. quàm inęqualibus locis magis
atigari ſolemus: ocyùs autem iter æquale, quā
næquale expedimus? An quòd minus laboris
um eſt, cùm nō aſſidue habitu eodē mouemur,
uemadmodum ingreſſu æquabili potius agi-
ur: ocyus verò ingredimur, cùm vbi minus pa-
i tempore attollimus. Ergo per locum æqualē
ſus attollendi exiguus eſt, atque frequens: per
næqualem autem è contrario. Quod vero per
ingulos gradus paulum redditur, multum id ꝑ
multos demum exultat.

24 Cur femora in deſcendendo, tibiæ in aſcendē
lo laborant? An labor in aſcendendo eſt, qua
corpus attollitur? fit enim vt totū corpus nobis
oneri ſit. Itaq; cui totum incumbit, & quo totū
ttollitur, id præcipue premitur, atque laborat:
hoc autem tibia eſt. poſtremam enim hæc lōgi-
udinem tenet, nec modo pedis altitudinem ali
quam ſortitur. vnde fit, vt hoc minus ſe valeat
ſtabilire. Itaque vt humeris, ita tibijs pondus ſu

stinemus, laboremq; ob eam rem, quo humeru maxime affixi solet, tibia quoq; patiatur, necesse est. At in descendendo, quoniam corpus decliuum se defert, propelliturq; contra naturam, hinc labor & vexandi ratio prouenit: itaq; laborem huic præcipue admouet, cui incumbit, quodque vexat. Atqui tibia manet, thorax ponderi est, femur sustinet, atque vacillat, eo quòd & porrectum in lõgitudinem est, & superne versatur: qua scilicet thorax procumbit.

25 Cur iter longius tum esse videtur, cùm ignari quãtum sit ambulamus, quàm cùm gnari, si modo res cęteræ pares adsint? An quòd nosse quantum sit, nõ nisi nosse eius numerum est, remque non determinatam pluris, quàm determinatam esse perspectũ est. Ergo quemadmodũ, si nosti quantum sit, finitum id esse necesse est: sic etiam si ignoras, quasi reciprocetur, animus cauillatur oberrat, infinitumq; id esse videtur, quod finitum est. Quamobrem si quantum quodlibet determinatum non esse putetur, veluti infinitum id esse videbitur, eo ꝙ aptum est, vt sit determinatũ. at si determinatum nõ sit, infinitũ est: ergo id quoque infinitum quodammodo videri necesse est, quod determinatum esse nequaquam videtur.

26 Cur femora magis, quàm tibiæ fatigantur? Vtrũ quod prope abiunt ab ea parte: quæ excrementum continet? itaque vbi ea pars agitata nimium recaluerit, femora expeditius, ac plenius attrahere possunt, quàm tibiæ. An quod femora continenti re constant natura? laboratur enim præcipuè propter continui distractionem: quippe cùm etsi nullo excremento subsitante fessi simus, tñ femoribus, ac lumbis acrius laboramus. An quomodo inguina per ictum oriri nouimus

propter

opter venarum, & neruorum societatem: ita
iã lassitudo potius in femur incumbit: quòd
iidem ab initio proprius abest. An ꝙ femur ea
: habitus ratione fungitur suo munere magis,
uàm tibia: quæ quidẽ res laboriosior est. An ꝙ
:mora carnis copiã sustinent, itaq; res affatim
ı his inest, quam naturæ rationi tribuimus.

27 Quam ob causam tubercula, & vlcera nõnul-
s ex labore proueniũt? An corpore impuro mo
us concalefaciens, excrementa alia etiam cum
udore vaporatim destringit, quæ crassa & hu-
nore prauo, hoc est acuto, aut amaro, aut salso
ontenta, secerni penitus suam ob cõcretionem
iõ queunt, itaq; per carnem intumescunt, atq;
:xulcerãtur propter amari humoris violẽtiam.

28 Cur non protinus ab exercitatione, aut à me
licamẽto epoto cibus assumi debeat? An quòd
ıdhuc corpus purgatur, nec dum à labore quie-
scit, excrementaque excita redundant?

29 Quamobrem currere, quàm ambulare diffici
lius est? An quod plus oneris fert, qui currit: is
enim elatus, ac pendens onus super se totum su
stinet. At qui ambulat, parte insistente vicissim
sustentatur, quasi pariete admotus requiescat.

30 Cur nõ protinus ab exercitatione esuriere in-
cipimus? Vtrum propter colliquefactionis resi-
dua, dum penitus concoquatur? An propter spiri
tum, quem labor ex humore subdito mouet. An
propter sitim, quam laboris calor inducit. hæc
enim accidunt omnia.

31 Cur genitura in somnis ijs profluere solet, q
aut labore lassescunt, aut tabe cõsumuntur? An
quod omnino ita incontinentes sunt, qui natu-
ra calida, & humida constant: semen enim tale
natura est. Quod autem tale est, ex ijs, qui tali

halitu sunt, potissimũ profluit, cùm calor somn accessit, quippe cùm corpora tantisper exiguum momentum desiderent, idq; intrinsecus non extrinsecus. Lassi autem, & tabescentes ita affecti sunt, redundant enim, & elassati colliquamẽti calidis propter fatigationem, & motum, & tabe facti propter distillationem, & calorem, quem inflammatio mouet.

32 Quam ob causam crus suum sinistrum diutius perfricare cuique difficilius est, quàm dextrum? An quòd parte dextra laborare valemus: crus autem præter naturam proficiscẽtibus, annumeranda cruris sinistri frictio est: fit enim dextra transuersa in partem obiectam. Quæ autem præter naturam fiunt, hæc facta sunt difficilia. Sinistra verò manu partem perfricando dextram, nil tale percipimus: quoniam hac neutram in partem apta, potensque est.

33 Cur breues deambulationes laboriosiores sũt? An quod crebro subsistimus, neque æquabili incessu mouemur, cùm flectimus: quod certè laboriosum est.

34 Cur in Sole cùm stamus, amplius recalescemus, quàm cũ mouemur, cùm tamen motus omnis vim calefactoriam habeat? An nõ omne mouendi genus calefacit, sed est etiam quod refrigeret. quod etiam in ollis feruentibus patet, quoties eas afflamus, aut versamus? An quia cùm stamus, calor permanet: is autem cùm permanet, amplius calefacit, quàm cum mouetur. Corpus etenim nostrum vaporem de se quendam mittit assiduè tepidum, qui proximum aerẽ tepefacit, quemadmodum initio. Cùm igitur quiescimus, aer nos circunfundens, calidus ob prædictam causam redditur. At cùm mouemur, flatus excitatur,

tur, qui refrigerare nos poteſt; flatus enim
iſque frigidus eſt.

Quam ob cauſam qui equo currunt, quo con 35
ntius curſum arripit equus, eo magis lacry-
as mittunt: & qui pedibus, eo magis, quo in-
nderint vehementius? Vtrum quoniam aer oc
urſans frigidus eſt; frigus enim lacrymas mo-
et, quippe quod contrahendo condenſandoq;
rnem, humorem exprimat. An potius con-
a. calor enim ſudorem elicit: lacryma autem
dor quidam eſt. quapropter à concalefactione
runque mouetur, & ſudor, & lacryma, ſalſaq;
ariter ambo ſentiũtur: calorem autem efficere
otus poteſt. An propter aeris ictum. quomodo
nim flatus aduerſi oculos perturbant, ita etiam
er, qui ſe obiectat, quò quis contentius equum
gitat, aut ipſe currit, eò magis ictu quodã molli
buerberat, & ferit: quo fit, vt ſe lacrymæ pro-
ant, ſcilicet meatibus oculorũ relaxatis appul
a eiuſmodi. Omnis etenim ictus vim aut ſecan-
i habet, aut collidendi, & contundendi.

Quamobrem qui curſum concitatè agunt, cõ 36
ulſis maximè corripiantur, vbi quis intercur-
endum eis ſubſtiterit? An quòd ea potiſſimum
iuelluntur, quæ in partem contrariam vehemẽ
er trahimus, atque mouemus? Cùm igitur ho-
nini currenti, vehementerque membra vltra
ropellenti, quis obuiam factus obſtiterit, acci-
it vt in partem retorqueantur contrariam, quę
dhuc ante pertendunt, atque proripiunt. Ita-
ue diuulſio eo vehementior incidit, quo cur-
us contentiùs agitur.

Cur ambulationes minus laborioſæ ſunt, quæ 37
næquales, quàm quæ rectæ aguntur? An ꝙ ela-
io erecta ſecundum naturam corporis vniuerſi

est?ideo ambulationes, quas loca a quabilia pr
stant, laboriosiores quàm inæquabiles sunt, c
in easdem partes laborem admouent, quod in
æquales illæ non faciunt: dispertiunt enim ma
gis in omnes corporis partes. Calidis vero tem
poribus arctæ ambulationes plus valent, quàm
frigidis: quippe quæ partibus externis labori
plus afferant, & quidem sudorem ob eam rem
euocando extenuent. Frigidis contrà carnem
reddunt constantiorem, & stomachum excitē
ciborumq; faciunt auidiorem. Partibus enim
internis calorem augent, membrisq; ad frigori
appulsum torpentibus, locum intimum calor
amplificato efficacius purgant. Carnem vero so
lidiorem efficiunt, vt quæ per eam vniuersam
nequeant superare. Accliues etiam ambulatio
nes laboriosiores sunt, quàm decliues, magisq
extenuant. Faciunt enim accliues, vt lumbi po
tissimum laborent, decliues vt femora: pondu
enim totum femoribus incumbens, grauissim
premit: quod item, cum præter naturam sursum
efferri à calore cogatur, maiorem in modum
calefacit. Itaque efficitur, vt arduum ambulan
di genus sudores moueat, spiritum suspenden
do extenuet, lumbis dolorem infligat: crura e
nim magna cum difficultate se in sublime reci
piunt, lumbos inflectunt, frangunt, euellunt
quibus de causis labor præcipuus sequatur ne
cesse est. Locis autem duris, ac retinentibus ha
bitæ ambulationes musculos, & neruos cru
rium effatigant: quippe quæ contentiones tam
neruis quàm musculis moueant, cùm enim
agantur violento. Mollibus vero, & cedentibu
locis facta ambulatione, articuli potissimum
sentiunt. flexus enim articulorum percrebre
scit.

it. cùm solum succumbat, dilabatur, & cedat.
idem autem quæstio est.

38 Cur locis arduis difficilius ambulemus? An quoniam omnis ingressus attollentia, & positio e conficitur? attollere igitur præter naturam est, ponere secundum naturam, proponere medium tenet. In ambulando autem locis arduis, multum sortis illius auersæ à natura, proculdubio est.

39 Quare qui cursum ex equo arripiunt, minus decidunt? An quòd magis cauent, quàm timent?

ARISTOTELIS PROBLEMATVM Sectio Sexta.

Eorum, quæ ad sessionem, accubitum, & habitum corporis pertinent: cuius quęstiones. VII.

ARGVMENTVM.

Situs, siue positionis corporis tres sunt differentiæ, quæ sunt stare, sedere, & iacere. Quærit Arist. cur vertigo surgenti magis accidat, quàm sedenti in prob. 4. cur sessio alios impleat, alios extenuet. prob. 1. cur partes corporis sint distendendæ prob. 2. Qui verò cubant, cur melius corpore inflexo. prob. 3. & somnus magis accedit, cum cubamus parte dextra. prob. 5. sed libenter in sinistra cubamus. 7. torpor autem, qui est statio, & quies quædam manibus, & pedibus magis contingat. prob. 6.

1 CVR sedile alios impleat, alios extenuet? Vtrum habitus corporum distẽt inter sese, vt alij calidi, alij frigidi sint? ergo si ita est, calidi implẽtur: cibum enim corpus vi sui caloris

rexuperat: frigidi autem, quòd aduentitium
iorem desiderant, quem ex mouendi ratione
quissimum corpus acquirit, concoquere ne-
queunt, dum quiescunt. An quod alij excremen
redundant, & ob eam rem motum, qui ea cō
nat, desiderant, alij non.

2 Cur partes corporis distendendæ sint, quod
i se excitant, facere consueuerunt? An quod
eatus spiritu suo purgari oporteat?

3 Cur inflexo corpore cubare melius est, quod
iam medici plerique præcipiunt? An ꝙ venter
m recalescit, concoquere celerius potest: sic
tem fit, vt recaleat. Ad hæc locum flatibus da-
in quem incumbant, & innitantur, oportet?
enim minime infestabunt, hic enim, & vari-
s & cęteri abscessus iuuant, quòd ventriculos
ntinent, in quibus flatum recipere queunt. Et
corpore extento, cauerna nulla eiusmodi adi
potest: locum etenim omnem viscera occu-
nt. inflexo autem, singula laxātur, & sinuant.

4 Cur vertigo surgenti potius accidat, quàm se
nti? An quoniam quiescenti humor vniuersus
um in membrum se colligit: ex quo cruda e-
m oua nequeunt circumuerti, sed protinus
cidunt: mouenti autem humor se æque expā-
t. Surgimus igitur à quiete, qua ita affecti su-
us: sedemus vero à motu, quo humor æqua-
li modo quaque versus se porrigit.

5 Quam ob causam cùm parte corporis dextra
bamus, somnus magis accedit? Vtrum quòd
gilantes contra, quam dormientes habemus?
go cum vigilando parte accubemus sinistra,
ntrarium sequetur in dormiendo, initio, cum
contrarium sit An quòd somnus priuatio mo
nis est: partes igitur, quarū mouere interest,

quiescant

quiescant oportet: dextrarum autem partium
mouere interest. Cùm autem ita accubamus,
lut initium quoddam resurgendi detentum
obligatumq; habemus.

6 Cur torpeamus, & cur manus potissimum,
pede? An quod torpor refrigeratio est? fit eni
propter sanguinis priuationem, translationem
que. Manus autem, & pedes. omnium maxim
partium carnis inopes, nerui vberes sunt, s
præcipuè pedes. itaque ad refrigerationem c
lerem sua natura nimirum habiles redduntur.

7 Cur libenter in latus accubamus sinistrum,
dextrum autem potius dormimus? Vtrum qu
niam conuersi ad lucem, minus dormire poss
mus? somnus enim in tenebris ocyus obrepi
An quod dum in latus accubamus sinistrum, v
gilare magna ex parte cōsueuimus. & ope-
rum functio sic nobis expeditior est.
Itaque ad contrarium opus con-
trarius habitus, siue situs re-
quiritur. inuitatur au-
tem quisque ma-
gis ad
opus fungendum habitus sui
ratione.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio Septima.

orum, quæ ad consensum naturę animantium pertinent: cuius quęstiones. V.

ARGVMENTVM.

Communio, ac consensus is, qui vulgò compassio vo... tur, fit aut ob motionem, non quietem, vt in prob. 1. ...t ob memoriam, vt prob. 2. aut ob naturam com... unem, vt prob. 3. aut id, quod recipit, facilè fit ob... cto simile, vt prob. 4 aut ob excellentiam recipien... s, ac mobilitatem, vt prob. 5.

1 CVR à morbis nonnullis ægrotant qui appropinquarint, à sanitate nemo sanari potest? An qm̃ morbus motio est, sanitas autem quies? ergo ille mouere potest, hæc non potest. An quòd alterum non voluntariè, alterum voluntariè accidit? res autem non voluntariæ à voluntarijs, consultisque plurimum differunt.

2 Cur oscitanti sæpe in oscilando respõdemus: ... cùm mingentẽ quępiã videmus, ad mingẽdũ moue-

mouemur? quod iumentis præcipue accidit. A
propter memoriam? mouemur enim ea ipsa p
te, quoties meminerimus. hominibus tame
quia sensu præditi sunt faciliori, statim vbi v
derint, euenit, vt moueantur, reminiscantur
iumentis autẽ vidisse non satis est, sed alio qu
que sensu opus est. Quamobrem addito etia
olfactu mouentur: quoniam sensu hic in bru
mobilior est. Vnde fit, vt eodem in loco seque
tia mingant omnia, quo primum eminxerit.
enim præcipue mouentur, cùm olfaciunt: olf
ciunt autem, posteaquam appropinquarunt.

3 Quamobrem cùm secari quempiam, aut v
aut torqueri, aut aliqua re tetra affici videmu
animo vicem eius doleamus? An quod omniu
cõmunis natura humana est? ignoscimus erg
cùm tale quippiam inspeximus, propter natu
consortionem, & familiaritatem. An quomo
nares, & aures delibationes quasdam rerum
ductarum pro sua facultate concipiunt, sic e
aspectus afficitur, & à re delectabili, & à tristi

4 Cur à tabe, & lippitudine, & scabie capiũtu
qui appropinquarint: ab aqua autem intercu
aut febre, aut stupore attonito, aut aliquo ex n
mero cęterorum malorum capi nequeunt? A
à lippitudine, quoniã oculus pars nostri corp
ris mobilissima est, cęterarũ maxime omniũ
sibi obiectæ similis reddi potest? quippe qui fa
le moueatur ab eo, quod moueat? itaq; fit, vt
perturbatum obspicit oculum, facile ipse etia
perturbetur. Talis autẽ contagio ideo fit, quon
spiritum vitiat, grauemq; reddit, celerrime a
tem omnes morbis arripiuntur ijs, qui spiri
corrupto proueniunt, quale est omne pestile
genus: qui autem appropinquarit, talem prof

spiritum trahit, qualem æger illo reddide-
.Aegrotat igitur, quia morbiferum est, quod
ritu trahitur: ab vno autem morbū excipit,
oniam vnus ille sic spirat, cęteri secus: eundē
o, quia quo ægrotarit, hoc non aliter spirat,
àm fuerit affectus. Sed scabies magis, quam le
, cęteraque vitia generis eiusdem, afficere po
t: quoniam per summa corporis errat, & hu-
ore manat glutinoso: genus nanque prurien-
m omne tale est. Itaque idipsum quia per
mma oritur, glutinosumq; est, nimirum idcir-
attingere potest. cętera nequeunt, vel quia
n per summa proueniunt, vel quia persistere
am ob siccitatem non possunt. quamuis per
mmam cutem oriantur.

Quid est, quòd nonnulla ex ijs, quæ auditu tri 5
n nobis occurrunt, vt inhorrescamus, efficiāt?
serra cùm exacuitur & pumex cùm seccatur,
is cum mola frangitur. Quæ autem notæ affe
onum patent aspectui, hæc genera affectio-
m ipsa in nobis creant? dentes enim stupe-
unt, cùm aliquos rem acidam edentes aspici-
s. Et plerique cùm homines laqueo suspendi,
aliter strangulari viderent, ipsi defecerunt?
quòd vox omnis, genusque omne strependi,
ritus est, qui nostrum subiens sensum, moue-
nos solet: cumque suum motum, vel magni-
line, vel pulsu vehementiore amplificauit, ali-
id ex ijs, quæ nostro in corpore latent, immu
, & sæpe interimit. Ergo spiritus, qui quamuis
gni leues tamen adierunt, ij sedem ipsam cō-
uent sentiendi. & lætitia ob eam rem nos af
iunt. Asperi autem, quoniam ictum inferūt ve
mentiorem, sedem vtique illam concutiunt,
geq; pro ictus sui facultate se porrigūt: quod
idem

idem res quoque frigidæ faciunt. Frigiditas [e]nim vis quædam est: sed hanc horrorem inue[ni]re posse, dictum iam est. Asperitas vero, qu[æ] pulsu frequente initium pilorum concutien[s] in partem pellit aduersam, efficit, vt pili se e[ri]gant: pulso nanque initio, cacumen pilorum transferat in partem aduersam, necesse est. i[ta]que fit, vt pili exurgant: omnes enim deorsu[m] procumbunt. Et spiritus quoque, qui per au[res] corpori se insinuat, de summis ad ima se def[e]. Ergo cum soni, quos modo diximus, asperi si[nt] horror vtique, ob causam prędictam moueri [po]test. Sed euenit, vt ceteris partibus potius, quà[m] in capite moueatur: quoniam vt pili partium cęterarum imbecilliores sunt, sic affectus [in] imbecillus occurrit. Cum vero sensus audi[en]di, quàm videndi obtusior sit, affectus quoq[ue] hebetiores per summa errāt, qui ab eo ipso p[ro]ficiscuntur: horror autem talis est: quamobr[em] multis, ac varijs causis existit. Sensus videndi [ve]ro, cùm omnium exquisitissimus certe sit, eue[n]ta quoque ipsa pro sua præstantia solet in[ge]gerere. quocirca efficitur, vt ipsi veri affectus proficisci ex eo possint, quamuis verò leuiores. At in sensu audiendi, vt ipsos minime, sic eorum expectationem nimi-rum horremus: rei enim tristis, & anxiæ expectatio existit.

ARI-

ARISTOTELIS PROBLEMATVM Sectio Octaua.

orum, quæ ad rigorem, atque horrorem pertinent: cuius quęstiones. XIX.

ARGVMENTVM.

De tribus corporis nostri symptomatibus disputat Arist. ea sunt horror, rigor, & frigus. Itaque quærit, ur horrescunt pili in cute. prob. 8. cur pili erigantur. rob. 18. cur post mictionem, vel sternutamentum fiat orror. prob. 9. 14. Rigor autem cur maximè extrema orporis apprehendat. prob. 2. cur pedes suspensos. 3. ur homines pleni magis rigent. prob. 5. cur in rigore ngua erret. prob. 10. cur pili erigantur. prob. 11. cur gor reddat corpus liuidum. prob. 1. cur non dormiũt ui rigent. prob. 19. cur non rigent, qui irascuntur. rob. 17. Frigus autem temporis, siue aeris cur famẽ ecitet caninam. prob. 4. cur mane frigus sit acrius. rob. 13. cur magis afficiat exercitatos. prob. 6. 12. ur aqua frigida vel calida infusa horrorem facit. rob. 7. cur qui valde frigent, indolescunt ad ignem co osum. 19. & cur refrigerati magis ab eodem calore timur. 16.

1 QVA de causa liuidi, qui rigent, ef ciũtur? An quoniã sanguis appu su frigoris gelascit, gelatus aut nigrescit propter caloris inopiã albedo nanque igni tribuitur. Quapropter ijs maxime, qui æt te processerunt, caro liuescit, eo quòd calorem minimum obtinent.

2 Cur extrema corporis maxime rigent? A propter angustiam. foramina enim, quæ in hi insunt angusta, parum obtinẽt sanguinis, & o eam rem parum caloris sortiuntur. sanguis e nim calidus est.

3 Cur pedes magis tunc rigent, cùm suspensi t nentur? Vtrum quòd frigus amplius ad eos asp rat? An quòd sanguis in breuiorem se con trahit partem: itaque reliquum frigori opport nius redditur, cùm calor desit.

4 Cur tempore frigido maxime vis illa famis i tolerabilis incidat, qui caninus appetitus voca tus est, & hyberno potius, quàm æstiuo? An vitium hoc ob inopiam alimenti sicci solet acc dere, tempore autem frigido & hyberno, cùm calor in angusta se contrahit, ocyus interdum deficit alimentum: quod cum defuerit, vitium id esuriendi accidere consentaneum est. At si i ea cibi vitiosa cupiditate resolutio, imbecillita que secuta est, materia statim interna corpori à collecto calore colliquescit, quæ si ad locum cibo à natura destinatum influxerit, pro cibo ipsam corpori applicabit: sed si spirandi seden adiuerit, obmutescere, atque languescere nece se est: obmutescere, inquam, quoniam spi randi meatus intersepitur, atque obsidetur languescere autem est propter inediam, con

sum-

mptionemq; corporis. Celeriter tamen, pau-
sq; remedijs subuenitur, eo ꝙ eius mali ortus
trinsecus est: frigus. n. calorem corporis no-
i intro compellens, ac contrahens, insatiabi-
m edendi illam cupiditatem inijcit, atque in-
ndit. Quamobrem quo modo, qui in metuẽdo
emebant, pallebantque, periculo demum libe
ti subito ad priorem redeunt statum: sic etiã
uriẽtes illi vbi parum sumpserunt panis, citis-
ne recreantur: vt qui vi paulo à naturæ ratio-
summoti aberrent, nõ qui penitus corrupti
scifcant. qđ. n. naturæ tenorem in partem ad-
rsam violat, idem suæ naturæ eundem resti-
it. Ergo dimisisse tantummodo sat est: quem-
modum cum aduersi inter se pueri funem e-
xi retrahunt: quippe qui fune dimisso, resupi-
protinus decidant.

5 Cur homines pleni admodum rigent, cùm ta
en pingue omne calidum sit? An propter am
itudinem molis, vt longe à calore interiore
stant partes extremæ corporis, sic prope ab ex
emo frigore absunt.

6 Cur exercitati frigus vehemẽtius sentiũt, quã
exercitati? Vtrũ qm̃ pingue cõsumptũ à labo-
b. est, quod vtiq; teporem præstare põt: calidũ
im opimum est. An ꝙ spiratiora, solutioraq;
rpora eorũ ideo sunt, quoniam pingue, excre
entumq; omne detractum est, ita vt frigus ar
re nequeant. An ꝙ meatibus per sudationem
tefactis, veluti ostia complura aperiuntur, ha-
tum autem non eundem sanitati, & robori es
idoneum manifestũ est: alteri nanq; pinguis,
eri laxus videtur plane conuenire.

7 Cur vt aqua frigida, sic etiã calida infusa hor
scimus? res enim contrarias inter se idẽ effi-

cere posse absurdum est. An frigida infusa cal[illegible]
interior extinctus horrorem mouet: calida au[illegible]
tem frigus externum circumobsistens in vnum[illegible]
seque profugum intercolligens efficere ident[illegible]
dem potest. Quamobrem vtrunque ab eode[illegible]
agitur: verùm alias ab interiore, alias ab exter[illegible]
re, vt dictum iam est.

8 Cur pili in cute inhorrescunt? An vbi cute[illegible]
contraxerunt, merito exiguntur. contrahunt a[illegible]
tem & rigore, & alijs plerisque affectibus.

9 Cur ad extremam vrinæ missionem inhorr[illegible]
scere solemus? An dum humor calidus ille ine[illegible]
vesica, & meatus, qui circa eam positi sunt, pl[illegible]
ni, expertesque frigoris substant: post verò, v[illegible]
effluxerit, aere frigido repellentur: quippe cũ i[illegible]
ne nihil esse naturæ ratio patiatur, sed aut a[illegible]
ris, aut corporis plenum esse vnumquodque n[illegible]
cesse sit. Quòd igitur aer se induxerit frigidu[illegible]
recte vt inhorrescamus euenire solitum est.

10 Cur lingua rigentium, quemadmodum vin[illegible]
lentorum, errare soleat? Vtrum quod à frigo[illegible]
concrescit, ac indurescit, mouenti difficilis re[illegible]
ditur, itaque explanare non potest. An quia pa[illegible]
tes exteriores appulsu dẽsantur frigoris, hum[illegible]
intus collapsus linguam modificat, ex quo s[illegible]
fungi officio lingua nequit, vt de vinolentis e[illegible]
diximus. An quod per tremorẽ à rigore induc[illegible]
motus temerè agitur. articulatè vocabula li[illegible]
gua edere non potest, itaque oberrat, & hæsit[illegible]

11 Cur pili rigentium eriguntur? An quòd ex r[illegible]
frigeratione calor in partem interiorem se co[illegible]
git? vbi autem carni caloris beneficium defu[illegible]
magis coagitur: quod cum sit, pili erectiores [illegible]
ci coguntur.

12 Cur hyeme cũ currimus, magis rigemus, q[illegible]
cum

im stamus? An quòd aer nostra ambiens corpo
, cum stamus, vbi semel concalefactus est, nul-
m præterea molestiam infert: cum autem cur-
mus, alius atque alius subinde frigidus occur-
t: itaque facit, vt magis rigeamus. Ad hæc, aer
m mouetur, frigidior redditur: quod quidem
currendo maxime incidit.

13 Cur tempore matutino frigus acrius est, cum
men Sol proprius adsit? An quòd plus tempo-
s absentia Solis exultat? itaque terra magis re-
igerata est. An quòd die instante ros, & pruina
dere solent, quæ frigida sunt? An hæc etiam
eo cadunt, quoniam calor, qui sursum se extu-
, vi frigoris superatur. idque non nisi Solis ab-
ntia euenit. Quocirca cum longe distat, non
dunt: cum proprius, tum cadunt, atque gelan-
r, quod locus vehementius refrigeratus est,
opter Solis diuturniorem absentiam. An die
stante potius flatus incitantur nocturni, qui
lidi admodum spirant? An nobis frigus acrius
circo esse videatur, quod cibi concocti iam
nt? inaniores autem cum sumus, frigus vtique
rius. sentimus. argumentum quod à vomitu
axime frigere solemus.

14 Cur vbi sterniumus vel minximus, plerunque
horremus? An quòd ratione vtraq; venis sub-
ahitur: quæ cum redditæ sint inaniores, aer in
reditur frigidus, qui rigorem ciere potest?

15 Qua de causa qui vehementer frigent, si sta-
m copioso igne concalefiant, indolescunt: si
aulatim vero tepefiant, sine magno dolore re-
reabuntur? An ꝙ omnino cũ ex contrarijs in cõ
tarium proficiscitur, magna effici commutatio
olet: vt in arbore, si quis paulatim deflectit, ni-
il est quod stirps ipsa laboret. at si vehemen-

tius corripit, nec sensim abducit, frangatur ne-
cesse est. Ergo si simile à suo simili affici nihil p
test: vt autem calor hominis frigentis intus se
consistit, & colligit, sic humor, & rigor parti ex
teriori relinquuntur, contrariumque sui contr
rij corrumpens est: efficitur rectè, vt si sensim
paulatimque tepefiant, calor prouocetur, & ex
eat, itaque minus doleant: sin subito recalescã
amplius adducatur, & astringatur, itaque dole
dum acrius sit.

26 Cur refrigerati magis ab eodẽ calore vrimu
atque dolemus? Vtrum caro suæ causa densita
tis calorem occurrentem sibi tenacius suscipi
ex quo plumbum calidius redditur, quàm lan
An calor vi penetrat, eo quòd foramina nimi
frigore congelauerunt.

27 Quam ob causam non rigent, qui irascuntu
An quòd ira & excandescentia timiditati co
trarij affectus sunt? Est autem ira ex igne profi
scens: cùm.n.intus copiam ignis retinemus, co
calescimus: quod maximè in puerili ætate pe
spicere licet. pueri nanque primùm spiritus co
piam retrahunt, deinde rubescunt, calor.n.cu
intus affatim substat, atque humificat, facit vt
rubescant, nam si quis large aquam frigidã h
infuderit, iram sedabit: sic enim calor extingu
tur. Pauidi autem, & perterriti contrà: rigent.
& frigidi, pallidiq; redduntur. calor nanque e
rum se summis de partibus seuocat ad imas.

28 Quamobrem quoties inhorrescimus, pili er
guntur? An quòd in humore occlusi contine
tur? humor enim à pili altitudine vincitur. ho
ror autem pulsu frigoris fieri solet. frigus ve
calidum humorem congelet, naturæ ratio vul
ergo vbi commutatus, congelatusq; humor e
in

ı quo pili inhærent, pilos mutari conſentaneū
ſt. Aut igitur in partem aduerſam ſe transferēt,
ut in eadem manebunt, ſi rurſus vincere humo
em potuerint. at veriſimile non eſt, vt humorē
elatum, coactumq́; pilus vincere ſuo ponduſcu
ɔ poſſit. Ergo ſi pilus vndique gelido humore
bſeſſus, ne quò valeat inclinari, reſtat ſanè vt
rectus conſiſtat. An quoniam calor pulſus fri-
ore ad locum interiorem ſe colligit. vbi autem
alor ſe à carne dimouit, caro plenius cogitur,
oactaq;, pilos eminentius erigi cogit: quomodo
cum terræ feſtucam, aut aliud quodlibet infi-
eris, conſtruas, atque vndique terram colligas,
fficies vt magis erigi poſſit quod infixum eſt,
uam ſi terra minus eſſe coactum ſiueris.

19 Quam ob cauſam qui rigent maximè, dor-
mire non valeant? An quoniam qui ri-
get, ſpiritum magis retinet, quàm
laxat? qui dormit, magis red-
dit, quàm attrahit. facit
igitur rigor, vt
contrà aga-
tur,
quàm cùm dormi-
tur.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

Sectio Nona.

Eorum, quæ ad vibices, & cicatrices, & pelles pertinent: cuius quæstiones. XIIII.

ARGVMENTVM.

Arist. differit de pellibus, vibicibus, & cicatri[c]bus, ac primò cur pelles recens detractæ, & oua co[n]fracta prohibent vlcera. prob. 1. cur ictus tumorem & liuorem suscipiunt. prob. 14. cur ferula ambitu plagæ, rubidum, & medium album facit. prob. 3. co[n]trà lignum. 4. sed ferula dolorem amplius mouet. pro[b]. 8. Secundò cur ab hoc, & illo medicamento vibic[es] discutiantur. prob. 6. cur à thapsia, & cyatho. prob. 10. 12. Tertiò cur cicatrices in toto corpore nigræ, [in] oculis albæ sint. prob. 2. 7. sed et nigræ sunt quæ vi[x] tenentur lienis. prob. 5. & quæ in loco fiunt, in quo [s]pius vlcus extiterit. prob. 11. cur tandem cicatric[ibus] pili non oriantur. prob. 13.

CVR

CVR pelles recenter detractæ, maximeq; arietum, verberũ uulneribus, & vibicibus admotæ, & oua ſuper confracta prohibent vlcera, ne conſiſtant? An ratione vtraque humor colligi, intumereq; prohibetur? Pars enim colſa humorem trahit, intumeſcitque propter fer orem: oua ſua lentitia glutinant, atque ita inmeſcere non ſinunt, vt etiam in ambuſtis glu ne agitur. Conglutinare poſſunt pelles quoue, ob ſuam lentitiam, hærentes nimirum, ſiulſque ſuo calore concoquunt, inflammatioemque ſedant: neque enim detrahere eas ſole ius, niſi diebus aliquot pòſt. Etiam qui ex ſale cetove perfricādum cenſent, inflammationem ollere volunt. — 1

Cur cicatrices reliquo quidem in corpore nigræ, oculis albæ inducunt? An quòd cicatrix coorem priori contrarium trahit, ſcilicet quemad nodum omnia, quæ ægrotarint? vlcera autẽ pare oculi nigra contrahi ſolent: veruntamen neue in corpore ſtatim nigreſcunt, ſed principio lbæ ſunt: neque in oculo ſemper nigræ, ſed denum vel ex toto, vel magna ex parte redduntur. — 2

Cur ferula oras ſiue ambitum plagæ rubidũ, medium album facit? Vtrum quod ſanguinem pellit ex medio ꝙ maxime ferit, quia in orbem ſe colligit, & rotunda eſt. An ea quidem de cauſa ſanguinem, deinde redire oporteret. Rubedo autem non niſi concurſus ſanguinis eſt, isque in eum locum, qui ictus eſt. — 3

Quare cùm membra à ferula vehementius feriuntur, medium carnis album, oræ rubræ redduntur: ligno autẽ cõtra, mediũ amplius rubet? — 4

An quod ferula suam ob leuitatem, vbi vehem-
ter percussit, sanguinem residentem per summ-
dissipat, itaque vnde sanguis defuerit, mox c-
pars alba existit: quò autem plenius fluxit, h-
rubor ambit. Cumque plaga intumuit, sangu-
cito suam sedem repetere non potest, quonia-
& exiguus est, & relationem per accliue agat n-
cesse est: non enim nisi copia magna referri p-
test contra naturam. At ictus, quos dura corpo-
inferant, affligunt, colliduntque ponderis sui r-
tione, ac robore. Afflictum itaque medium c-
uum redditur, collisum autem rarum existit: c-
lisio nãque dissectio, & distractio leuis est. Quo-
eum cauum, collisumque reddatur, sanguis a-
id summus de oris vndique fertur. nam & apt-
ferri deorsum est, & laxa expeditius subit, quo-
ea cedunt facilius. Vbi autem sanguis eo ipse -
collegit, efficitur merito, vt medium rubore ti-
gatur: oræ autem, quas deseruit, albedine de-
colorentur.

9 Cur nigræ cicatrices hominum sunt, qui viti-
lienis tenentur? An quod sanguis eorum corruptu-
est, propter admistionem morbosi, dilutiqu-
sanguinis, qui à liene procedit? Cicatrix igitu-
cute prætenui, summaque consistit, sanguis ve-
ro ille, quia vt dilutus & calidus sit, niger est, ci-
catricem nigram transpectus vtique ostendit, &
quidem sæpius. Hæc eadem de causa cicatrix n-
grior fit: sanguis etenim cutis imbecillitate fri-
gescit, & calore euaporante atrior redditur. Se-
nioribus etiam pari ratione cutis magis nigre-
scit, & natiuæ cicatrices atriores, quàm iuniori-
bus habentur: est enim quasi vibicatum corpu-
eorum totum, non ob aliquam cutis tenuita-
tem, sed quod calor defecerit.

Vtrum

Vtrum quæcunque rei eiusdem causam obti- 6
nent, vim habent eandem ad agendum, an non?
verbi causa cum vibices discuti & ab ære, & à ri
cula, & à faba commanducata, & à pulmone,
ab argilla, & ab alijs huiuscemodi possint, sin-
ulane vi eadem hoc efficiant, an diuersa? An æs
eo tollit, quoniam rubiginem per se fert, quæ
to medicamento accipi potest? Faba vero, &
ulmo, & argilla, eo quod ad se attrahunt, pro-
ter sui corporis raritatem, cęteraque prædicta
lijs ex causis idem faciunt. An vltimum qui-
em in his omnibus idem est: quod autem ante-
edit, hoc discrimini fore, nihil est, quod pro-
ibeat.

Cur cęteræ cicatrices nigræ, oculi albæ consi- 7
unt? An quod cicatrices colorem contrahunt
ontrarium parti, in qua efficiuntur? at in parte
culi nigra fieri solent: ergo albæ efficiuntur ne-
esse est.

Cur ictus ferulæ dolorẽ amplius mouet, quàm 8
liquod duriorum? ita.n. deprehendetur, siquis
um verberat, ratione considerat: cum tamen
ctum durioris vehementiorem esse ratio potior
xigit: acrius.n. ferit, quod durius est. An quòd
aro non solum cum percutitur, sed etiam cũ re
percuti, dolet? Igitur à duris percuti tantùm po-
est: cedit enim propter eorum duritiem. At
vero à ferula vtrunque sanè accidit, vt & percu-
tiatur, & repercutiat, propter ponderis leuitatẽ,
cum scilicet non cedat, sed renitatur, ita vt ictus
possit duplicari.

Cur thapsia, & cyathus, quæ contraria planè 9
inter se sunt, pariter vibices possit discutere, hic
principio, illa post? cyathus enim frigidus est,
quod etiam poeta inquit Homerus: Et gelido
dentes

dentes defixit in aere: thapsia verò calida, & vrens. An quòd vt animo deficientibus aqua, sic cyathus vibicatis occurrit? Obuians enim refrigeratio calorem prohibet educi è sanguine, qui per ictum ad summa confluere corporis atque concrescere solet, vbi calor decesserit. fit enim, vt perinde ac si extra sit, congeletur, cùm sub cute est, propeque abest, vt extra sit. at verò cum calori exitus negatur, non concrescit, sed se rursum diffundit, & sedem vnde effluxit repetit. Quod idem thapsia quoque præstare potest, quippe quæ caloris sui facultate prohibeat, ne sanguis gelascat.

10 Cur æneis quibusdã admotis, vt cyathis, alijsque generis eiusdem, vibices reprimi resoluique possunt? An quoniam æs natura frigida est? ergo calorem effluere vetat è sanguine, quẽ ictus colligit. eo nanq; per summa corporis exhausto, vibex existit, itaque celeriter admouendum est antequam geletur. Et thapsia vero ex melle illita eadem de causa iuuat: quia enim calida est sanguinem refrigescere prohibet.

11 Cur si eodem in loco sæpius vlcus extiterit, cicatrix atra ducetur? An quacunque parte vlcus se ostenderit, hæc admodum debilitatur, eòque magis, quo vlceratum sæpius sit? debile autem omne refrigescit, humorisque plenum est: quo fit vt nigrum quoque appareat. Et quidem vlcera magna, & vetera cicatrice atra obducta videmus. Sæpe autem vlcus cœpisse non aliud est, nisi vlcus diu habuisse.

12 Cur vibicibus cyathos admouere solemus? An quòd locus, quo icti fuerimus, refrigeratur, calorq; inde omnis decessit? cyathus itaque admotus facit æris frigiditate, ne calor abeat.

Cur pili cicatricibus nequeunt exoriri? An quod omnes meatus obcęcantur, & variant, è quibus qui se promouere solent? 13

Cur ictus tumorem, liuoremq; suscipiant? An quod de loco percussio humores disiecti in loca proxima ruunt, in quibus offendẽtes retorquentur? itaq; coniuncta, conglutinataq; humorum copia, tumor per collectionem exurgit: & si quæ venulæ ruptæ sint, confluuium id humoris subcruentum fiat necesse est. 14

ARI-

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio Decima.

Eorum, quæ ad res naturales pertinent: cuius questiones. LXVII.

ARGVMENTVM.

De his, quæ ad animalium ortum faciunt, disput. Arist. de toto animalis corpore, de partibus, de excr mentis, de affectibus corporis naturalibus, ac præt naturalibus, ac tandem de alimento, atque de loco e rum. Quo ad ortum animaliũ quærit, in prob. 15. 6 cur eorum quædam fiant per coitum, quædam sin coitu. Et in prob. 26. cur hirti homines, & aues coitu sint auidiores. Et prob. 46. cur alia semel coeunt, ali sæpe. Et prob. 18. cur seminis profusio per somnũ fiat Et prob. 11. cur alia anni tempore pariunt, alia diu g stant. Et prob. 16. cur alia sunt partu numeroso, ali non. Et prob. 37. cur alia tunc sæuiant. Et prob. 12. cu proles animantium præter quàm hominis similem g rat naturam parentibus. Et in prob. 30. cur in cæteri animalibus excepto homine, gemini, mas, & fœmina seruari poßint. Et prob. 14. cur homo nana statur fiat. Et prob. 10. cur mares maiores sint, quàm fœmi-

næ.

Et prob. 54. cur maiora, & viuidiora sint maiora im terrestria. Et prob. 40. cur natura producat ho nem claudum. Et prob. 42. cur calculosum. Et prob. cur monstra. Et prob. 34. cur alia parentes statim antur, alia sero. Et prob. 57. cur alia per se nutriri unt, alia non. Et prob. 55. cur homo cibum susci- t sæpius humidum, quàm siccum. Et prob. 51. cur malia similia similibus gaudeant. Quo ad totum pus in prob. 59. cur animalia sunt corpore saniori. o ad partes, cur pars inferior maior vitæ breuita- s significet. Et prob. 19. cur alia animalia caput mo unt, alia non. Et prob. 61. cur homini caput pilosius. prob. 67. cur capite præciso alia statim pereāt, alia n. Et prob. 13. cur hominibus, & equis oculi cæsii. prob. 17. cur homo oculorum minimum habeat in- uallum. Et prob. 49. cur homini oculi deprauentur. prob. 50. cur maximè fumo afficitur. Et prob. 20. 53. cur homo maximè sternute. Et prob. 2. cur ei- n soli sanguis è naribus defluat. Et prob. 21. cur lin pinguis non sit. Et prob. 1. cur alia animalia tus- nt, alia non. Et prob. 47. cur dentes rari vitam signi nt breuem. Et prob. 65. & 66. cur Aethyopum den sint albi, vngues non. Et prob. 43. quæ animalia nō tent. Et prob. 48. cur manus cęsura per totam ma m vitæ significet longitudinem. Et prob. 6. cur cæ s, & ouibus lac plurimum demulgeatur, non homi non boui. Et prob. 22. cur fœminæ intento corpore ngunt. Et prob. 45 cur vmbilicus homini sit ma- s. Et prob. 28. 32. cur pedes sint pares Et prob. 38. spadones cætera mutant in sexum fœmineum præ corporis magnitudinem. Et prob. 39. cur ijdem ricibus vacant. Et prob. 41. cur cruribus putridis, vlcerosis sint. Et prob. 56. cur calui non fiant. Et b. 3. cur animalia alia pinguescunt sub cutem, alia ra carnem, alia vtroque modo. Quo ad excremēta

attinet,

attinet, legitur in prob. 58. cur hominis egestio fit h[...] mida. Et prob. 23. cur sues pilum non amittunt. [...] prob. 24. cur ouibus expilatis mollior subnascatur [...] lus. Et prob. 25. cur ouium pili eò duriores sint, [...] longiores, hominum contrà. Et prob. 52. cur homi[...] prior pars pilosior, quadrupedum posterior. Et pr[...] 29. 31. cur in cicatrice pili non oriuntur homini, [...] equo, & asino. Et prob. 27. cur homini non est iuba [...] ta. Et prob. 62. cur canescat solus homo. Et prob. [...] cur caluus. De adiūctis uerò quærit prob. 31. de so[...] no, & vigilia. Et prob. 44. de feritate, & mãsuetu[...] ne animaliū. De corporis affectib cur coloris muta[...] fiat ex aqua in prob. 7. 8. 9. de vitiligine agit prob[...] 5. 35. 36. 39. de tussi. prob. 1. de sanguinis fluore pr[...] 2. de seminis profluuio per somnum prob. 17. de h[...] mine claudo. prob. 40. de calculoso. prob. 42. de ru[...] prob. 43. de caluitie. prob. 56.

1 CVR in animantium genere alia t[...] siunt, alia non? verbi gratia, ho[...] tussit, bos minime. Vtrum quod [...] teris maxima ex parte excreme[...] aliorsum se vertit: homini autē[...] conuerti natura voluit? An quòd homo ma[...] mum, humidissimumque cerebrum contin[...] tussis autem pituita distilante fieri solet.

2 Cur homini tantummodo ex omni anim[...] tium numero sanguis è naribus defluit? An qu[...] niam plurimum cerebri, idemque humidi[...] mum homo continet: vnde venæ excremen[...] per ora eodem tendentia nimium repletæ, p[...] fundere inde coguntur? Sanguis enim vitia[...] quisque integro tenuior redditur. talis aut[...] est, qui se cerebri excrementis miscuerit, & qu[...] si in saniem degenerat.

Cur

Cur alia ex animantibus sub cutem, alia intra carnē, alia vtroque modo pinguescere consueuerit? An quibus densa est caro, ijs inter cutem & carnem humor prætenuis cogitur, quod is semper sua natura eminet, atque residet, qui tādem inconcoctus pingue effici solet. Quæ autem carne sunt rariore, cutemq; gerunt obuiam, hac opinia intra carnem redduntur. Quæ vero vtroque modo se habent, vtroque etiam pinguescunt. 3

Cur vitiliginē pueri, mulieresque minus habent, quàm viri, & in eo ipso fœminino sexu, quæ prouectæ ætate sunt, magis habent, quàm minores? An quod vitiligo exitus spiritus est? corpora autem puerorum contextu denso non facili expiratu constat, & mulierum minus expirant, quàm virorum; spiritus nanque in menstrua se auertit fœminę, densitatem vero leuitas eiusdem satis declarat. Quæ autem corpora ætate processerit, aut consenuerint, respiratoria euadunt: hæc enim modo ędificij veteris structuram earum partium laxiorem iam habent. 4

Cur homo tantum habeat vitiliginem? Vtrum quod tenuissimam is ex omnibus animalibus cutem habet, simulque flatibus redūdat? indicium verò, quod vitiligo partibus tenuissima cute obtectis, maxime, primumque existit. An & his ipsis de causis & præterea, quod homo vnus & omnium animantium numero canescit: quippe cū vitiligine pili canicie immutentur? itaque fieri non potest, vt vitiliginem habeant, qua nunquam canescere soleant. 5

Cur capris, & ouibus lac plurimū demulgitur, quæ corpore non maximo sunt: homini autē, & boui minus scilicet ad corporis proportionem? Utrùm quòd his copia in corpus absumitur, cę- 6

teris in excrementum se confert: ouibus, au
& capris quantum excrementi accesserit, om
in lac transit? An ꝙ plura gignunt, quàm q
magno sunt corpore: itaque plus attrahunt e
crementi, quoniam plura alendum sit. An
grauidis plus excrementi propter corporis i
becillitatem redundat: lac autem excremen
consistere certum est.

7 Cur animantium alia cùm aquam mutari
colorem suum amittunt, similiaque loci illi
domesticis redduntur, vt capræ? alia vero nu
quam amittunt, vt homo.

8 Ad summam cur alia mutantur, alia non
coruus qui semper incommutabilis persisti
An quorum natura vincere, perdomareque h
morem non potest, vt auium, quæ vesicam q
que nullam ob eam rem obtinent, hæc nusq
mutari possunt?

9 Sed cur non illa eadem, sed quæ nata ex
sunt, hæc mutentur? An quòd recens nata s
parentibus sunt infirmiora?

10 Cur mares corpore maiori ex toto penè s
quàm fœminæ? Vtrùm ꝙ mares calidiores f
minis sunt: quæ res vim obtinet augendi? An
mares præditi natura integra sunt, fœminæ
ca oblæsaq; desciscunt? An quod mares lon
temporis spatio perficiuntur, fœminæ breui

11 Cur in animantium genere alia breui tēpo
pariunt, alia diu gestant? An longius perfici
lent, quibus longiora sunt vitæ spatia? sunt a
partu tardiora, quæ longo tēpore viuunt. Sed
vniuersaliter id est. equus enim vt tardius m
mè quàm homo parit, sic viuere minus pot
Cuius rei causam vuluæ, siue vteri durities
bet: quo enim ager sitiens haud cito suas stir
enu

atrit: sic durior vulua equarum in formãdo, fricandoque suo fœtu remoratur.

Cur proles cœterorum animantium magis, 12 quàm hominis suis parẽtibus similem gerit naturam? An ꝙ homo vago, varioque plurimum animo in coitu est: prout autem pater, materq; in conceptu affecti fuerunt, ita partus euariant. Cætera vero animantia omnia, aut certe plurima, rei tantùm ipsi intendunt, totaq; sese vene dedunt. Adde, ꝙ ob eam auiditatem minime foleri magna ex parte patiuntur.

Cur alibi tam homines, quàm equi oculis ma 13 gna ex parte cesij sunt? An cùm oculi triplici colis genere distinguantur, nigro, caprino, & cęsio, corporis totius colorem oculi quoque color insequitur? itaque haud immerito cæsius est.

Cur homines nana statura proueniunt? Vel 14 potius quærendum in vniuersum, cur in animãlium genere alia paruo, alia magno consistant corpore? Causa duplex sanè reddi potest: aut.n. locus, aut alimentum id facit. locus, si angustus: alimentum, si exiguum: quod etiam partu iã edito nonnulli efficere conantur, vt qui catellos in caueolis occlusos educant. Quibus itaq; cau- locus est, hi pomiliones reddũtur: Sunt enim latitudine quidem, profunditateq; pro magnitudine suorũ parentum, breues tamen omnino. Cuius rei causa est, ꝙ rectę lineæ in aduncas se flectunt. igitur quomodo tabernarum picturæ, quamuis breues, tamẽ distentę in latitudinem profunditatemque cernuntur: ita pomiliones quoque formari ex loci angustia incidit. At vero qui ob alimenti inopiam persici non potuerunt, hos membris quoq; puerilibus constare vi- mus. fitq; ut aliqui, quamuis breues admodũ

sint, modicè tamen coagmentatas omnes ...
corporis partes habeant, vt Melitenses cate...
Ratio enim, quòd non vt locus, sic natura su...
efficere opus soleat.

15 Cur in animantium genere alia maris ac fœ...
minæ coitu creantur, alia concretis quibusd...
proueniunt, simulatq; primus eorum ortus e...
terit? quemadmodum qui de natura docent ...
primum animantium ortum, mutatioue, din...
tioniq; mundi vniuersiq; orbis ingente diffe...
extitisse: & q nunc, si rursum ortus eiusmodi ...
turus sit, tales motiones aliquas præcessisse o...
tebit. Principium enim rei cuiusq; maximu...
est, quippe quod rei dimidium sit. semen aut...
genitale principium esse certum est. ergo mi...
torum animalium quorũq; ortus nullo agi ...
tuo concubitu solet causa cur, vt principio e...
terunt, creari nunc ẽt possint, seminis exigu...
est. rei nanq; minoris minus quoq; princip...
esse conuenit. Quamobrem huius etiam se...
mutationes semen animantium minutorum ...
neri satis contrahere possunt. quod sæpius ...
euenit. tum enim maxime oriuntur, cum m...
tiones temporum incesserunt. Maiorum aut...
genus mutationem quoque pro sui magnitu...
ne desiderat ampliorem.

16 Cur animantiũ alia partu sunt numeroso ...
sus, canis, lepus: alia non, vt homo, vt leo? A...
alia vuluas, siue vteros continent multos, ro...
que formandi loculamenta; quibus impleri ...
cupiunt, quibusque semen genitale diuiden...
inserendumque est: alia contrà se habent?

17 Cur homo inter animantes oculorum m...
mum pro sua magnitudine habet interuallu...
An quòd omnium maxime naturali solertia...

m

...constat? Sensus aũt contuẽdi partem versus
...orem natura posuit: id enim conspicere opor
...in quod nos ducit oratio monendi. quãto au
...n oculorum plus discriminis sit, tanto magis
...spectus vergent in latus: quasi secũdum na-
...am sedem debeant obtinere, quàm minimũ
...: interuallo certe oportet. sic enim partẽ ver-
... priorem ingredi maxime possumus. Ad hæc
...eris animantibus cùm careant manibus, de-
...ciant prorsus in latera necesse est: itaq; plus
...um oculi distant inter sese, & maxime ouiũ,
...quòd maxime prono capite ingrediuntur.

18 ...Cur cœteris animantibus partim nunquam
...fusio seminis per somnum incidere assolet,
...tim raro? Vtrùm quòd nullum homine ex-
...to resupinum cubare consueuit? nullum aũt
...i resupinum semen profundere potest. An
...d cætera non pariter, vt homines, somniãt?
...inis autem per quietem illa profusio non
...i cum imaginatione fieri potest.

19 Cur animalium alia caput moueant: alia non
...ueant? An quòd quæ collo carent, ea caput
...uere nequeunt? nonnulla autem carẽt collo.

20 Cur in animantium genere homo sternutare
...xime solet? Vtrũ quòd meatus obtinet am-
...ores, per quos spiritus, odorque subeũ? his. n.
...ritu repletis sternuimus. Indicium uero da-
... esse meatus homini laxiores, quòd is olfa-
... minime omniũ valet: quo nanq arctiores
...atus sunt, eo magis vim obtinent olfaciẽdi.
...od si in ampliores plus humoris ingreditur,
...o inflato sternutamẽtum fieri solet: tales au-
...n genus hominum omnium maximè animã-
...m obtinet: merito homo solus sternuere
...pissime consueuit. An quòd homo bre-
H 3 ui ssi-

uissimis naribus est, ita humor concalefactus a[illegible] leriter commutari in spiritum possit, cùm ce[illegible] ris refrigescat præ longitudine prius, quàm u[illegible] tetur?

21 Cur nullius animalis lingua est pinguis? [illegible] quoniam pingue vnumquodque densum e[illegible] Lingua autem rara sua natura propterea est [illegible] percipere possit genera saporum.

22 Cur fœminę intento corpore mingunt, ma[illegible] minime? An quòd fœminarum vesica remot[illegible] tum profunditate, tum longitudine sita est? ia[illegible] enim vulua earum inter sedem, atque vesica [illegible] itaque humor emittendus vim propter spati[illegible] vuluæ desiderat pleniorem, quæ per spirit[illegible] corpore intento acquiritur.

23 Cur sues hybernum pilum amittere non [illegible] lent, cùm cęteræ quadrupedes soleant? nam [illegible] canes, & boues certe amittere assolent. An qu[illegible] sus calidissimus omnium est, partique cal[illegible] corporis eius pili adhærent, quippe cum pin[illegible] tale est necesse sit? Cęteris itaque, vel quia [illegible] mor refrigescit, pili defluunt: vel quia suus [illegible] lor alimentum concoquere non potest. Sui [illegible] vero non idem incidit, vel quia nihil hum[illegible] interior affici potest, vel quia bene aliment[illegible] concoquitur. nam & si quando causa, cur [illegible] fluant, sit, tamen pinguedo vetare potest. O[illegible] ac homines propter sui pili tum densitatem [illegible] copiam. non ita affici pulsu frigoris possunt: [illegible] enim altius refrigerationi subire licet, vt p[illegible] vel humorem gelare, vel calorem concoque[illegible] seuocare.

24 Cur ouibus expilatis mollior pilus subna[illegible] tur, homini durior? An quod ouium pili sum[illegible] cuti cohærent, euellique ob eam rem sine [illegible]

possun[illegible]

cum labore, cùm initium alimenti in tergum meat, quod carni iunctū est? meatibus itaque factis, excrementa respirare melius possunt. us enim proprio carnis vescitur alimēto: ca- utem molli, dulciqúe alitur pabulo. Homi- n contrà, quod altius pili inhærent, per vim, moque cum dolore euelluntur. constat id, ndoquidē sanguinem secum detrahunt. Cor e igitur saucio euenit, vt tandē cicatrix obdu ur. vnde fit, vt vel finem pili amplius promē- ciant, qui euulsi fuerint, vel quandiu præter romere possint, duri extrudantur, eo quòd ne valens alimentum carnis exhaustum est, nisi materia inutili, & superuacua pilus pro it. Indicium, ꝙ hominum omnium plagam abitantiū meridianam, pili duritiē præ se fe- t: quoniā calor exterior altius corpus subiēs, nentū concoctu facile absumat in vaporem. trà eorum, qui sub aquilonem incolunt, mol lasciuiqúe funduntur, quod his sanguis, dul- que sapor per summam potius fluitat formā: mobrem his color quoque hilarior est.

Cur ouiū pili eò duriores sunt, quò prolixio- 25 : hominum contra molliores, quo prolixio- An quòd ouium pili, qui quale diximus, ca- nt alimentum, vbi procul se ab suo deduxe- t initio, ieiunius vescuntur: & alimentum, d inest vi caloris, facile pro sua inconcoctio euaporantur? itaq; siccati duriores reddūtur: lle nanque humidum est Hominum vero pili nus alimenti, sed plus suo initio hauriunt. con quitur autem plenius, quoniam minus est, cō tum autem pilum efficit molliorem: cōcocta nim quæque molliora inconcoctis reddun- . Indicium, quòd oues recentes vellera mol-

liora gerunt, quàm vetulæ: copia nanque excr
menti pilum & ouis, & hominis procreat.

26 Cur hirti homines, & aues veneris sunt a
diores? An ꝙ natura humida, & calida sunt, q
quidem vtraque qualitate opus ad coitũ est:
lor. n. excernit, humor excernitur? Hæc eade
ratio est, cur etiam claudi homines sint salaci
res. his enim vt parum alimenti deorsum pr
pter crurium vitiationem labitur, sic multum
ca petit superiora, seq́ue in semen conuertit.

27 Cur homini nulla iuba data à natura est?
quoniam barba data est? ergo quod excrem
titium alimentum cęteris animantibus in c
uicem se confert, id homini maxillas adire
litum est.

28 Cur pedes animalia pares habeant? An ꝙ
ri non potest, vt aliquid moueatur, nisi parte
qua sui consistat, dummodo non prosiliat? cù
igitur ex duobus illis, motu & statu cõfici ing
sum necessum sit, paritatis iam inde ratio pa
Bipes enim altero pede mouetur, altero stat.
quadrupes quoq; cùm duob. mouetur, reliq
duob. innititur. Pariq; modo de cęteris, qua
senis, vel etiam numerosioribus pedibus ing
diuntur, animaduertet licet.

29 Cur equis, & asinis pili è cicatrice promere
se possunt, hominibus aũt nõ possunt? An qu
cęteris animalibus tergus pars per se corp
est: hominis autem cutis veluti affectus car
exultat, quippe quæ summa illius forma refr
te, solidiuscula existere videatur? quemadm
dum crustæ in pulte superducũtur quas vetu
appellamus? cùm itaq; illæ non nisi farina
xa sint, hominis quoq; cutis nominata, non
caro putanda est. Vbi igitur hæc vel vulnus a
perit

erit, vel attrita fuerit, incidit, vt hominis quidẽ ...ro condẽsetur. quamobrem summa corporis ...arte immutata, vulnus non eandem compagẽ ...apit, qua corpus iam inde ab ortu naturæ exti- ...it. cùm itaq; hæc immutata sit, nihil profectò absurdum fuerit si ex ea nõ idem præterea pro- ...iciscatur. Sicut in areis quoque appellatis licet percipere: nam illas etiam corporis summi cor- ruptionem immutationemq; esse nouimus. At ...umentis attritis, vbi ad sanitatẽ redierunt, par- ...es vitiatæ corporibus denuo eisdem replentur, quãquam debilioribus, quàm principio fuerint. Sed cùm etiam cutis eorum pars sit, confici pili, prouenireq; possunt: cute nanque pilos enasci certum est. sed candidi propterea oriuntur, quo niam vt secũda hæc cutis imbecillior, quàm pri ma est, sic pilus candidus ille imbecillimus exit.

30 Cur in animalium cęterorum genere serua- ri æque gemini possunt, quanquam sexus sunt vtriusq;: in hominum autem non possunt? An ꝙ homini maxime partus geminatio cõtra suæ naturæ legem accidit? singulos enim parere sancitum est, tum in geminis ipsis marem, ac fę minam creari natura omnino recusat. Ergo quod maxime contra naturam est, id & imbe- cillum esse ratio postulat.

31 Cur equis, & asinis pili à cicatricibus possunt euenire, hominibus autem non possunt? An ꝙ cicatrix vel suam ob densitatem impedimento est, vel quia deprauat nutrimentũ hominibus? itaq; ex toto hominibus propter pili infirmita- tem impedimẽto est: equis autem, ne pili exeãt, nunquam est, sed deprauat, facitq;, ne prior inte gritas seruetur.

32 Cur pares pedes natura animantib. dedit? An

cuiq;

cuique cum mouetur, partem aliquam requie-scere necesse est? Quòd si pedes impares essent, ne hoc fieri posset, accideret: agitur enim motus situ obuersario pedum.

33 Cur animalia, vt minus temporis dormiunt, quàm vigilent, sic non continuè, sed vicissim modo vigilando, modo dormiendo, somnum suum perficiunt? An quòd non simul omnis vacans materia coquitur, sed vbi pars aliqua est cõcocta, leuatum iam animal expergiscitur? At vero sæpius illi expergiscuntur, quibus ea pars frigida est, quæ quidem excrementum domat, & concoquit: fit enim, vt celeriter sæpeq; cessetur: cessatio autem non nisi expergefactio est. Suauis quoque res ea ipsa, quoniam requies est, non immerito esse videtur: sed nihilo quidem plus tẽporis in munere naturalium actionum consumimus, nam & si esse suauius est, quam non esse, non tamen plus temporis propterea edimus quàm à cibo abstinemus.

34 Cur animantium alia statim parentes sectantur, alia serò, vt homo, vel vix, vel nunquam? An ꝙ alia cito vim recipiunt cognoscendi, alia sero, & alia rei sibi commodæ sensum obtinent, alia carent? Quæ igitur hæc ambo sensum dico rei commodæ suiq; corporis perfectionem sortiuntur, hæc parentẽ sectari protinus queunt. Quæ non vtrunque illorũ habeant, hęc id facere ipsum nequeũt: opus enim: est & viribus, & sensu.

35 Cur genus vitiliginis, quod leuca appellatur, quasi albam dixeris, cœteris animantibus contrahi nequeat? Vtrum quod hominibus morbo hæc est: cęteris autem animalibus tergora varia, piliq; eodem modo albedine efficiuntur? Attamen ambiget aliquis, quæretq;, cur non postea,

sed

d statim ab ortu naturæ varietas illa existere
leat. An quòd cęterorum animantium tergo-
dura sunt: homo autem è natura prætenui cu
continetur? Vitiligo autem spiritus secretio
t, qui cęteris animantibus excerni tergore dē-
prohibetur.

36 Cur vbi vitiligo, canities quoque est: recipro-
ari autem non licet, vt semper vbi canities, sic
iam vitiligo? An quòd pili omnes cute proue-
iunt: canities autem putredo veluti quædam
t? cum itaque cutis morbo laborat, pilum etiã
borare inde necesse est: cùm autem pilus, cu-
m male affici necesse non est.

37 Cur animantium alia post partum sæuire so-
nt, vt canis, vt sus: alia nihil efferantur, quod
erspicuum sit, vt mulier, vt ouis? An quę super-
acua redundant materia, hæc suam clementiã
eruant? quantum enim dolori esset, secretum
partu est. Quibus autem secretio non à vacan
bus, sed integris fieri materijs solet, hæc ex-
sperantur, & sęuiunt. Vnde fit, vt extenuatio
uoque iram ratione habitus moueat: vt etiam
allinæ sitiunt, non cum pepererint, sed cum
ncumbant, ratione inediæ.

38 Cur spadonibus cętera in sexum fœmineum
itiata mutantur (vox enim tenuis, corpus im-
ecillum denique ita homines commutantur,
t etiam cęterorum animantium quęcunque ca
trata. nam & tauri, & verueces sua cornua è cõ
rario gerunt: quòd fœminæ quoq; eorum con-
ra, quàm mares armantur cornibus: itaque alij
naiora excisi gerunt, alij minora:) magnitudo
ero tantummodo, spadonibus dico, ad sexum
irilem commutatur: maiores nanque reddun-
ur: quę quidem res maris sua profectò est. quip
pe

pe cum fęminæ minores marib.esse soleant. An ne id quidem ad marem, sed ad fęminam pertinent? haud.n omne magnitudinis genus, sed longitudinis duntaxat acquiritur, cum mas profunditate etiã augeatur, & latitudine: sic. n. perfici ipse assolet. Ad hęc, vt fęmina ad marem, sic fœminę ipsius virgo se habet ad mulierē: altera enim generosa iam est, altera nondum est. In ea igitur ipsam fęminę magnitudinem mutantur: crescere nanque in longitudinem corpus assolet fœminarum. Vnde carmen illud Homeri:

Virgo Diana dedit prælongi corporis vsum.

Vtpote cùm rem, quam suam ob virginitatē haberet, largiri nimirum posset. Ergo nō magnitudine in marem mutatur, cum nō in magnitudinis genus perfecte cōmutetur. spadones. n. longitudine tantùm in magnitudine proficiunt.

39 Cur spadones, vel omnino varicibus vacant, vel minus habent, quàm cęteri? An quoniam naturam suam, dum castrarētur, in genus feminis infęcundum cōmutarint? Talis autem est puer & mulier: quorum neutrum habere varices solitum est, præterquam si mulier raro.

40 Cur homo omniũ maxime animãtium orire claudus potest? Vtrum ꝙ cœterorum crura robustiora sunt: osse nanq;, & neruo, tam quadrupedum, quàm auium constant, hominum carne redundant? Itaq; facilius hę ob suam mollitiem lædi possunt, cùm se in vtero mouent. An ꝙ solus ex omnium animantium genere varia generationis tempora obtinet? nam & septimo, & octauo, & decimo mense venire in lucem potest: cęteris tēpus vnum perficiendi sine mora statutum est: hominum generi temporis multum pro varia ratione immorandi consumi necessi

est.

t. Itaq; cum fœtus mouentur, extrema, quòd nertima sunt, facile infringuntur, & eo magis, quo plus temporis intercessit.

41 Cur spadones cruribus putridis, vlcerosisque sint? Vtrum quod etiam mulieres crura habēt huiusmodi: spadones autem effœminati omnino sunt? An hoc accidit? Causam autem mulieribus quoque reddere illam debemus, quòd calor deorsum se vertit, quod etiam menstrua declarant. Vnde fit etiam, vt præ nimio humore, neque spadones, neque mulieres pilis valeant redundare.

42 Cur nullū animal nisi homo calculosum fieri potest? An quòd iumenta, & quæ vnguibus sunt numerosis, vesicæ meatus obtinent ampliores? Quæ autem non protinus, sed post parere intra se animal consueuerunt, vt pisces nonnulli, ex his nullum vesicā habere nouimus: sed humor subsidens ille totus in aluum cōstringitur, sicut etiam in auibus fit: itaque celeriter exit per sedem. At homo vesicam habet, & ceruicem eius canali angusto pro magnitudine porrectam. Et eo quòd membrum id adest, quantum terreni humoris seuocatur, in vesicam contruditur, ex quo vasa quoque vrinaria, id est matula, eo ipso ingūtur. Loci autem calore efficitur, vt amplius concrescere, atque crassescere possit. Retinetur vero augeturq; propter canalis angustiam. cùm enim terrena illa subsidentia prodire ex facili nequeant, reuersa cohærent inter sese, calculumque ita conficiunt.

43 Cur non iumenta, nō boues, aut omnino quę cornua gerūt, non aues ructare soleant? An propter ventris siccitatem? celeriter enim cōsumitur, percolaturq; humor: qui dum immoratur, infla-

inflaturq;, ructationem mouere potest. Iumentis tamen ob colli etiam prolixitatẽ flatus deorsum se verti: quamobrem his crepitus ventr maxime incitatur. Auium cornigerorumq; genera neutrum faciunt. Quinetiam ruminãtibu ructare negatum est, quoniam plures continen ventres, & quem reticulũ appellamus, faculta etenim meandi tam super, quàm subter flatibu multifariam præstatur. Itaque humor consumitur antequam in flatum vertatur: qui flatus m ueat vel ruptum, vel crepitum.

44 Cur in animantium genere quæcunque domestica, eadem etiam fera reperimus: quæcunque autem fera, non vtiq; eadem domestica natura creaui? etenim homines feri nonnusquan cernuntur, & canes apud Indos, & equi albi: se non leones, non pantheras, non viperas, non alia complura domestica esse nouimus. An quò res praua, & facilis ortu est, & mutari quoqu expedite in eam rem potest? Naturam enim n quæ prima, sed quæ vltima est, assequi statim perdifficile est. Quapropter omnia etiã domestica, principio fera potius, quã domestica esse sc leni, vt puer ferocior profecto, quam vir: quipp qui omnium edax, & iræ deditus sit, quanquan infirmus. Ergo quomodo in operibus artis, si etiam in naturæ licet perspicere: Nã in his quoque praue omnia facta sunt, & plura sunt praua, quàm proba, vt lectus vestis, quoduis aliud quodq; probum est, id omne prauum etiam cõperiri potest: quod autem prauum, id non omne probum quoque reperies: vt si quis vetustissimorum pictorum, fictorumque opera cogitet nondum enim perite pingebatur, aut ex ære di vebatur, sed pingui minerua omnia effigiabantur.

t. Natura etiam praue omnia facit, & plura
aua, quàm proba: proba vero pauciora præsta-
, non omnia potest. Atqui domesticum omne
elius est. ferum autem, atque syluestre prauum
tura, scilicet non quæ initia ortusque conti-
t, sed cui opinor factu difficile sit, probum il-
d, vrbanum, atque domesticum. Contrariū ve-
aut nunquam, aut raro efficitur. Attamen vel
mporum, locorumq; conditione, temperamen
que vniuersi quodam fieri potest, vt vrbana, &
itia reddantur omniū animalium genera. Hoc
em in omni etiam stirpium genere intelligere
let quæcunque enim vrbana sunt, eadem etiā
mperiri syluestria possunt. at quæ syluestria
titere, eadem omnia mansuescere nō possunt.
on tamen desunt, quæ suis locis quibusdam pe
liariter ita se habeāt, vt neglecta, feraque pro-
nire præstantiora possint, & mitiora, quàm
æ alibi summo cum studio colantur.

45 Cur hominum vmbilici ampliores, cęterorū
tem animantium exigui incertique fiunt? An
teris quoniam temporis multum gestentur,
bilicus arescit, inque directum porrigitur, de
que vlceribus intumescit: quamobrem non-
lli vmbilici deformes sunt. at vero homo im-
rfectus prodit: itaque humidus atque sangui-
lentus sequitur eius vmbilicus. Indicium ve-
, cętera perfecta, hominem imperfectum pro
re, quod illa statim inde ab ortu naturæ viuere
a opera queunt: pueri curam desiderant, nec
ruari nisi alieno beneficio possunt.

46 Cur animantium alia semel coeunt, alia sæpe:
alia anni tēpore certo, alia nullo statuto tēpo-
, sed prout inciderit? homini semper concubi-
s opportunus est, feris non sæpe: & quidē sues

agre-

agrestes semel concumbunt,domestici sæpe? q
propter pabulum,calorem,atque laborem: qu
pe cum venus comes satietatis sit? nam eade
alibi semel,alibi sæpius pariunt,vt oues in M
gnesia,& Aphrica pariunt bis.Causam vero te
pus pariendi prolixius obtinet, vbi enim se i
pleuerunt, non amplius concupiscunt, quom
do nec cibum affectant, quæ satiata sunt. q
autem grauida iam esse incœperint, minus a
da veneris euadunt, quoniam menstruæ purg
tiones nullæ præterea veniant.

47 Cur homines, qui raris dentibus sunt, mag
ex parte breuiores sunt vita? An indiciū hoc c
dēsum os esse capitis? ergo cerebrum inualid
est,quia minus sit respirationibus opportunu
itaq; celeriter putret, vt ꝙ sua natura humidu
sit.nam & cętera,cum nō mouentur,neq; exh
lant,facile corrumpuntur. Quo etiā fit, vt hom
capite piloso maxime sit: & mas, quàm fœmi
diutius viuit,futurarum sui capitis beneficio.
in cęteris quoque idem sit cogitandum?

48 Cur qui manus cęsuram per totam obtine
palmam,viuere diutius possint? An qm̄ minus
uere possunt,quę carent articulis,incompacta
sunt, quale genus omne aquatile est? Quod
quæ articulata non sunt, vitā breuiorē agere s
lent.constat contrà sese habere,q̄ articulata.C
ius profecto generis illa ēt sunt,quæ cum sua
tura omni articulo careant,tamē articulata n
nunquam quoad maxime licet, consistunt. M
nus autem pars interior penitus articulo vaca

49 Cur animātium homini, vel vni, vel maxi
ocūli deprauātur? An quod homo,vel solus,v
maxime morbo comitiali capi in puerili æta
solet,cùm certe deprauari omnibus accidit?

Cur

Cur animantium homo maxime fumo affici 50
[...]test? An quod homo lachrymā maxime emit-
[...]: fumatio autem non nisi cum lachryma est?

Cur equus equo, homo homini, atque om- 51
[...]no cognata cognatis, sibiq́ue similibus gau-
[...]nt, atque cupiunt? Non enim quia pulchrum
[...]letur: cupiditas autem formam sequitur ele-
[...]ntiorem. Nam si id esset, rem pulchram sua-
[...]orem esse oporteret. nunc autem contra po-
[...]s euenit, vt quia iucundum suaueq́; est; ideo
[...]lchrum esse videatur. Nec etiam omnibus res
[...]dem voluptati est, nec pulchrū idem lætitiæ:
[...]js enim esse, aut bibere, alijs concumbere læ-
[...]ilius est. Sed causa, cur vnumquodque iunctū
[...] cognato maxime suauissimeq́; concumbat,
[...]aliam cadit quæstionem. Pulcherrimum vero
[...]etiam esse, nondum asseri vere potest: sed no-
[...], quod ad concumbendum suauius est, pul-
[...]rum certe videtur: quoniam rei, quam cupi-
[...]s aspectu quoque nimirum delectemur. Et
[...]idem in cęteris etiam cupiendi generibus res
[...]iter sese habet. cùm enim siti detinemur, hu
[...]rem suauius cernimus. Quod itaque ad vsum
[...]quem pulchrum est, & quod idem maxime
[...]pere solemus, suauissimum id esse ipsum vide
[...]. quod autem per se tale est, non prætereа sic
[...]e videbitur. Argumentum quòd adolescentu-
[...]lerique formosi, aptiq́ue nobis esse videbun-
[...], cum ad concumbendi vsum respeximus. Nū
[...]id igitur ita, vt etiam plus gestiamus, quàm si
[...]ormes quosdam intueamur? Non hercle, nisi
[...]rum auidi sumus, quomodo potio quoque vi
[...]ur pulchrior; nam si siti detinemur, humo-
[...]n multò suauius aspiciemus.

[...]ur hominis prior pars pilosior, quàm poste- 52

rior est: quadrupedum contra posterior, quà prior setosior? An quod omne animal bipes partem priorem habet pilosiorem? nam aues quoque eodem modo, quo homines se habent. partes infirmior natura semper integere potius consueuit? infirmum autem vnumquodque co sui corporis aliquo est. Quadrupedum vero omnium partes posteriores infirmiores loci causa sunt, quam priores: affici nanque à frigore stuq; amplius possunt. Hominũ priores infirmiores sunt, incõmodisq; illis eisdẽ opportuniores

53 Cur animantium homo maxime soleat sternutare? An quod etiam grauedine maxime homo tẽtatur. cuius rei cã est, quòd calor, qui circa est, sursumque sua natura effertur, cęteris animantibus in armos se effert. vnde per refractionem disiectus, partim ceruicem caputque petit, partim in spinam lumbosq; defertur: hæc enim linea recta, iuxtaq; basim sita omnia sunt. Quo cùm æque corpus penè totum recalescat, humores quoque in sese pariter digerit, planeque potitur: humores enim calorem sequuntur. ex quo fit, vt neque à grauedine admodum infestari, neque sternutare quadrupedes soleant. Sternumentum enim vel spiritus vniuersi delatio est, humore scilicet plus aliquid exhalante, vel calidi humoris conatus, excursusque: quocirca destillationes solent præcedere, quæ quidem animantibus cęteris minime incidunt, eo quòd caloris illa delatio ante, retroque portionibus aequis se digerit. Homini vero, quòd erecta basis in sublime modo stirpium attollit, euenit, vt caloris elatio plurima, & vehementissima capiti adeat: elatusque eò calor, meatus concalefacit, rarefacitque capitis: qui tale demum effecti-

mirum

irum capaciores humorum, quàm meatus co
s inferiores redduntur. Quoties itaque accidit
caput humeſcat, refrigereturque extrinſecus
nplius, quàm ſatis ſit, efficitur vt calor, qui &
imentum habet: & ſe in partem interiorem
ntrahit, nimirum creſcat: creſcens ſeſe in ca-
it, meatusque capitis efferat, quo humores præ
nues, crudique ſectantes implent meatus, de-
llationesque faciunt, & ſternutamenta ratio-
ſimili mouent. Nam inter initia deſtillandi ca
r humorem ſurſum præcedens inflansq; mea-
s, ſternutamenta expulſu ſpiritus, ductuque
imoris tenuis, acrisque incitat: Vnde fit, vt poſt
rauedinis ſternutamentum pituitam aquę ſi-
ilem, abſtergamus. Hæc cum omnia ſeſe mo-
rint, humores coacti craſſique ſubſidunt & fo
mina capitis naſique interſepiunt. facta enim
imidiora, diſtentioraque, caput dolore infe-
nt. Argumentum, quòd nullus per eas ſpiri-
s foras mittitur. ex quo ſequitur, vt neque ſter
iere, neque olfacere poſſint, qui grauedine de-
ientur. Sternutamenta autem, quæ ſine graue-
ne mouentur, has quidem eaſdem ob cauſas
niunt, ſed exiguis, leuibusque initijs. Itaque
i vi caloris collecti humores ſunt, facile ab
dem calore pro ſua exiguitate ſpiraſcentes,
nares interrumpunt. Strepitum vero ſpiritus
n minus vinolentia ſeſe efferendi, quàm ſua
pia mouet. Cum enim calor directo tramite
ad cerebrum vſque extulerit eiſque ipſi impe-
rit, ad nares reflectitur, eo quoniam meatus il
foras de cerebro pertendant: quòd cùm illa
ras reflectendi delatio ſpiritus nares verſus
ntra naturam agatur, vehemens vt fiat, nimi-
m euenit: itaque ſtrepitum mouet. Cęterorum

autem animantium aues maxime grauedinem sentiunt; quòd formam corporis maxime simi-lem hominibus gerunt, verùm minus quàm ho-mines afficiuntur: quoniam caput magna ex par-te deorsum tenent, vt quæ uictum abs terra pe-tere soleant.

54 Cur maris animalia maiora, vegetioraq; sun quàm terræ? An quòd vis Solis consumend quæ terram ambiunt, copiam detrahit nutrime ti? quamobrem quæ abdita vitam agunt, vegeti ra sunt. His igitur omnibus incommodis, cùm genus maritimum sit immune, merito tum ado lescere potest corpore ampliori, & vegetiori.

55 Cur cętera animalia cibum sæpius siccum quàm humidum capiant, homo humidum sa pius, quàm siccum? An quòd homo natura cal dissima est, plus refrigerationis desiderat?

56 Cur spadones calui effici nequeant? An eo multum cerebri obtinent? quod sanè his conti bit, quia rem veneream non agunt: semen eni labi per spinam è cerebro videtur. Qua de cau boues quoque castràri cornua gerere maiora p tantur: necnon & mulieres, & pueri cur cal non sint, eadem ratio esse creditur.

57 Cur animantium alia, vbi primũ in lucem ed ta sunt nutriri per seipsa possint, alia nequeant An ea possunt, quæ in genere quod memoriæ pax est, breuius viuunt? quocirca ocyus quoqu morte eadem omnia occumbunt.

58 Cur homo plus excrementi humidi egerit quàm sicci: equi, & asini plus sicci, quàm hum di? An ꝙ hæc animantium genera sicco pabul largiori vtũtur: homo humidis magis, quàm ar dis vesci solet? ex cibo autem omne proficiscit excrementum, & ex copiosiori copiosius. Igitu

alia

a humido potius, alia ſicco largiori vtuntur bulo: quoniam alia ſicca natura ſunt, alia huida. Itaque humidum potius capiunt quæ ſic constãt natura: huius nanque ſunt indigẽtia: trà ſiccũ affectant, quæ humida ſunt natura, pote q̃ qualitatis eius inopia magis teneantur.

59 Cur aues, & homines, & genus quodque animantiũ forte, corpore ſunt duriori? An quod aniſitas cum calore eſt: metus enim refrigerao eſt, quorum igitur ſanguis amplius feruet, æc & robuſtiora, & animoſiora ſunt: ſanguis aum alimento corporibus eſt. Et quæcunque ve ex ſtirpibus terræ aqua tepida irrigaueris om ia duriora euadent.

60 Cur mõſtra paruæ quadrupedes pariũt: homo utem, grandesque animantes omnes minus, vt qui, & aſini? An quòd paruæ, vt canes, ſues, caræ, oues, longe ſunt fœcundiores, quàm granes? illarum enim aliæ omnino ſingulos pariunt, liæ magna ex parte. Monſtra autem tum conſii ſolẽt, cùm plura ſemina inter ſeſe cohæreſcũt onfunduntúrque, vel cum prodeunt ex mare, el cum ſe in fœmina permiſcent. Vnde aues eiam monſtra edere poſſunt: oua nanque vitello pariunt geminato: monſtrum autem ex gemiatis illis conſiſtit quorum vitelli nulla interiecta membrana diſtinguuntur.

61 Cur hominum caput piloſius, quàm reliquum corpus nec ex proportione piloſum eſt: cęterorum autem contra? An cętera vel in dentes exuperant præ nimia alimenti copia, vel in cornua, vel etiam in ſetam? Quæ igitur in cornua, capite minus ſetoſo hæc ſunt: abſumptum enim illam in rem eſt? Quæ autem in dentes, plus quidem pili, quàm cornigera obtinent, capronarum enim

nonnihil sortiuntur, sed minus quàm aues. His enim illud etiam, quod homini genus integẽdi natura tribuit, sed quod illis pro copia nutrimẽti multis luxuriat locis, id in capite homini abũdat. nec enim nullum habet, nec adeo multum, vt pilorum vndique excrescat congeries.

62 Cur vnus omnium animantium homo canescit? An quòd pars animantium maxima pilum quotannis deciduum gerit, vt equus, vt bos: non nulla deciduum non gerunt? tempus autem viuunt breue, vt oues, & quædam alia, quorum pilus vtpote non senescens canescere non potest. At homo nec deciduum gerit pilum, & longam degit ætatem: itaque tempore consenescit, atq; inueteratur.

63 Cur vita breui, imbecillisq; viribus sunt, qui partem vmbilico subiectam maiorem, quam superiorem habent pertinentem ad pectus? An ꝙ venter suam ob breuitatem frigidus est? itaque vt vim paruam obtinet concoquendi, sic excrementis redundare aptissimus est. Morbis autem nimirum patent, qui tali ventre constiterint.

64 Quam ob causam animantium alia non solum coitu, sed etiam sponte naturæ procreantur, alia coitu duntaxat proueniunt, vt homo, vt equus? An quòd & si non aliam ob causam, tamen quòd alijs gignendi tempus breue statutum est? itaque fieri non potest vt tempus, quod vim obtinet generandi, amplificetur prorogeturque: sed temporum vicissitudine, commutationeque, vt procreentur, contingit. Alijs multo generatio ampliari solet: etenim vel anno, vel decem mensium spatio confici assolet, quapropter vel nullo pacto, vel ex coitu procreentur illa, necesse est.

ur Aethiopum dentes candidi, & candidio- 65
quàm cęterorum, vngues autem, non denti-
in candore respondeant? An vngues ideo ni
ant, quia cutis ēt nigra est, & nigrior quàm
rorum? vngues autem ex cute proueniunt.
ed cur dentes candeant, quænam ratio sit? 66
quòd albescere illa solent, quibus vis Solis
norem detrahit, dummodo nihil superinfi-
ur, quò modo etiam ceram albescere noui-
s? An cutem superinficit calor dentes mini-
, sed totus eorum humor in vaporem à calo-
conuertitur, atque exhalatur.

Cur animantium alia præciso capite vel pro- 67
us moriuntur, vel paulo pòst, alia minime?
ita afficiantur quæ sanguine carent, exiguo-
cibo contenta sunt? quippe quæ neque con
inuo cibum desiderent, neque in humore
calor eorum diffundatur: quibus rebus
priuatum animal sanguine con-
stans, viuere nequit: illa verò
sine respiratione viuere
multo diutius pos-
sunt. Causam
cur
ita, aliàs abundè red-
didimus.

ARISTOTELI PROBLEMATVM Sectio Vndecima.

Eorum, quæ ad vocis, soniq; rationem pert nent: cuius quęstiones. LXV.

ARGVMENTVM.

Disputat nunc Arist. de auditu, & de audibili luti de sono, strepitu, crepitu, de Echo, de voce, ac loquela. De auditu ac surditate quærit. prob. 1. cur ditus sensuum maximè ab ortu naturæ offendi poss Et prob 29. 44. cur oscitãtes minus audiant. Et pr cur vox superius deorsum melius audiri poßit. prob. 41. 48. cur spiritu retento melius audiamus. prob. 5. 33. cur nox ad audiendum aptior, quàm di Et prob. 2. 5. cur surdi vocem reddant per nares. strepitu cur aqua frigida profluens acutius obstrep quàm calida. Et prob. cur strepitus extrinsecus m gis intus auditur, quàm intrinsecus foris. Et pr 49. 61. cur stsepitus corpora penetrat densa, & n lux. De crepitu quærit cur sal igni ingestus mou crepitem. sed exiguus ocyus crepat: vt prob. 42. 4 plenior vehementius exilit, & crepat. Et prob. 28. c

vt

aree nullo mouente, quod sensus mouerit, concitan-
r, & crepunt. Quo ad Echo quærit. 7. prob. cur
mus nuper illita magis resonat. Et prob. 8. 9. cur
quis dolium, & id generis figulina inania obruat,
eriatq;, domicilia amplius resonant. Et prob. 23.
t. cur vox Echo fiat. De voce autem multa quærit ei
liuncta, ut cur magna, parua, submissa, grauis, aspe-
a, acuta, sonora, corrupta, frequens, multiplex, & cę
ra. Itaque de magna quærit, cur talis sit. prob. 3. Et
rob. 25. cur paleis in Orchestra sparsis chori vox mi
or sentiatur. De submissa cur in prob. 35. lingua hæ-
tantes loqui nequeant voce submissa. De graui in
rob. 17. 64. quærit, cur vox humana grauior sit tem-
ore hyberno. Et 18. cur ex potu, vomitu, & frigore
ox est grauior. Et 19. cur grauior è propinquo, quàm
longinquo sentiatur. Et prob. 32. cur trepidantes gra
em, & metuentes acutam emittant. Et prob. 50. 53.
ur qui rident, grauem: & qui flent acutam. De
spera quærit. prob. 11. cur vigilantis vox asperior
redditur. De acuta prob. 6. 20. 47. cur acutior è lon-
ginquo videatur. Et prob. 13. 15. 50. qui flent. & prob.
14. 24. cur quæ animalia recens sunt nata. Et prob.
16. 34. cur qui seminis sunt expertes. Et prob. 21. 40.
cur exercitati, & debiles vocem hi omnes reddunt
acutam. Et prob. 53. cur metuentes. Et prob. 56. cur
sobrij tempore hyberno. Et prob. 65. cur pueri, mulie-
res, spadones. De voce sonora quærit. prob. 39. cur por-
rum valeat ad vocem sonoram. De voce corrupta quæ
rit prob. 12. 22. cur cibo ingesto tenor vox frangitur
vocis. Et prob. 46. cur potius vinolentis, quàm sobrijs.
De voce tremente quærit, cur vox metuentium, &
trepidantium obtremiscat. De voce à multis emissa
quærit. prob. 52. Et de varietate vocis quærit prob.
59. 60. cur hominum varia sit, non aliorũ animaliũ.
Et prob. 62. cur eadem, quanquàm minor, seruetur.

De

De loquela quærit prob. 27. cur pueri fari incipiant, & obmutescunt. Et prob. cur lingua hæsitent. Et prob. 35.36. & qui homines hæsitant lingua, voce submissa non loquuntur. Et prob. 38. cur qui lingua hæsitent melancholici sint. Et prob. 54. cur quidam fiant lingua hæsitātes. Et prob. 55.57. cur solus homo. Et prob. 58. cur serius loquitur homo. Et prob. 63. quid est, quod linguam faciat hæsitare.

1 CVr sensuum auditus maxime ab ortu naturæ offendi potest? An, quòd auditus, & vox ab eodem initio proficisci videantur? atqui locutio ex facili posse deprauari videtur, quæ species vocis est, eademque perfici difficillime potest. Indicium huius est, quòd posteaquam nati sumus, diu obmutescimus, deinde balbutire tandem incipiemus: principio nanque nullum proferre penitus verbum valemus. Cùm itaque facile peruerti locutio possit, idemque initium audiendi, loquendique sit (vox enim quædam audiendi quoque primordium est) sequitur vt quasi per accidens, non per se omnium facillime sensuum auditus interimi possit. Argumentum autem, facile omnino loquendi principiū destrui posse, vel ex cęteris animantibus erui licet. Nullum enim loqui ex cęteris potest, sed homini tantum facultas hæc data est, & hic tamē sero (vt dictum est) loqui incipit.

2 Cur omnes surdi vocem reddere per nares assolent? An ꝙ prope adsunt, vt muti sint? muti autem per nares vocem extrudunt, eò nanque spiritus illorum compellitur, quia ore compresso sunt: quod compressum ideo est, quoniam lingua his ad vocē reddendam vsui nullatenus est.

Cur

ur omnes, qui natura sunt calida, magnam 3
em emittere solent? An quòd multum in his
em feruidumque inesse necesse est? vis enim
oris facile ad se & spiritum trahit, & aerem:
ue amplius id agit, quo amplior est. Vox au-
magna tum oritur, cùm aeris multum agi-
tur: vtq; acuta, cum celeriter, sic grauis, cum
e aer incitatur.

ur omnes surdi per nares loquuntur? An, quòd 4
di violentius spirant, quippe qui prope ad-
ut, vt muti sint: meatus itaque narium ductu
itus laxior redditur? ex quo fit, vt nisi per na
oqui non possunt.

ur melius audiri quæque in nocte, quàm 5
possunt? An quòd requies omnium noctu
lior est, quoniam calor abest, vnde tranquil
a quoque magna ex parte omnia sunt. Sol
n est, qui omnia mouet.

ur voces è longinquo acutiores esse viden- 6
itaque cum hominum procul admodum ab
tium clamorem imitamur, vocē acute emit-
us, & similem ijs, qui suam vocem in sonū
ingunt tenuiorem. Et strepitus quoque reso
di acutior venit, quem procul abesse palam
non enim nisi per refractionem existere po-
. Cùm igitur in strepitus ratione, acutum quod
ox sit, tardum autem quod graue, voces è lon
quo delatas tardiores videri oporteret, quæ
m feruntur, eo tardius omnia mouētur, quo
gius à suo discesserunt principio, tandemq;
abuntur, & decidunt. Vtrum igitur qui imi-
tur, voce exili simulant, & sono tenui agere
tant vocem, quæ se è longinquo defert: te-
s aūt grauis non est, neque exiguus exilisque
is proferendæ vsus grauis est, sed acutus sit

necesse

necesse est. An non modo qui imitantur, ea c
causa ita simulant, verumetiam strepitus ipsi
cutiores existunt? Causa vero cur ita sit, quo
aer, qui defertur, strepitum excitat, & quema
modum primum illud obstrepit, quòd aere
mouerit: sic rursus aer subinde mouendo aga
oportet, vt partim moueat, partim moueatu
quo fit, vt cõtinuari strepitus possit, quippe cū
perpetue mouenti mouens succedat, donec om
nis conatus mouendi emarcescat: quæ quide
res in corporibus. non nisi cadere est, cum sci
cet aer non amplius impellere vel telum, vel a
rem potest. Vox enim cõtinua redditur, cum a
aerem propellit: telum autem fertur, cum co
pus ab aere mouetur. Hic igitur corpus idem d
fertur assidue vsque ad eum finē, dum corrua
at ibi alius atque alius aer perpetua vicissitudi
profluit, præcedenteque subsequens minor e
itaque velocius quidem mouetur, sed per min
subinde aeris: qua de causa voces acutiores
longinquo tenuiores sentimus: est enim acut
quod velocius est, vt ambigendo superius pro
suimus. Hæc eadem causa, cur & pueri, & ægr
tantes, acute, viri autem, & bene valentes gra
ter vocem emittant. Cur vero propinquis au
bus vox grauior, acutiorve esse minime pateat,
omnino cur similis proiectis ponderibus n
fit, causa quod proiectum illud cum vnum a
due sit identidem assidue fertur: strepitus aute
aer propulsus ab aere. est itaque fit, vt pond
vnum in locum cadere tantummodo possit: v
autem quoquo uersus spargat sese, nō secus a
proiectum pondus, dum fertur in partes frang
tur inumeras, atq; etiam se retrorsum disperti

7 Cur domus nuper illica magis resonat?

quod

od maior refrigendi datur facultas propter le
ratem? Leuius autem ideo est, quoniam conti-
ns adhuc, rimisque immunis penitus extat.
on tamen admodum humidam volo intelligi:
lla enim refractio de limo effici potest. Hæc
ofecto causa est, cur etiam opus omne tecto-
m magis resonet. Quinetiam aeris immobili-
s fortasse aliquid facit: congestus enim vniuer
sque eùm sit, occurrētem illum retorquere ve
mentius potest.

8 Quam ob causam si quis dolium, & lagenas,
cętera id genus figulina inania obruat, ope-
tq; domicilia resonare amplius possint: nec
n si puteus, vel cisterna, vel aliqua fouea in
mo sit, magis magisq; ita fiat, necesse est? An
ratio resonādi non nisi refractio est? sic enim
tissimum resonandi illa reciprocatio nascitur.
go puteus, & quælibet fouea angustiam obti-
t, & aerem colligere potest: dolia cęteraque
tilia densitatem quoque, suæ ambientis for-
e præ sese ferunt. Itaque vtraque de causa il-
d euenit, concaua enim omnia magis sonant,
æs quoq; ob eam rem sonitum præcipue om-
um reddit. Nec vero absurdum, quod obruta
ud faciant: vox enim non minus in ima se de-
rt: denique quoquo versus, atque etiam in or-
m ferri putandum est.

9 Cur si uasa quis inania obruerit, faciet vt ma-
s ædificium resonet? An quod vasa soliditate,
rpetuitateque sua melius & concipiunt, & cō-
nent aerem, simulque accidit, vt ictus vehe-
entior effici possit?

10 Cur aqua frigida de eodem profluens vase a-
tius, quàm calida obstrepit? An quod delatio
uæ frigidæ velocior est? grauior enim frigida
est:

est: acutiorem autem strepitum reddit, quæ locior est, calor vero & raritate alleuat, & ela ne. Proximum illud est, quod faces quoque dentes ictum faciunt imbecilliorem.

11 Cur homini qui vigilauerit, vox asperior r ditur? An quod eius corpus ob cruditatem hu scit, maximeque loco superiori, vnde caput q que grauescit? Et cum fauces humore red dent: vocē asperiorē existere necesse est, asp tas enim ob inæqualitatem, grauitas propter septionem exultat, retardius enim fertur.

12 Cur cibo ingesto mox tenor frangitur voc An quod membrum illud voci tributum cre cibi occursu perclusum concalescit, concal scens humorem attrahit, qui ob assumpti humefactionem & largior est, & paratior.

13 Quare qui flent, vocem mittunt acutiore qui rident, grauiorem? An quod alteri sua debilitatem parum spiritus mouent, alteri ve menter intendunt. quod facit, vt spiritus ve cius ferri possit: velox autem omnis acutus e quippe qui ab intento proiectus corpore, fe tur velociter. contrà qui ridet, resoluitur, & bilitatur, itaque vocem grauius edit. Quanqu ægri acutam emittunt vocem, parum enim ris mouent. At vero qui rident, non solum rum, sed etiam leuius mouent. Ad hæc qui dent, spiritum calidiorem emittunt; qui fle frigidiorem. dolorum enim refrigeratio pec ris est. Calor itaque multum aeris mouet, ita tarde feratur: frigor autem parum ciet. Idem in tibijs fieri nouimus: enimuero qui spiritu flant calidiori, multo tardius agunt.

14 Cur pueri, cęteraque recens nata animalia cem reddunt acutiorem, quàm quæ perfecta te sunt?

sunt; cùm tamen omne acumen vehementia
? An ꝙ vox motio aeris est, & acutior quæ ve-
cior? facilius autē, & velocius parū quam mul-
m aeris mouetur Mouetur autem quoties vel
rigore cogitur, vel a calore discernitur. Sed eū
spiratio frigida admissio sit intentior, nimirum
t tantisper cogitur, cùm spiritū capimus: cum-
ue expiratio caloris, emissio sit, aere sanè a ca-
re citato, vox effici potest: cum n. spiritum red
mus, non cùm capimus, vocem formamus. Cū
tem nouella calidiora sint, quam vetusta, suos
e meatus habeant arctiores minus in se aeris
ssunt continere: cumque calor qui moueat,
pliot in his insit, res autem quæ moueatur,
nor subest, velocius vtraque de causa aer mo-
ri potest. at si velocius, vox certe acutior da-
ur, ob ea ipsa, quæ antè retulimus.

Cur vocem qui flent, acutiorem emittunt, 15
i rident, grauiorem? An qui flent, intendendo
ntrahendoque os, vociferantur? itaque pro-
re aer interior corpore intento mouetur,
mque per os transeat angustum, ferri velo-
us potest. vtraque igitur ratione fit, vt vox acu
edatur. Contra qui rident, remisso corpore, hi
enteque ore rident: cum igitur ob eam rem
te, tardeque profundant aerem, merito vo-
m emittunt grauiorem.

Cur vocem reddunt acutam, qui expertes se- 16
inis sunt, vt pueri, mulieres, decrepiti, spado-
s: grauem autem viri, qui firmissima sunt æta-
? An ea causa est, qua linea, cęteraque tenuia
mensionem vnam duntaxat sortiuntur? crassa
tem, plenaque plures obtinent: itaque vox e-
m tenuis vnam dimensionem habuerit, vnum
tem & efficere, & mouere facilius est, quàm
plura.

plura. Ergo cum prædicta illa spiritum habea[nt]
imbecillum, non nisi parum aeris moueri ab[i]
lo spiritu potest. Minimus autem est, qui dim[en]
sione vnica constat, quem prædictis rationib[us]
tenuem esse vocemq; talem ab eo proficisci [con]
cessum est: vox autem acuta, quæ tenuis est. I[ta]
tur qui prolifico illo semine carent, vocem hi[i]
merito reddunt acutiorem. Viri robusti, quon[iam]
spiritu valeant, multum aeris incitare queun[t]
quod cum multum sit lente mouetur, vocem[que]
efficit grauiorem. motu enim veloci, & tenui [vo]
cem reddi acutam iam constitit, quorum ne[u]
trum, vt in viro possit existere, accidit.

17 Cur voces nostræ grauiores sint tempore h[y]
berno? An quòd aer interior tunc & extern[us]
crassior est? crassior autem cùm sit tardius m[oue]
tur: itaque vox grauior non immerito fit. Ad[de]
quòd somnolētiores hyberno tempore sumu[s]
quàm æstiuo plusque temporis obdormire so[le]
mus: somnus autem facit, vt membris grauio[ri]
bus simus. Quo igitur tempore plus dormim[us]
quàm vigilamus (quod hybernum profecto e[st]
hoc vocem effici grauiorem, quam qui ecōtr[a]
rio agitur, ratio est. cum enim tempus vigilan[di]
quod interuenit, breue sit, habitus corporis, q[ui]
inter dormiendum committitur, permanere v[s]
que ad somni repetitionem nimirum potest.

18 Cur ex potu, vomitu, atque frigore vocē em[it]
timus grauiorē? An faucibus interceptis, qua p[...]
rem pituita subsistendo committit: quippe q[...]
aliquid fluxionis in eas detrahat, alijs vomitu[s]
aut potus, alijs præsentis temporis qualitas p[er]
obstrictionem fauces reddit angustiores, itaq[ue]
delatio spiritus tardius agitur: quæ autem tar[da]
delatio est, grauem hæc efficit vocem.

Cur

Cur vox grauior è propinquo magis quam è 19
nginquo sentiri potest? An quod grauior plus
idem aeris mouet, sed nequaquam in lon-
udinem? ergo à longe minus sentitur, quo-
am per minus spatium se deducit è propin-
o autem magis, quoniam plus aeris senso-
um ferit audiendi. Acuta procul ideo audiri
test, quoniam tenuior est: tenue autem omne
geri in longitudinem potest. Dixerim etiam,
od motio, quæ vocem reddat acutiorem, velo
or est quod fieri potest, si vt densus, sic angu-
us spiritus sit, qui aerem mouet. nã & exiguus
r mobilior est, quippe qui ab angusto moueri
eat: densus plures efficit ictus, qui strepitum
ddant. Licet hoc in musicis perspicere instru-
entis: fides nanque tenuiores cęteris eisdem
bstantibus acutius consonant.

Cur vox acutior illis esse videtur, qui longius 20
sunt? cum tamen acuminis ratio sita in eo sit,
velocius feratur, & quod longius fertur, mo-
ri tardius soleat. An quod vocis acumen non
lum in velocitate mouendi, sed obstrependi
am nimia tenuitate consistat? Qui autem lon-
us absunt, vocem tenuiorem excipiunt ob ae-
, qui mouetur, exiguitatem. motus enim ita
arcescit. vtque numerus emarcescens in vnita
m relabitur, sic corpus in vnicam dimensio-
m extenuatur, quæ tam in corpore, quàm in
ce tenuitas est.

Cur vocem acutam & exercitati reddũt, & de 21
les? An debiles, quia parum aeris mouẽt: parũ
tem, quàm multum velocius fertur? Exercita-
vero aerem excitant, vehementius: aer exci-
s vehementer velocius fertur: acutam autem
voce, idest, quod velox in delatione.

22 Cur vox corrumpi his soleat, qui cibo ingest clamitarunt? itaque omnes, qui vocem exercēt vt histriones, saltatores, & cœteros generis eiu dem, mane, ieiunoq; ore exercitationem adir licet inspicere. An vocem corrumpi non aliu est, quàm membrum, quà spiritus transmeat corrumpi? Quocirca rauci quoque voce corru pta sunt, non quòd spiritus vitiatus est, qui vo cem afformat, sed quòd exasperata arteria est quæ vehemente concalefactione exasperari m xime solita est. Quamobrem neque qui febriū neque qui vehementer febrierunt, statim cur febris cessauerit, cantare queūt: sunt enim asp ris nimio ex calore faucibus. Cibis autem spir tum & largum reddi, & feruidum consentane est: qui talis autem est, exulceret arteriam tra meando, atque exasperet, ratio est. quod cùm inciderit, merito vox destrui potest.

23 Cur vox, cum aer quidam formatus sit, & q cùm fertur, formam sæpe illam amittat, echo, est resonantia fiat? cum enim aer vehementi in aliquod solidum offenderit, vox non dissolu tur, sed eandem expresse reciprocantem aud mus. An quod refractio est, non perfractio? enim cum totum permanet, tum partes ab duæ vniformes proficiscuntur, quippe cum p similem angulum refractio existere soleat: ita vox resonandi similis primæ efficitur.

24 Cur cęterorum animalium nouella, recen edita, vocē mittunt acutiorem, quàm quæ pe fecta ætate sunt: vituli autem grauius mugiu quàm boues perfecti? An quod infans quoq in genere similis fœminæ eiusdem generis e boum autem fœminæ grauius mugiunt, quà mares, cùm cœtera è contrario agant: at vit simi-

lliores fœminis quàm maribus sunt: ergo vo m hi grauiorem emittere debent.

quam ob causam paleis in orcheſtra sparsis, 25 iri vox minor sentiatur? An propter asperitatem? vox enim pauimento minus leui occurrēs, minus vna ita minor exiſtit, quippe quæ minus continua sit: quomodo etiam lux amplior plendet in leuibus, eo quòd nihil impedimen nteruenit, quo interpelletur.

Cur sal igni ingeſtus mouere crepitū soleat? 26 quia ſal parū humoris intra ſe continet, qđ x à calore ignis conuerſum in ſpiritum, vioctoq; exiliens impetu, ſalem rumpit? omne em quod rumpitur, mouere crepitum ſolet.

Cur pueri nonnulli, antequam ætas veniat 27 vocabula ſuo tempore explanare poſſint, fa ncipiant: & vbi aliquid expreſſe dixerint, rur obmuteſcant, atque vt prius degāt, quouſq; itum tempus loquendi accedat? quæ quidem leriſque portenta eſſe putantur. iam aliquos m ſtatim cum in lucem euenerunt, locutos e proditum eſt. An magna quidem ex parte undum naturam homines prodeunt, itaque d paucis accidit, ſed naturæ ratione ſimul c contingere, ac perfici ſolent. quamobrem ul & audiunt, & vocem emittunt, ſimul & in ligunt facultate audiendi, & loquuntur, & ex cant. Euenit tamen interdùm ne hæc ſimul ntingant. ſed vt alij prius intelligant quam embrum id abſoluatur, quo loqui poſſumus: j contrà, qui ſcilicet quæ loquantur, intellige nequeant. Quæ enim audierint, ſimulatè eam reddunt: ſed cum tempus affuerit, vtroque n munere naturæ fungi incipiant. Quibus au m prius ſenſa auditus in animo valeant, quā

membrum id absoluatur quo primo vocem m
uemus, orationemq; condimus. ijs nonnunqu
vbi iam multa intellexerint, facultas quoque
membri illius, & absolutio propere contingit
maxime quidem à somno. Cuius rei causa est,
somnus data requie tum corpora tota, tum m
bra singula facit segniora. Sed fieri potest, vt v
ob aliam huiuscemodi mutationem idem eu
niat. Complura autem sunt, quæ vt efficere v
leamus, breuissimi temporis adiumento op
est, & tamen eadem postmodum æque agere n
quaquam possimus. Quoties itaque membrũ i
lud ita se habet, vt liberum absolutumq; sit, e
citur, quod per auditum intelligentiam moui
idem cùm pendet, fluitatq; in sensu, remeet, v
bumq; reddat. Hinc nobis & carmina, & voc
bula sæpenumero non ex voluntate occurrun
& quæ prius voluntate petita diximus, eade
postea non voluntarie dicimus. hinc etiam sæ
quæ nouimus ore explicare non quimus, ita fi
ri potest, vt pueri aliquid dicant, rursusque me
brum, cui fandi data potestas est, redeat ad s
naturam, ac obmutescat, dum tempus corrob
randi, absoluendique vltimum veniat.

28 Cur aliqua obstrepunt, mouenturq; subito,
arcæ, quę nullo mouente, quod sensus mouer
concitantur, & crepant, cùm tamẽ potentius
se debeat quod mouet, quàm ꝙ mouetur? qu
eadem quęstio etiam de corruptione, ac senec
te est: quippe cùm à re insensibili omnia corr
pantur, quæ à tempore pereunt? An simile gu
hoc est, & lapidibus quos plantę emergentes
tollunt, atque reijciunt? non enim quod vltin
actionis est, id vel attollit, vel mouet, sed hæc v
uersa continuatio efficit, qua quidem re inse

sibil

...i accidit, vt motus ille sensibilis nascat. Sic ...n res contenta spatijs sensibilibus temporis ...etur, atque in partes digeritur insensibiles: ...ersi tamen, & continui ratione exultat & ...us, & obitus. Continuum autem illud nō in ...nti temporis, sed in tempore, quod ab in...ti determinatur, situm profectò est.

...ua de causa oscitantes minus audire possi... ? An quòd multum spiritus effluentis inter...tandum aures etiam intrinsecus subit, vt mo... vel sensu, percipi possit, quam trudit ad aures ...imeque post somnum: strepitus autem vel ...vel aeris affectio est. Igitur cum interior reni...s exteriori illi occurrenti, efficitur vt modus ...rioris strepitus motũ exterioris retorqueat ...e offuscet. 29

...ur pueri magis, quàm viri lingua hæsitant? ...vt etiam manibus, pedibusq; pueri minus va...us, & infantes ambulandi omnino facultate ...mus? hic etiam linguæ parum cōpotes pue...mus, & infantes verbum nullum referre pos...us sed more brutorum animantium vocife...ur, videlicet causa imbecillitatis, quæ non ...m hæsitatem linguæ, sed etiam balbutiem, ...sitatemq; faciat, quippe cùm blæsitas sit lite...uandã exprimere non posse, eamq; non quã...t, sed certã: balbuties vel literam prætermit...; vel syllabam: hæsitas alteram alteri syllabã ...gere propere non posse. Quæ quidem omnia ...ecillitate eueniunt. lingua enim submini...re intelligentiæ non potest. Itidem etiam vi...enti, senesque afficiuntur propter debilitatē: ...s autem hæc minus vsu eueniunt. 30

...ur vox hominum tam metuentium, quàm ...idantium obtremiscere soleat? An quòd 31

emigrante calore cor conquatitur? nam vtriq
& trepidantibus, & metuentibus accidit, vt i
afficiantur. cùm cor autem conquatitur, ict
nequaquã effici vnus potest, sed plures profi
scantur, vt è fidibus laxius intentis necesse est.

32 Cur vocem homines trepidantes grauem, m
tuentes acutam reddant? An quòd metuen
bus locus cordis refrigeratur, cùm calor deo
sum se desert, ita quòd parum aeris excitare p
sint? vires enim positæ in calore sunt. Trepida
tibus autem calor loca petit superiora, vt etia
pudore affectis affert idem sese ad faciem: c
ius indicium est, quòd plenius erubescunt. R
soluit igitur, multumque aeris quo loquimu
efficit: hic autem tarde propellitur: tardum ve
non nisi graue in voce est.

33 Cur nox ad audiendum aptior est, quàm di
Vtrum (vt Anaxagoras ait) q aer interdiu st
det à Sole concalefactus, & obstrepit: noctu
quiescit, vtpote cùm omnis calor absuerit? tu
autem quæque audiri melius possunt, cùm n
lus strepitus est. An quòd per inanius facult
audiendi amplior, quã plenius datur? Est aute
aer interdiu densus vt qui luce, radijsque ref
tus sit: noctu autem rarior, quòd ex eo ignis,
radij decesserunt, quæ corpora esse dixeris.
quod corpora multifariam interdiu vim intel
gendi dispertiuntur, inque res varias deducu
itaque clara audiendi eripitur sensio. Et eo qu
omnia dies magis quàm noctu agimus, ipsa qu
que intelligentia negotijs corporis impedita e
sensus autem vbi seiunctus ab intelligentia e
laborem velut insensibilem habet: vnde dictu
Mens vider, mens audit. At vero noctu cum n
ster intuitus omni sit munere liberatus, mag
que

ne intelligẽtia requiescat, meatus auriũ, vel am
ius patent, vel nihilominus quàm die, vt capax
sonorum pariter est, sic melius eosdem sonos re
ferre ad intelligentiam potest: quoniam nec ip-
si intelligendi vis quidpiam agat nec ab aspectu
tentetur, vt fieri interdiu solet.

34 Cur homines qui humore prolifico vacãt, vt
pueri, mulieres, decrepiti, & spadones, vocẽ red-
dant acutam, viri autem, qui firma ætate sunt,
grauiorem? An propter membri imbecillitatem
quod mouere aerem solet? mouet enim exiguũ
aerem, quod imbecillum est: exiguus velocius
fertur: quod velociter fertur, acutum est. An
quòd primus meatus, quà vox permeare solet,
omnibus semine vacuis pusillus est? itaque exi-
guum proficisci ab eo potest. quod aera moueat:
exiguum vero cum sit, velociter per amplas su-
periores fauces fertur. At viris ætate vigentibus
is amplior habetur, vt etiam qui ad testiculos
pertinet: itaque aer plurimus est, qui inde pro-
pellitur tardior: ergo cum transeat, merito gra-
uior reddi potest.

35 Cur homines lingua hæsitantes loqui nequeãt
voce submissa? An quòd offensaculo quodam
vox sistitur, retineturque? Sed cum non pares
requirantur vires, aut similes motus, cum quic-
quam non impedit motum, cumq́ue impedit eni
sum omnino est: vox autem motus est, vocem
se altiorem solent emittere, qui pro viribus co
nantur. ergo cum ad expellendum quod obstat,
contendum sit, altius eos loqui necesse est, qui lin
gua huiusmodi vitio tenentur.

36 Cur ijdem illi trepidantes magis, quàm vino-
lenti, hæreant lingua? An quoniam affectus hic
similis generi stuporis, quam apoplexiam voca-

mus, parti interiori cuipiam tribuendus est, qui partem mouere nequeant impedientem propter suam refrigerationem. Vinum igitur, quod sua natura calidum est, refrigerationem tollit trepidatio facit. Est enim trepidatio metus quidam: metus autem refrigeratio est.

37 Cur strepitus extrinsecus magis intus auditur, quã intrinsecus foris? An quod intrinsecus c vasta, immensaq; adeat spatia discrepitur, dissipaturq;, vt pars eius vel minime, vel minus sentiri possit? Extrinsecus vero cum vox sese in locum arctiorem, stabilioremq; aerem conferat vniuersa ingreditur: itaque cùm maior sit, non immerito melius potest audiri.

38 Quam ob causam qui lingua hæsitant. melancholico habitu constant? An quòd propere si qui imaginationem, non nisi esse melancholic est? Hęsitantes autem illi tales proculdubio sunt. impetus nanque dicendi præruit, antecedque facultatem eorum, vtpote cum animus vi sequatur. Balbis etiam idem accidit: hos etenim omnes membra voci accommodata tardiora habere certum est. Indicium vero quòd tales vinolenti redduntur, cum suas maxime imaginationes, non rationem sequuntur.

39 Cur porrum prosit ad vocem sonoram? nam & perdici commodum eadem in re nouimus. An quòd alium quoque elixum delinit, & quidem porrum lentitiam qnandam obtinet, quo fauces detergere possit?

40 Cur cętera animalia vocem tum acutiorem emittunt, cum validiora sunt: homo autem, cum inualidior est? An quod homo inualidus exiguum aerẽ mouet, aer exiguus velociter permeat, velocitas strepitum reddit acutiorem?

Cur

Cur melius audiuimus, cum ſpiritum retine- 41
mus, quàm cum reddimus? itaque minus ſpirare
in venatione præcipitur. Vtrum quod per vena
in elationem vis ſentiendi locum petit ſupe-
riorem. cum enim dormimus, deorſum ſe de-
fert, & crebrius tunc reddimus, quàm dicimus
ſpiritum, minimeque audire valemus. An etiam
ſanguis, cùm reddimus ſpiritum, aſcendit: itaq;
pars ſuperior impletur, cùm tamen per inane
audiamus. An quòd efflatio ſtrepitus quidem
est? hic autem expirando eueniens, vim obti-
net audiendi.

Cur ſal exiguus ocyus crepat, & exilit: vehe- 42
mentius autem & crepat, & exilit, qui plenior
est? An quod exiguus rumpi celerius poteſt? haud
enim multum id eſt, quod ſubeat ignis oportet,
cum ſal ipſe totus exiguus ſit. Plenior autem il-
lentius domatur, quòd plus negotij eſt ma-
gnum diſrupiſſe quàm paruum. crepat paruus
parum, quia paruus inuehitur ictus: maior ma-
gis, quia magno agitur ictu: crepitus autẽ ictus
est. quod etiam robuſtius eſt, magis exilit, quo-
niam minus cedit.

Cur ſi ſalem eadem magnitudine, qua modi- 43
cus igni ingeſtus crepet, nimio inieceris igni, vel
nihil, vel minus crepabit? An quod prius ab igne
perrumpitur, quàm rumpi poſſit? comburitur
enim humor, quòd conſumptus eſt, crepat quod
conſciſſus, diſruptusque eſt.

Cur oſcitantes minus audire valemus? An quod 44
ſpiritũ intercludimus, qui ſe ad aures trucidat?
iudicium, quod ſtrepitus in auribus naſcitur, cũ
oſcitamus. circumuentus autem, interclusuſ-
que illis ſpiritus facit, vt minus audiamus.
Ad hæc vox oſcitantibus quædam oritur, quæ
vim

vim audiendi interpellare potest: & compri
vero aures necesse est, quoties corpus se dist
hit, atque intendit.

45 Cur vox, cum apta sua natura sit in sublim
afferri, vt quæ aer quidem sit, non inferius s
sum, sed superius, deorsum melius audiri p
test? An ꝙ vox aer quidam iunctus humori e
qui pondere humoris grauescens deorsum la
tur, non sursum effertur: humoris nanque sec
dum naturam interest, vt deorsum feratur: it
que ab imis sentiri plenius potest. An hoc vo
duntaxat animalium reddi debeat? hæc enim
non sine humore profluit: illud vero accide
nimirum vel in cœteris omnibus strependi g
neribus nouimus. Ergo vt visus si superius de
sum processerit, sursum versus reflectetur; s
si inferius sursum pertenderit, deorsum se fl
ctet: sic vox, quæ sua natura cogitur sursum fe
ri, vbi aeri sibi aduerso occurrerit, cùm per vi
nequeat eum propellere, qui & amplior & gr
uior est, reflexa in partem aduersam deorsum
se defert. itaque aer, qui ore motus procurreri
retorquetur, & ad ima collapsus sentiri inferi
magis potest Tale etiam est, quod in resonanc
fieri solet: vocis enim reflexus in partem con
trariam agitur.

46 Cur vinolentis potius, quàm sobrijs frãgi vo
soleat? An repletio facit, vt vox celeriter fran
possit? cuius rei argumentum, quòd neque ch
ri neq; ludi omnes statim à prãdio, sed ieiuni v
cem exercere consueuere. cum igitur vinolen
ti impleti sint, meritò voces eorum potius fra
gi solent.

47 Cur vocem acutiorem longius audire possi
mus? An ꝙ vocis acumen velocitas est? mou

ri au-

autem ocyus solent quæ vehementius ferun-
tur: quæ autem vehementius feruntur, hæc lon
gius fieri possunt.

Cur spiritu retento melius audire valemus? An quòd respiratio non nihil strepitus mouet? Merito ergo tunc melius sentimus, cùm strepitus minus est: minus autem strepitus tum est, cùm spiritum retinemus. 48

Quamobrem lux quæ tenuior, & velocior, & productior est, corpora penetrare densa non potest, strepitus autem potest? An quòd lux directo itinere fertur? itaque si quid recte illi procedentiæ lucis obuium sepiat, lucem penitus discludi necesse est. At strepitus quia spiritus est, ferri non recte etiam potest: itaque efficitur, vt strepitum sentire vndique liceat, non eum tantum, qui se recte nostris auribus obtulerit. 49

Quare qui rident, vocem grauiorem emittũt, qui flent acutiorem? An quod corpore intento vox acuta depromitur: infirmum autem quod acutum est? Quæ vtraque in flentibus inesse potius nouimus: sunt enim & intentiori corpore, & infirmiori. 50

Quamobrem cùm vox aer quidam formatus sit, & sæpius dissoluatur cùm fertur, echo autẽ quæ est resonantia fiat, icto eiusmodi aere in solidum quippiam: vox ipsa non dissoluatur, sed expresse eadem percipi possit? An quod aer refringitur, ideoque totum à toto perficiscitur? Tum etiam affectus hic non nisi de re simili existit: quippe cùm aer reflecti de aere soleat in cauo. 51

Quamobrem cùm simul vocem multi emittunt, vnusquisque tantum quantum singuli reddit, multorũ vox illa neq; parem voci vnius offert de se, neque longius pro ratione deducit? An quod 52

singu-

singuli proximum aerem propellunt, non eu-
dem nisi paulo tenus: quod simile euenit, vt
multi quidem proijciant lapidem, sed singu
aut magna eorum pars mittat diuersum? neq;
enim ibi longius, aut pro ratione longe lapis
lus deueniet, neq; hic longius cunctorum, q
vnius vox poterit audiri: vox etenim tanta n
vnius est, sed multorum. Recte igitur propi
qua vox multa esse pro ratione videtur, quan
quidem lapides quoque illi multi ita videri, a
que idem assequi possunt. at è longinquo pl
quam singulæ sint sentiri non potest.

53 Cur trepidantes vocem reddimus grauior
metuentes autem acutiorem? quanquam et
pudor genere metuendi continetur. An mul
inter se affectus hi distant? quos enim pudui
erubescunt: trepidatio autem pudor quidam
est qui vero metuunt, pallent. Constat igitur c
lorem in metu partem superiorem deserere,
parum aeris præ sua exilitate mouere spirit
possit velociter autem ferri potest, quod exigu
est: vocis vero velocitas non nisi acumen est, H
contra, quos puduit calor partem superioren
id est, pectus petere solet: cuius rei indicium
rubescens facies affertur. ampliorem autem a
rem amplior potentia mouet. tardius vero or
ne fertur, quod amplius est: tarditasque in v
uocis non nisi grauitas est.

54 Quæ causa est, vt lingua hæsitātes aliqui fiāt
An mēbri, quo loquimur, refrigeratio causa
habet, & tanquam stupens, & attonitum mem
brum id est? itaque vino, continenteq; oration
concalefacti, verba facilius possunt copulare.

Cur homo solus ex omnium animantium n
mero lingua hæsitans oritur? An ꝙ solus com
pos

[...]sermonis est, cętera vocem tãtum obtinẽt ? [...]
[...] autem lingua hæsitant, vocem quidem pro-
[...]unt, sed verba copulare, sermonemque con-
[...] nequeunt.

55 [C]ur sobrij tempore hyberno vocem acutius [...]mus, vinolenti autem æstiuo grauius? An [...] acutior, quæ velocior est? velocior autem, [...] corpore intento se promit. Sobriorum ve-[...]yemeque corpora magis constant, quàm [vin]olentorum, æstateque: calores enim, tepores[que] corpora resoluunt, atque elaxant.

56 [C]ur homo solus omnium animãrium lingua [hæ]sitans prouenire potest? Vtrum quòd etiam [...]rus solus existit? linguæ autem hæsitatio mu[...]s quædam est: nec membrũ, quo loquimur, [ab]solutum habetur. An quod homo solus com-[pos] est sermonis, cœtera autem vocem dũtaxat [...]tiuntur? linguæ autem hæsitatio, vt nomen [dec]larat, vnum non est, nec promptam, continẽ[tem]que parit orationem.

57 [C]ur homini vox serius perfici solet, quàm cę[ter]is, quibus data est vocis proferẽdæ facultas? [An] quòd vocis humanæ genera, & discrimina [qu]amplurima sunt? cœtera enim animantia li-[ter]as vel nullas, vel paucas exprimere possunt. [Qu]od autem summè varium, plurimisq; distin-[gu]endum differentijs est, id tempore longissi-[m]o perfici necesse est.

58 [C]ur cęteræ speciei eiusdem animantes vocẽ [e]dunt eandem: homines autem variam, & [mu]ltiplicem agunt? An hominum etiam vox [un]a est, multa autem genera loquendi.

59 Sed cur communis hæc vna hominum vãria [est], cęterorum autẽ simplex? An homines mul-[tas] proferre literas possunt, cętera vel nullam,

vel

vel duas, aut tres exprimunt insonas, quæ voc[illegible] bus iunctæ locutionem conficiunt? Oratio a[illegible] non voce, sed vocis affectionibus significan[illegible] absoluitur: at vocis affectiones, literæ sunt. Qu[illegible] etiam pueri non secus, ac bestiæ suas exprim[illegible] appetitiones, vtpote qui nondum proferre li[illegible] ras possunt.

61 Cur aspectus corpora penetrare solida nō [illegible] test, vox autem potest? An ꝙ aspiciendi dela[illegible] simplex est, quæ per directum profluere sol[illegible] ad lineam? cuius rei indicium Solis radius e[illegible] & quòd nisi è regione cernere non possum[illegible] vox autem motu multiplici ferri potest, quip[illegible] cùm vndique liceat audire. Quoties igitur as[illegible] ctui directus ille impeditur progressus, eo sc[illegible] cet, quòd res obiecta, meatuum incondita, s[illegible] indisposita turba constipatur, transpicere [illegible] quit at vox, quoniam quoquo versus profert[illegible] omnia proreptat, penetrat, translapsa audiri [illegible] dique potest. in humoribus tamen facultas t[illegible] spiciendi oculis data est: voci autē nulla, vel [illegible] nima, quanquam humor tenuior, quàm te[illegible] est: quoniam humoris meatus parui densi, co[illegible] tinua eique sunt, vt minime aspectus imped[illegible] tur, quominus tramite directo ingredi pos[illegible] Hæc eadē causa est, cur etiam per vitrum, qu[illegible] densissimum est, transpicere liceat: per feru[illegible] quæ rara, solutaque est, non liceat: in altero [illegible] meatus respōdent inter sese in altera varia[illegible] Nec quicquam iuuat amplos esse meatus, [illegible] recte ad lineam positi sint. Vox autem mini[illegible] in aqua sentiri potest, quoniam minus aqua [illegible] nit, quàm vt aerem capere, vocemque transm[illegible] tere possit; vox enim aer quidā est. Haud en[illegible] omne rarius permeari se patitur, nisi etiam m[illegible]

tu[illegible]

...i respondeant, quod permeare conetur, & ...gruant, vt vis etiam colligendi, & contrahē...sse desit, nisi meatus capaces corporū sint: ...nquam quod rarum est, molle est, & tale, vt ...eipsum coire possit. Verùm nonnulla pro ni... suorum meatum angustia colligi impediū-...vt vitrum: quippe vt flecti, contrahique nō ...at, quamuis rarius ferula est, ratione prædi-...vt etiā aqua, & quicquid aliud generis eius ...a. Vnde illud quoque palam fit, non quod ...us raro, molliq;, vel eodem, vel proximo est ...agis in seipsum colligi posse, & adduci: cau...nim omnibus eadem reddenda.

62 ...ur uox quamuis minor reddatur adimēdo, ...ciem tamen seruat eandem. An quod cum ...ipsis miscetur, quæ dempseris, res autem mi...nō partim est, partim non est, sed vsquequa-...e talis est? æque igitur quibusdam vndique ...ractis, æquè contrahitur, vt necesse sit simul ...inorem esse, & similem.

63 Quid est quod linguā faciat hæsitare? Vtrum ...or efficiat, vt procaciores sint: vtique offen-...do adhærent quasi in salebris, quomodo af-...iratos homines nouimus: incenduntur e-...n, incitantur, anhelitant qui spiritu redun-...nt: igitur præ nimio caloris feruore. Anhelāt ...tem, quoniam frequens spiritus est, nec anti...iat, quatenus se tēpore respirandi promere ...ssit. An potius cōtrà, vt loci, quo vocem mitti-...us, refrigeratio causam det, tanquam mem-...um id attonitum obstupescat itaque afficia-...t vt vel concalefacti à vino, aut perpetua ora-...one verba expeditius possint copulare.

64 Cur tēpore hyberno voces grauiores reddun-...r. An quòd aer crassior est; talis autem cùm

sit,

sit, motus tardior prouenit : itaq; vox reddi
grauior. An quod aer perfectus lentius perme
fauces autem intersei, & constringi à frigor
pituitaque destillante coguntur.

65 Cur pueri, mulieres, spadones, senesq; voc
reddant acutam? An quòd motus velocior,
acutior est? & cùm genus idem sit, motu f
lius est, quod minus, quàm quod plus est. Q
mobrem qui firma ætate sunt, plus aeris tra
re possunt : plus igitur illud tardius permea
vocem efficit grauiorem. Pueris, & spadoni
contra res euenit, quoniam minus aeris cap
Senes autem ideo tremunt, quoniam vocem
tinere non possunt, quomodo imbecillibus
pueris vsu venit, cùm lignum prælongum p
extrema ceperint. alterum enim extremum
titur, quia nequeunt superare quod tenent
vincere : quod idem & trepidantibus homi
& metuentibus, & rigentibus causam vocis
mulæ afferre credendum est. Cùm enim qui
cem ita emittit, eius calor repulsus ab affecti
illis intro se colligat maxima ex parte, relic
quod exiguum extat, vocem continere no
potest: quapropter quatitur, atque in-
tremit. Vnde artium liberalium
professores, qui se solitos tre
pidare nouerunt, princi
pio agunt voce sub
missa dum re-
sideant,
&
stabiliantur : vocem enim exi-
guam vincere contine-
reque facilius
possunt.

ARI

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio Duodecima.

...rum, quæ ad res bene olidas pertinent: cuius quæstiones XIII.

ARGVMENTVM.

...unc de odoratu, & odorabili disputat Arist. ...doratu quærit, in prob. 6. cur hyeme minus olfaci..., minimeque per gelu, & glaciem. De odorabili ...rob. 1. cur suffimēta minus è propinquo sentia... Et prob. 2. cur minus suauia, & odores. Et ...ble. 4. 9. cur flores, & suffimenta longinquo sua... olent, è propinquo herbam, vel fumum. Et pro... 5. cur omnia plenius olent, cum mouentur. Et pro... 7. 11. cur aromata cinere suffita acrius olent, ...m igne: & plenius, ac diutius seruant odorem, ... cinere sufficiuntur. Et prob. 13. cur vinum di...um olere ocyus desinit, quam verum. Et prob. 8. ... rosæ suauius olent, quibus vmbilicus asper, quam ...bus leus. Et prob. 3. cur arbores reddi odoratas a...t, in quas cœlestis arcus decubuit. De natura verò ...ris, quærit prob. 10. vtrum odor sit fumus, an aer, ...apor. Et prob. 12. cur omnia odorata vrinam uere ...int, siue sint semina, siue plantæ.

1 CVR suffimenta omnia minus è pro-
pinquo sentire possimus: Vtrum
odoris delibatio aere tēperata va-
dior redditur, vt myrrha medic-
nalis suauior est? An contra agitu-
vt ignis vi sua cremandi tollit odorem, qui p-
suffitum effluat? & quidem apud carbones i-
sos nihil redoleant longius vero purius: tenui-
simumque fertur, quod oleat.

2 Cur odores tam suffimētorum, quàm floru-
minus suaues è proximo sentiātur? Vtrum v-
cum odore terræ quoque particulæ prodeunt
præ suo pondere antè currunt, quàm ad sensu-
odor deueniat? itaque longius ille syncerum,
offert. An neque cum principium proximum e-
neque cùm admodum semotum, odor abun-
effluere potest? Nam si proximum nondum l-
ge emanat: si remotissimum discerpitur.

3 Arbores reddi odorata aiunt, in quas cœ-
stis arcus recubuit, Vtrum verum hoc sit, an f-
sum? Et si verum, quam ob causam ita euen-
ergo nec omnes arbores, nec semper aliquas
dorē ita acquirere palam est. Etenim sæpe ar-
cœlestis constitit, & tamen arbores nihil odo-
spirarunt, quod quidem sensum mouere poss-
cumque odor contrahitur, (accidit enim id a-
quando, itaque narratur) non in quaque ma-
ria contrahi potest. Causa vero per accidens
arcum referenda est, præsertim si arcus ipse n-
la natura sit, sed obtuitus refrangendi tantū a-
ctio. Prouenit autem odoris ille affectus, vt
ctum iam est, non qualitercunque se mate-
habeat: neque enim in viridi, neque in arida:
in vsta post aquam, quæ arcui superuenerit,
tam reddi suauitatem odoris pastores referu-
maxi-

...imeque vbi aſpalathus, aut etiam rhamnus
...: genus ex ijs aliquod, quorum flos ſuauiter
... Ratio autem odoris eadem eſt, quam etiam
... tra animaduertimus: hæc enim cum feruet,
...e inuritur, quod ediderit, principio bñ olet.
...nuero quæ parce humido quondam in mo-
...caluerint, odorata reddũtur: humore enim
...oqui calore nimirum poteſt. Qua de cauſa
...s quoque orbis terrarum, quæ ad Solẽ oriẽ-
...ſpectant, odoratiora exurgunt, quam quæ
...quilonem: & eorum ipſorum, quæ ad ortum
...vergunt, quàm quæ ad meridiem, eo quòd
...Syriæ, & Arabiæ pleniora ſunt, atque ter-
...ſiora: Aphricæ vero arenoſa, ſiticuloſaque.
...nim humorem nimiũ ineſſe oportet (con-
...i nanque nimius non poteſt) nec nullũ: ſic
... nullus vapor inde extringi poteſt, quod
...n ea materia ſolet accidere, quæ & nuper
...buſta ſit, & tale habeat genus, vt ſecum odo
...rat ſuauitatem: quæ quidem res floribus de
...ri poteſt: odor enim in eos tranſmittit. Sed
...putant in ijs, quibus cœleſtis arcus inſtite.
...uoniam nunquam id ſine aqua effici poteſt.
... enim materies immaduerit, caloreq; inte-
... concoxerit, reſpirare iam incipit, vaporẽq;
... ſe conceptum emittit. Nec vero aquam ni-
...n acceſſiſſe oportet, eluit enim atque extin-
...calorem ab igne iniectum, quæ nimia vene-
...Quæ autem aquæ poſt arcum ſolent incide-
...non multæ, ſed ſemper pene mediocres ad-
...unt: & ſi plures conſtiterint arcus, aqua
...large, ſed ſæpe, & parce accedit. Quamob-
...non immerito, cùm hoc ita fiat, qui rem in-
...m præter arcum nullam aſpicerent, cau-
...odoris illi attribuere.

4 Cur flores, & suffimenta suauius è longin[quo] olent, e propinquo autem herbam alia potiu[s] dolent, alia fumum? An quia calor quidam tura odoris est, odorataque omnia calida su[nt] calidum autem quodque leue est? itaque c[um] longius permaneant, odorem deferunt su[um] secretiorem, vendicatumque ab cęteris tum [a]liorum, tum fumi, qui vapor aqueus est, o[do]ribus, qui committentur eum ipsum. An c[um] in propinquo sunt, admista illa, cum ijs [...] redolent, quibus in hęrent, atque ita odo[rem] deprauant?

5 Cur omnia plenius olent, cum mouentur? [An] quod excita plus aeris implent, quàm quiesc[en]tia? itaque ocyus ad sensum nostrum odor t[ra]mittitur.

6 Cur tempore hyberno minus olfacere po[ssu]mus, minimeque per gelu, & glaciem? An q[uia] aer à frigore immobilior redditur? itaque m[...] non ęque proficisci à corpore odorato pot[est] scilicet propter difficilem delibationis mot[um] & aeris, quo inuenitur.

7 Cur acrius aromata olent cinere suffita, qu[àm] igne, & plenius, ac diutius suum seruant o[do]rem, cum cinere suffiuntur? An quòd in cin[ere] minus concoqui odor potest? itaque plenior [...] ignis autem, quod celeriter vires eorum [...]mat, & concoquit, odorem commutat. C[on]coctio enim rei concoquendę commutatio [...] siue alteratio.

8 Cur rosę suauius olēt quibus vmbilicus a[...] quàm quibus leuis? An quòd suauior olent, [...] modum consecuta sunt suę naturę: rosa au[tem] spinosa natura est? ergo suauissime ideo o[lent] quòd magis secundùm naturam constiterun[t].

Cu

Cur odores è proximo minus suaues tam suffimentorum, quàm florum spirant? An quòd portio terrena vnà cùm odore se defert, quę vt in proximo mista vim habeat, sic in longinquo prolapsa defertur, ac decidit. Hinc etiam flores contriti suum amittunt odorem. 9

Vtrum odoris natura fumus sit, an aer, an vapor? hęc enim inter se differunt, qua alterum ab igne, alterum & sine igne effici pōt. Et vtrum à sensu aliquid in res odoratas proficiscatur, an ab illis in sensum, quod aera proximū moueat? nam si ab illis aliquid delibaretur, minora certe eam rem reddi oporteret. nunc autem quę odoratissima sunt, hęc potissimum eadem videntur edurare. 10

Cur aromata cinere suffita acrius olent, quàm igne? An quod in cinerem minus concoqui odor potest? itaque plenior est. multum ergo partis eoque terrenę respiratur, fumusque redditur. At ignis terrenum properè illud rapit: itaque odor purior, ac syncerior sine vllo fumo ad sensum deuenit. Vnde etiam sit, vt flores triti hebetius oleant: partem enim terrenam, vt contactus mouere potest, sic lentus calor absumere non potest. 11

Cur omnia odorata, tam semina, quàm plātę vrinam ciere possint. An quòd calida, & tenuia sint? tale autem quodque vrinam citat: celeriter enim calor inditus ille extenuat, nec odor cum aliqua corpulentia concretus est. Nam & quę non bene olent, velut allia, vi sui caloris vrinam mouent, vel potius vim resoluendi, liquefaciendique obtinēt. Calida vero semina, quę bene olent, ideo sunt, quòd odor omnino calore efficitur: fœtida sanè inconcocta sunt. 12

Nec solum calida, verum etiam plene esse co[cta] cocta debent quæ prouocatura vrinam sint, [ut] vnà descendendo humores possint extenuare.

33 Cur vinum dilutum olere ocyus desinit, qua[m] merum? An quòd dilutum imbecillius mero e[st:] quòd autem imbecillius est, ocyus à quo-cunque mutatur, quàm quod validius. Tum etiam vinum dilutum facilius affici potest, quàm merum: quòd autem affici facilius potest, id & recipi à quouis, & recipere quoduis facilius potest: ita fit vt merum odorum, dilutum inodorum sit.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio Decimatertia.

Eorum, quæ ad res malè olidas pertinent: cuius quęstiones. XIII.

ARGVMENTVM.

De odorabili malè olido differit Arist. vt prob. 1. vrina diu retenta cur fętidior sit, non stercus. & prob. 3. cur flores contusi. & prob. 5. cur grauius olent res malè olidæ, cum calent, quam cum frigent. Et prob. 7. cur ora hominum ieiunorum grauius olent. Et prob. 10. & cur habitus incuruorum, gibborumq́; Et prob. 9. cur qui virus redolent hirci, fędius oleant odorificè vnguentati. Et prob. 11. cur vnguentorum vna pars sudori mixta malè olet, alia suauiter. Et prob. 8. cur alæ maximè malè oleant. Et prob. 6. cur ...ium vrinam redolentem reddit. Et prob. 2. cur escu...nta malè olida minimè olere videntur his, qui illa ...erunt. Et prob. 4. cur nullum animantium suauiter ...et excepta Panthera. Et prob. 12. cur plenius olent ...nia, cum mouentur.

1 CVR fętidior vrina redditur, qu diutius in corpore mãſerit: st cus aũt minus? An qđ stercu quò diutius retẽtũ ſit, eò mag ſicca ? qđ aũt ſiccius eſt, mini id putredini patet. vrina cõt effici craſſior ſolet, recensq potioni ingeſtę ſimilior eſt.

2 Cur eſculenta male olida minime his ole videntur, qui illa ederunt? An quod olfactu peruium ad palatum habemus: idcirco ſenſ hic propere impletur? itaque nec interiore odorem æque amplius percipere poteſt. Pri cipio enim omnes ſentire queunt: vbi aute tetigerunt, non inſuper poſſunt, quaſi iam r conſociata, natiuaque reddatur: & exterior milis ille oblatus deliteſcit obtentu, interioris.

Cur flores contuſi deterius olent? An quò pars terrena, quæ flori inhæret, odori permiſc ſeſe, vim habeat odorandi?

4 Cur animantium nullum ſuauiter olet, exc pta pãthera? quæ etiam ipſa non niſi beſtijs i olet: ferunt enim ſuauem illis olentiam ab h reſpirari. Stirpium autem multæ, & integræ b ne olent, & corruptæ, ac aridæ magis magisq ſuauem reddunt odorem. Vtrum quod mali doris cauſa cruditas quædam excrementi eſ quamobrem ſudores etiam aliqui, atque al quando ita olent. Sed è morbo maxime vitia tur, quibus tales eſſe non ſolent: & flatus etian ructusque crudorum fœdius olent. quam ea dem cauſam de cęteris quoque proportione nimaduertiſſe oportet: proportione inquam quòd animalium carne vacantium generi æſt mandum aliquid eſt, quòd carnis vice habe tur:

: nam excrementum crudum, vel in hoc se
ouimus. Hoc igitur, & viuis causæ fœdi ha-
s est, & mortuis, cum putrescit. Quam ob
pingue, os, pilus fœdum nunquam red-
it odorem, scilicet illam ob causam, quòd
gue concoctum est: ossa, & pili humore va-
t. At genus plantarum nullum intra se con-
nit excrementum. An etiam plantis aliquid
st: sed quia sicca, & calida sunt natura, hu-
r eorum non fæculentus est, sed conco-
expeditius potest. Constat hoc etiam pla-
terræ, quæ vt feruentiores, sic odoratiores
t, vt Syria, vt Arabia: & muneribus earun-
n regionum, quæ sicca & calida nouimus,
c quidem probari potest: nullam autem sen-
putredinem possunt, quæ huiusmodi sunt.
animalium genus tale non est. itaque ex-
menta eius cruda, fœtidaque sunt, flatus-
e itidem olent. Peremptis quoque animan-
us humor putret, plantis minime: quippe
humore plãarũ genus haudquaquã redũdet.

5 Quam ob causam res malè olidæ grauius olẽt
m calent, quàm cum frigent? An quod natura
oris vapor quidam, & delatio est, quæ calore
istunt? motus etenim quidam sunt, calor au-
m mouendi vim obtinet: frigus contra efficit,
res consistat, & contrahatur. Deorsum etiam
gerata omnia feruntur: calor autem, odores-
e omnes sursum feruntur, tũ quia siti in aere
nt, tum quia sensorium eorum supra, non in-
habetur: quippe cùm odor ad cerebrum pe-
trans mouere soleat sensionem.

6 Cur si quis allia ederit, vrinam redolentem al
m reddet? cum tamen alia pleraq; odoris ve-
mentioris ingesta, nihil in suam qualitatem
vrinam

vrinam poſſint conuertere. Vtrum, vt quibuſ[illegible] ſcholæ Heracliteæ placet, quod ſicut in vniue[illegible] ſo, ita etiam in corpore noſtro expiratur, dei[illegible] de vapor denuo concreſcit, vtque ibi humo[illegible] ſic vrina hic eſt: exhalatio autem alimenti v[illegible] reuertit, vnde prodierat, odorem eundem no[illegible] immerito recipit, quippe quæ illud reddat, i[illegible] quod ſeſe commutarit. An ſi ita eſſet, cęte[illegible] quoque idem facere deberent, quæ vehemen[illegible] tem ſpirant odorem: nunc autem nullum ho[illegible] poſſe efficere nouimus. Ad hæc vapor, qui po[illegible] ſtea concreſcit, non ad ſtatum priſtinum redit[illegible] verbi cauſa, ſi vapor vini exhalarit, non poſtmo[illegible] dum in vinum concreſcit, ſed in aquam: ita fa[illegible] ſum id etiam illi referunt. Ergo alium ſolum e[illegible] omnium numero, quæ odorem ſimul & vehe[illegible] mentem, & vrinę mouentem reddunt, inflare v[illegible] trem inferiorem poteſt: cętera enim vel ſurſu[illegible] mouere ſpiritum ſolent, vt radicula, vel vrina[illegible] citare non queunt. Alium vero tria nimiru[illegible] hęc facit, vt & vrina augeatur, & ſpiritus excite[illegible] tur, iſque deorſum, non ſurſum: quæ quidem ſ[illegible] tus veſicæ, teſticulorumque ideo ſentit, quòd [illegible] in vicino eſt, & ſpiritui oportunior habetur, [illegible] tentigo abunde declarat. Conſtat igitur, vt ex[illegible] crementum alij omnium maxime huiuſcemo[illegible] di ad veſicam poſſit vnà eum ſpiritu deueni[illegible] re, quod permiſcens ſeſe odorem plene vrin[illegible] committat.

7 Quam ob cauſam ora hominum, qui nih[illegible] ederint, ſed ieiunarint, grauis olent, (quod ie[illegible] iunam graueolentiam appellant) eorum auten[illegible] qui aliquid ederint, non olent, cùm tamen eo[illegible] rum magis olere debeant? An quod ventre ina[illegible] ni, minuſque agitatio aer factus calidior, ſpiri[illegible]

tum,

m, excrementaque pituitosa sub immobilita-
te putrefacere potest. calidiorem autem effici ar
gumentum est, quod vel sitim parere ieiunium
solet? At vbi ederimus, odor ciborum grauem il
lum olentiam offuscat, vt maior minorem: ca-
lor enim ciborum calorem præcedentem illum
superat, ita vt nihil affici possit.

8 Cur alę omnium maxime partium nostri cor-
poris malè olent? Vtrum quòd omnium mi-
nime respirare possunt? malus autem odor lo-
cis huiusmodi contrahi maxime solet, quo-
niam putredo quiete interioris qualitatis con-
stat? An ideo quod immobiles, inexcitatęque
tenentur?

9 Cur homines, qui virus redolēt hirci, fœdius
olant, cùm se odorifice vnguentarint? An hoc
vt multis accidere solet, velut cū acido dulce cō
mixtum est, dulcius totum exultat? Tum etiam
homines, postquam sudarunt, grauius olent: vn
guentum autem concalefaciendi vim habet, ita
vt sudorem potest prouocare.

10 Cur hominum incuruorum, gibborumq; ha-
litus grauior, ac fœtidior est? An quòd locus pul-
moni accōmodatus, conclusus, deflexusq; à sua
proceritate est? itaque spiritum trāsmittere ex-
pedite nequit, sed euenit, vt vapor, ac spiritus
amplius interclusus putrescat.

11 Cur vnguentorum magna pars sudori permi-
xta male olet, aliqua verò suauior reddit, aut ni-
hilo deterior? An quę motu, tractuque commu-
tari solent, hęc deteriora redduntur? quæ autem
eadem persistere possunt, hęc suauius redolent?
Hæ sunt quę resistere queunt, quomodo etiam
florū, quibus odores conficimus, alij contusi, vel
concalefacti, vel excitati exolescunt, vt violę

albę:

albę: alij sibi similes, vt rosæ. Et vnguentorum gitur, quæ ex floribus huiusmodi sunt; commutari vtique possunt: quæ non sunt, nequeunt: vnde rosaceum cõmutari minime nouimus. Et quidem quò sudores fœdius olent, eò grauius vnguentum quoque redolere vidētur: quoniam rei sibi contrarię se permiscet: vt mel cum sale non magis, sed minus dulce sentimus.

12 Cur omnia plenius olent, cùm mouentur? An quòd aera implent? itaque odor citius ad sensum reducitur.

✠

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio Decimaquarta.

Eorum, quæ ad regionum habitus pertinent: cuius quæstiones XVI.

ARGVMENTVM.

De his disputat Arist. quæ ad regionum habitus pertinent: aliæ enim calidæ sunt, aliæ frigidæ, aliæ vel calidæ, vel frigidæ. cur igitur ut prob. 1. qui regionem colunt æstuosam, vel gelidam, ij moribus sunt & aspectibus efferis. De frigida regione scribit, in prob. 2. cur potius in frigido loco frumentum integrũ seruari potest. Et prob. 3. cur in frigidissimis terris ardores febrium fiant. De calida verò prob. 4. cur lesis pedibus sint Aethiopes, & Aegyptij. & proble. 5. cur tempore austrino initus fœminam potius generat. Et proble. 6. cur locis palustribus vlcera celeriter curentur capitis, non cruram. Et problema. 7. cur in locis apertis tardius senescunt. Et problemat. 8. 19. cur qui loca calida incolunt, sunt timidi, qui frigida fortes. Et problema. 9. 10. cur diutius viuunt, qui loca calida habitant.

Et

oportet. An quoniam euidentius in assequen
quod spectatur, est, cum ad vnam vel lyram, v
tibiam cantantur? ad plures vero suauitas seru
ri non potest, cùm cantilena offuscetur, totaq
penè deleatur.

10 Cur si vox hominis suauior est, non eius, q
sine sermone cantat, suauior prouenit, verbi g
tia teretantis, sed tibia, lyraue suauius sonat?
illa quidem, quæ vocabulis articulata emittit
æque suauis est, nisi per simulationem formet
Cęterum opere ipso efficitur, vt gratior sit: v
enim hominis suauior constat: oris autem inst
menta pulsandi vim obtinent pleniorem: qua
obrem suauius cantantur, quàm teretatur.

11 Cur vox, aut sonus desinens acutior sit?
quia minus, vt quæ facta imbecillior sit?

12 Quamobrem quæ grauior è fidibus est, h
semper actus modulandi committitur? nam
proxima quoque à media, pulsanda sit, me
tantum

ntum nihilominus reddi medium poteſt: at ſi
edia ſubiungenda eſt, per proximam à media
em reddi non poteſt. An quia magnum, quod
nue eſt, itaq; validum eſſe neceſſe eſt? & ineſt
ofecto in magno quod paruum eſt: & quidem
æ nete in hypate efficiuntur, ſi intercipiatur.

13 Cur in conſonantia diapaſon graue quidem,
uti antiphonum accipi poteſt. grauis verò acu
m non poteſt? An maxime quòd in vtroque
odulus vtriuſque contentus eſt? ſed ſi minus,
rte in graui acutum eſt, maius enim hoc eſt.

14 Cur antiphonum diapaſon conſonantiæ ita
itat, vt vniſonum eſſe videatur velut in puni-
, aut atropo? quæ nãque poſita in acutis ſunt,
on vniſona, ſed ex proportione ſibi diapaſon
ncinnentia reſpondent? An modus propor-
onis facit, vt ſonus quaſi idẽ eſſe appareat; pro-
rtio enim in ſonis æqualita, eſt: æquale autem
nne ad vnitatem referendum eſt. Hoc idem
fiſtulis etiam euenit, vt falli aures poſſint.

15 Cur genus cantilenæ, quod lex appellatum
t, non per antiſtrophos olim agebatur, cum ta
en cęteris chorearum canticis antiſtrophi v-
s non deeſſet? An quod olim leges à magi-
is certandique peritis agebantur, qui cum
m egregie ſimulare valenterque pertẽdere poſ
nt, cantum & prolixum, & varium conficie-
nt? itaque vt verba, ita etiam moduli, nume-
que varie ſubinde ſimulationem inſequeban-
r. imitari nanque modulamine potius, quàm
cabulis neceſſe eſt. Quamobrem dithyrambi
iam, poſteaquam ſimulari cœperunt, antiſtro-
is amplius non vtuntur, quanquam pluri-
um ante vterentur. Cuius rei cauſa eſt, quod
im homines liberi, atque ingenui ad cho-

ream adire solebant: itaque multos esse, qui fu
gi cantu certatorio possent, erat difficile. quap
pter illis in more fuerat, vt modulos enharm
nios cantarent. Vnus enim crebro cantilena
mutare, variamque contexere facilius potes
quam multi: & qui certat, facilius quàm qui n
res conseruat: quocirca simplicius illi modul
debuerant. Antistrophus autem simplex est, qu
pe qui numerus sit, vnitateq; mensuretur. H
eadem causa est, cur in scena nullus in chor
plurimus antistrophi vsus sit. Histrio nanque
mul & certator, & simulator est: chorus aute
minus imitatur.

16 Qua de causa dissonantium copulatio, qu
antiphonum nominamus, suauior, quàm con
num est? An quod expressius ita consonantia p
cipi potest, quam cum voce consona addita c
tatur? alteram enim vocem idem sonare nece
est, itaque duas ad vnam resonare, quæ tertia
offulcare facile possint.

17 Cur sola diapason cõsonantia cantetur? ha
enim magadare, nec vllam aliam consueueru
An quod hæc sola ex fidibus inter sese obso
constat? atqui in obsonis etiam si alteram can
identidem efficis, voces enim ambarum v
quodammodo illa continet. Ergo in hoc con
nandi genere cùm vel vna canitur, consonan
tota perfici potest: & cùm ambæ aut cùm al
ra canitur, altera tibia sonatur, vna quasi de d
bus exultat, atque ita efficitur, vt sola hæc c
tilenam patiatur, eo scilicet, quod absona
cem obtinent nerui eiusdem.

18 Sed cur solis absonis datum hoc est? An qu
sole pari interuallo distant à media? itaque m
dietas similitudinem quandam sonorum effi

sensus aurium ambas, & eandem, & extremas
se diudicare videatur.

19 Cur in diapente, & diatessaron consonantijs
nquam antiphonis cantatur? An quod non ea
em consonandi ratio in ijs est, quę in diapa-
n concinnentia: quippe cum in illa grauis eun
em ad proportionem modum obtineat, quem
uta acuminis? itaque fit, vt & eadem quasi &
uersa vox oriatur: at vero in diapente atque
atessaron concinnentijs non ita est: quamob-
m sonus vocis oppositæ perpendi non potest,
uoniam idem non est.

20 Cur si quis cęteris omnibus neruis concinna-
s medio vero inconcinno pulset, instrumen-
m. non solum cum ad medijs sonum deuene-
t, sed etiam cęteris modulandi partibus, anget
ures, modumque incompositum dissipatum-
ue eliciet, sed si lichano, aut quem sonum a-
um mouerit, tum discrimen duntaxat appare-
it, cum eum pulsarit, quem mouerit? An ratio-
e hoc euenit optima, quandoquidem omnia
gregia modulandi genera medio neruo sæpe
tuntur, omnesque probi fidicines crebro ad me
ium veniunt; & si discesserint, mox redeunt eo
em, nec vllum alium toties repetunt? Ergo quē
dmodum ademptis ex oratione quibusdam cō-
iunctionibus, vt τε & τοι, oratio minus Græca
elinquitur: alijs vero quibusdam detractis, ni-
ilo insuauior accidit, eo quod alijs sæpe in di-
endo vti necesse est, alijs minime: sic etiam me
ius veluti coniunctio est sonorum, maxime-
ue elegantiorum, quoniam eius sonus assumi
æpissime soleat.

21 Qua de causa qui grauius cantant, si absonāt,
eprehendi facilius possunt. quā qui cātant acu-

tius;nec vero secus in numeris accidit? euide-
tiores enim qui peccant grauiori. Vtrum qu
plus tēporis graue obtinet? plus autem plen
à sensu aurium percipi potest. An quòd in t
pore ampliori agitur?hinc etiam plus sensus
hibetur velox autem, & acutum facile suam
velocitatem lacescit.

22 Quam ob causam multi cum cantant, mel
numeros seruant,quàm pauci? An quòd m
melius vnum, suumque ducem aspiciunt, t
diusque incipiunt? itaque facilius assequi id
possunt,quippe cùm in accelerando eueniat
plus erroris committatur.

23 Cur nete duplo acutior est hypate? An pri
quòd cùm neruus parte sui dimidia pulsatur
totus diapason concinnentia exultat: quod
in fistulis æque perspicere licet: vox enim, q
per medium foramē emergit, diapason resoi
cum ea,quæ per totam fistulam promitur. Q
etiam in cęteris duplo interuallo capi diapa
consonantiam nouimus: nam & qui tibias p
forant, ita disponere solent: & qui fistulas a
concinant,extrema tantum cera marginant
raminis principalis, neten vero ad dimidiū i
plent.Et in triquetris nerui, quorum alter lo
tudine dupla,alter subdupla est, æque intēti
pason consonantiam reddunt. Genus autem
cinendi, quod diapente nominatur, sesquial
ra constat: quod vero diatessaron vocamus,
teruallo sesquitertio continetur.

24 Cur si quis neten pulsatam apprehender
hypate sola resonare videbitur? An quod tin
tus,qui ex hac proficisci solet,sono illius ma
me conciliatur, & congruit, vtpote qui con
nus sit?ergo quia suo consimili concrescit, sol
appa

paret: cęteri vero incerti ſuam ob exiguita-
n occultantur.

25 Cur neruum medium in concentibus appel-
nus, cum inter octo nullum medium ſit? An
òd olim concentus ſeptem neruis conſtabāt,
tem autem medium obtinent?

26 Cur in acutum magna ex parte vox aberrare
ſueuit? Vtrum quod facilius acutum quàm
ue cantatur? An quod acutum graui deterius
peccare autem non aliud eſt, quàm rem age
deteriorem.

27 Cur inter omnia, quæ ſenſum patiuntur, ſo-
n id mores obtinet, quod obuiam auribus eſ-
pōt? Nā etſi quid ſinè ſermone modulamur,
res tamen præ ſe ipſa modulatio fert, quos
n color, non odor, non ſapor gerere poteſt.
quòd motum ſolum hoc obtinet, non dico
em ſtrepitus reddit, (talis enim vel cęteris
eſt: quippe cum etiam color noſtrum moue-
ſpectum poſſit) ſed eum intelligi volo, quem
nus in ſtrepitus ſubſequentem ſentimus: hic
im ſimilitudinem gerit, tum in numeris, tum
ſonorum ordine acutorum & grauium, nō in
ſtione, quod eſſe in cęteris ſenſibilibus non
teſt, Atqui motum eiuſmodi ſibi actio ven-
at, quæ morum index proculdubio eſt.

28 Cur leges, pleræque cantilenæ appellentur?
quod homines prius quam literas ſcirent, le-
s cantabant, ne eas obliuioni mādarent? quod
am noſtra ætate Agathyrſis in morem eſt. Er
primas quoque poſteriorum cantilenarum
dem appellauerunt nomine, quo omnes ſupe
res vocabantur.

29 Cur numeri muſici, & modi qui voces ſunt,
oribus ſimiles ſeſe exhibent: ſapores vero, aut

colores, aut odores nullam eiusmodi similitu-
nem gerunt? An quod numeri musici, & modi
motibus continentur, quo modo etiam acti-
nes? At omnis efficientia moralis res est, mor-
que condere potest: sapores vero, aut colo
hoc idem æque conficere non queunt.

30 Cur neque subdorium, neque subphrygiu
genus in Tragœdijs choricum habeatur? An q
niam antistropho carent, vtpote quæ scen
sint, imitationique accommodata?

31 Cur Phrynicus, cęterique eius ætatis mu-
ci, modulandi potius scientiam exercebant;
quòd tum in Tragœdijs carminis vsus modu-
minum longe amplior erat.

32 Cur diapason consonantiam dicimus non
tione numeri diaocto, vt diatesseron, vt diape
te? An ꝙ priscis non pluribus vti neruis, qu
septē fuit in morē? deinde Terpandes tertia
pta, neten adiunxit, ac eius temporibus dia
son hæc appellata est consonantia, non diaoc
quippe quæ septem, non octo constaret.

33 Quamobrem aptius de acuto in graue ca
tur, quàm de graui in acutum? Vtrum ꝙ ita
vt à suo inchoetur principio? neruus enim,
medius & dux est, acutissimus, primi tetrach
di habetur: illo autem modo non à principi
sed à fine exordiretur. An quòd graue gene
sius, sonantiusque ab acuto oriri potest.

34 Cur bis diapente, aut bis diatessaron con
nantia componi non potest, bis autem diapa
potest? An quòd non bis diapente, neque
diatessaron instrui potest, sed diatessaron,
diapente proportiones apte in vnam diapa
continentiam copulantur?

35 Cur diapason consonantia omnium pulch-
rima

ma eſt ? An quod integris terminis huius proportiones continentur : cęterarum autem non integris ? Cum enim nete dupla ad hypaten ſit, quocunque in genere nete duo tenuerit, hypate unum habebit: & vbi hypate duo, nete quatuor ſonabit, ac ita deinceps: At vero eadem nete, mediæ ſeſquialtera eſt, proportio nanque ſeſquialtera, qua conſonantia diapente concluditur, non integris numeris poſita eſt : maior enim minorem intra ſe continet totum, & partem eius dimidiam : quamobrem non integri cum integris comparātur, ſed partes ſuperſunt. Conſonantia quoque diateſſaron proportione ſeſquitertia continetur, quæ terminis conſtat, quorum maior minorem intra ſe totum continet, & inſuper tertiam eius partem. An quòd ex ambabus conſiſtit perfectiſſima eſt ? & quoniam modulandi menſuram hæc tenet, merito omnium elegantiſſima conſtat.

36 Cur ſi neruus medius ex ſuo intentionis modo dimotus ſit, cęteri quoque omnes ſonos incōpoſitos reddent: ſed ſi integre illo manēte, aliquis ex cęteris ſit dimotus, ſolus hic aberrabit, qui modo ſuo carueri ? An quòd ratio concinendi neruis omnibus apta intentione oontinetur, quæ non niſi per habitudinem quandam ad medium accōmodanda omnibus eſt, ordoque ratione illius diſponi ſingulis debet?ergo ſublata continendi concinendique cauſa, concetus æque cuſtodiri præterea non poteſt. cùm tamen neruo medio ſibi conſtante vnus ex cęteris aliquis diſcreparit, merito illius pars duntaxat deeſt: cęteri nanque omnes modum ſuæ concinentiæ ſeruant integrum.

37 Quare cùm vocis acumen effici momento poſ-
ſit exi-

sit exiguo, grauitas autem non nisi magno pro-
ueniat? vt enim graue ob multitudinem graue
est, ita acutum ob velocitatem acutum existi
Cur, inquam, si ita est, maius negocium cantic
cecinisse acutum, quàm graue sit: & quidē pau-
ci reperiuntur, qui superna cantare valeant; Le-
ges quoque acutæ, & arduæ difficile: idcirco ca
tantur, quia intentæ vehementius sunt: quam
quam minus negocij sit mouisse quod exigu
quàm quòd multum est: itaque vel in aere ho
idem accidere oporteret. An vocem è natur
mittere acutam, non idem est, quod acutum ca
tare: sed mittunt quidem acutam vocē omnia
quæ natura sunt imbecilla, eo scilicet quòd ae
ris parum, non multum ciere possunt? parū aut
aeris velociter fertur. Vnde hectici, id est qui c
sumpto corporis habitu emarcuerint, acutam
proferunt vocem. at vero acutum, nisi viribus v
leant, cantare non possunt. Cuius certè indiciū
quòd velociter ferri solet, quod vehementer fe
tur: ita bonarum virium iudex acutum est, cum
superna cantare admodum difficile sit: graui
autem locum tenent inferiorem.

38 Cur numeris, modulis, canticis, deniq; omni-
bus concinendi generibus oblectari omnes con
sueuere? An quòd motibus naturalibus oblecta-
ri datum à natura omnibus est? Indicium, quòd
pueri adeo nuper æditi his ipsis moueri, oblecta-
rique possunt: modis tamen adiectitijs cantico-
rum, vt delectemur, efficere assuescendi ratio po
test. Sed n. numeri propterea mulcent, quia ratū
ordinatumq; computandi numerum habent,
mouentq; nos pro sua æquabili serie ordinatè.
Motus enim familiarior naturæ est ordinatus,
quàm inordinatus: itaque secundum naturam
hic

: magis esse probatur: Argumentũ, quòd cùm
dinate & laboramus, & bibimus, & comedi-
us, naturam, viresque nostras & seruamus, &
gemus. Contra, inordinate cùm agimus de-
uamus naturam, atque de suo statu dimoue-
us: morbos enim naturalis ordinis corporum
e motiones nullum dubium est. Consonantia
o demulcere ideo potest, quòd mistio, siue
mperatio contrariorum est iunctorum apte
ter sese, portionemque inuicem custodien-
m. Portio igitur ordo est, quem modo natu-
suauem esse proposuimus. Et temperatum
oq; omne suauius, quàm intemperatum est:
æsertim si cùm sensibile sit, pariter vim ha-
at vtriusque extremi, quemadmodum conso
ntia ex portionibus temperatur. Et propor-
ipsa amborum extremorum potẽtiam ęque
consonantia tenet.

39 Cur suauius antiphonum æquisono est? An ꝙ
sonum quoq; cõsonum diapason est: quippe
m ex adolescentibus, virisq; consistat, qui ita
stant inter se tonis, vt nete, & hypate? At om-
is consonantia sono simplici suauior est, cur
tem ita, dictum iam est. atque omnium sua-
ssime diapason personat: æquisonum autem
lud simplici contineri sono conspectum est.

40 Cur sola in diapason consonantia magadari
litum est? An quia vt pedes carminum portio
em, aut partis ad par, vt duplici ad subduplũ,
t aliquam aliã inter se obtinent? ita soni, qui-
s consonantia continetur, motus portionem
ter se aliquam seruant, & rationem clausulæ.
ęterarum igitur consonantiarum alterius ter-
ini imperfecti sunt, cum finiant ad partem:
uamobrem fieri non potest, vt pari sint faculta
te.

te.Cumque difpares fint,difcrimen auribus a
cidit,quomodo in choreis,cùm ad finem deu
tum eft, differentia ex ampliore voce aliquo
exultat.Adde quòd hypate accidit,vt exitum
ni circuitalis habet cùm neta : vltimus enin
nete ictus aeris factus hypate eft : quòd cùm
niant in idem,quamuis non idem fecerint,e
nit vt opus abfolui vnũ cõmuneq; poffit, nõ
cus ac illis accidit,qui fub poftremam cantile
pulfent. Nam etfi cœtera operis non adhibita
bia peregerunt, tamen quod in idem defierin
eo ipfo fine magis delectant quàm difcrimine
angunt,quo ante finem difcreparint .Cùm i
tur in diapafon confonantia ex diuerfis qu
commune exultet, fuauiffimum fit, magada
autem ex contrarijs vocibus confiftat,hinc m
gadare confonantia diapafon confueuerunt.

40 Cur fuauius cantum audimus,quem fcimu
quàm quem ignoramus ? Vtrùm quoniam cù
cãtilenam agnofcimus, melius patet, qui velu
calcem,quod fpectat.affequitur?hoc autem c
templationem facit fuauiorem . An incidit,
auditor vnà cùm eo afficiatur, qui notam illa
exprimit cantilenam, quippe qui aliquid fuc
nat,fociumque fefe præbeat cantanti?Solet a
tem quifque hilari, fecuroque animo cantare
nifi aliqua coactus neceffitate id faciat.

41 Cur non bis diapente, aut bis diateffaron r
di confonantia poteft , vt bis diapafon coapt
folet ? An ꝙ diapente confonantia pofita
proportione fefquialtera eft, diateffarõ vero
fefquitertia?Quod fi tres fefquialteri,aut fefq
tertij numeri ordine difponantur,extremi nu
lam inuicem portionem habebunt neque eni
fuperparticulares,neque multiplices effe pot
runt.

nt. Ad diapaſon continentia, quoniam dupla-
roportione conſiſtit, hac geminata quadru-
m inuicem proportionem extremi tenebũt.
que cùm conſonantia ſonorum inuicem pro'
rtionem obtinentium ſit, proportionemque
icem ſoni habeant, quibus diapaſon inter-
llum continetur: penitus vero careant, qui
teſſaron, aut diapente habitudine copulan-
: idcirco ſoni bis diapaſon eſſe conſoni poſ-
nt, cœteri non poſſunt, ob eam, quam reddi-
mus cauſam.

Cur ſi quis neten cũ pulſauerit, apprehẽdat, 42
a hypate ſubſonare videatur? An quòd nete
m deſinit, elangueſcitque, in hypatem trãſit?
dicium, quod poſt hypatem, primus neten ca
re aptiſſime licet: etenim quaſi neten præ ſe
ſa ferat, ſimilitudo ex ea petitur. Cùm autem
ho quoque ipſa cantus quidam eſſe probe-
r. (eſt enim vocis nete iam deſinentis tra-
io) tinnitusq; ipſe ſono reſpondeat hypate,
erito ob ſuam affinitatem nete mouere hypa
n poſſe videtur. Nete enim vbi ſe moueat ap-
ehenſa, certo nouimus. at hypaten cùm videa
us inapprehenſam, & tamen eius ſonum per-
piamus, ipſam ſonare credimus: quod in mul-
accidere ſolet, in quibus ſcilicet neq; ſenſu,
que cogitatione perpendere veritatem poſſu
us. Ad hæc ſi nete ictu intente accidat, vt
gum moueatur, nihil ſanè mirum fuerit: e-
s autem motu neruos omnes commoueri,
mnumque reddere aliquem probabile eſt.
onus igitur nete alienus ab cœteris eſt, &
m deſinit, & cùm incipit: cùm hypate ve-
cùm deſinit, idem exiſtit. Quod ſi eius
ropriæ motioni adiunctus, ipſe totus eſſe il-
lius

lius vdeatur, absurdum haud quicquam habe
debet. Amplior autem, quàm sonus reliquo
neruorum promiscuis hic exultat: quoniam il
quidem à nete quasi impulsi, submisse vel le
te, & leuiter ac molliter sonant: nete autem i
sa fidum omnium vehementissima sua tota p
tentia sonum reddit. itaque secũdaria eiusde
actio merito superior esse quàm cœterarum p
test, præsertim cum leuissimo motu ipsa m
ueatur.

44 Cur suauius cantilenam audimus cùm ad t
biam, quàm cùm ad lyram cantatur? An omn
suaue, quod mistum cum suauiori est, suaui
redditur? atqui, tibia, quàm lyra suauior est: e
go cantilena quoque mista cum tibia, quàm l
ra suauior fit: quoniam quod mistum est, nõ n
sto est suauius, modo quis sensum amborum
percipiat. Vinum enim aceto mulso suauius e
quoniam quæ natura permiscet, longe ampli
temperantur, quàm quæ à nobis miscentur. v
num quippe ex acido, ac dulci sapore mistum
est. Probari hoc idem potest vel malis punici
quæ vinolenta appellamus. Ergo cantilena,
tibia misceri sibimet admodum suam ob simil
tudinem possunt: spiritu nanque vtraque con
citur. Sonus autem lyræ, quoniam non spirit
fit, aut minus sensibili, quàm tibiarum; min
voci immiscere se potest quòd cùm ad sensu
discrimen pariant, non immerito minus dem
cent, quomodo dictum de saporibus est. Adde
quòd tibia sonitu cognationeque sua error
multos cantilenæ occultat. Sonus lyræ cùm t
nuis, vocique commisceri minus idoneus sit, i
se per sese patens, suumq; genus syncerum c
stodiens, omnes cantilenæ errores posita qua

regula

gula patefacit. Cũ verò multa perperã in can
do agantur, quod promiſcuum ex erratis,
teque actis prouenit, deterius eſſe neceſ-
eſt.

Cur neruum medium interſeptum vocamus, 45
m inter octo nullum medium ſit? An quòd
m concentus neruis ſeptem conſtabat, quo-
m medium eſt? Eorum item, quæ inter extre
a continētur, ſolum mediũ principium, quod-
m eſt; quod enim in medio ſitum eſt eorum,
æ in aliquo interuallo ad vtrunque vergunt,
remum hoc principium & medium eſt. Cũ
em extrema concentus neate, & hypate ſint,
que interiaceant reliqui ſoni, quorũ medius
minatus, ſolus principium alterius tetrachor
eſt, iure medij nomen habuerat. principium
im idem eſſe duntaxat paruit, quod me-
um eſt eorum, quæ inter aliqua clauduntur
trema.

Cur melius multi cùm cantant, ſeruare nume 46
s poſſint, quàm pauci? An quòd multi magis
um ducemque reſpiciunt, tardiuſque inci-
nt? itaque facilius aſſequi idem poſſunt:
s enim erroris ſolet committi in celeritate.
cidit autem, vt ſuo duci multi, quàm pauci
t attentiores. Segregans vero ſeſe nemo eorũ
uperata multitudine clarere potuerit, quan-
am inter paucos facilius proculdubio pote-
: quamobrem inter ſeſe ipſi per ſe potius,
àm cum principe cantant.

Cur vox in partem acutam cantus magna ex 47
rte degenerat? An quòd acutum facilius, quã
aue cantatur? acutum igitur crebrius cer-
nt: dumque id faciunt, errorem crebrius cõ-
ittunt.

Cur

48 Cur ueteres cum neruis septem cōcentus c
sponerent, hypaten, non neten relinquerun
An non hypaten, sed eam, quæ paramese nost
tempestate uocatur, toniq; interuallum reliq
runt? vltima vero densi in acutum pro med
vsi sunt, quamobrem mediam quoque eam a
pellarūt. An quod superioris tretrachordi fin
principium erat inferioris, & medium tono p
portionem extremorum tenebat.

49 Cur Tragędiarum choris neque subdorio,
que subphrygio cantādi genere vti mos est?
quod modulum præstare concentus hi neque
quo certe choris magnopere opus est? Mores
ro subphrygium obtinet vsui rerum deputato
quamobrem in Geryone excursus, & arma
ipso concentu aguntur. Subdorium vero mag
ficum constans, graueque est: quocirca omn
maxime concentuum citharæ accommoda
dū. Sed hæc ambo, vt choris minime congrui
sic scenis esse familiariora probantur: eteni
scena heroum facta, dictaque simulat. Veteru
autem solos duces fuisse heroas constat: pop
homines sunt, quibus chori consistunt. Quap
pter choro competunt mores modulique tra
quilli, & flebiles; hæc enim humana potius sū
quæ minus cęteri concētus præstare queunt.
nimeq; ipse subphrygius, hic enim animos ly
phatis similes reddit, cogitque debacchari.
vero mixolydius nimirum illa præstare pote
itaque eo ipso affici possumus. Sunt autem p
tibiliores, qui inualidiores: quamobrem id g
nus choro tribuimus, subdorio vero, atque
subphrygio agimus, quod choro non conu
nit. Est enim chorus cliens quidam, curato
que ociosus: quippe qui beneuolentiam du

taxat

[...]at his exhibeat quibus adest.

[...]ur sono grauiori mollior modulatio conti- 50
[...]tur? An quòd modulus sua quidem natura
[...]llis est,& quietus? sed admisti numeri ratio-
[...]asperior redditur & mouentior? Cum igitur
[...]uis sonus mollis quietusque sit, acutus cõtrà
[...]uens & irritans, prorsus eorum quoque, qui
[...]dẽ modulum habent, mollior esse debet, qui
[...]uior eodem modulo continetur. Modulum
[...]que mollem esse eorum dictum iam est.

[...]ur parium, similiumq; doliorum, si alterum 51
[...]ne, alterum dimidiatum sit, echo diapason
[...]sonantia resultabit? An quòd echo dupla di-
[...]iati ad inanis existit? Quid enim in istis po-
[...]ius, quàm in fistulis res euariet? motum
nanque eundem acutiorem putamus,
quem velociorem. Amplioribus
vero aer tardius occurrit, vt
duplis duplo, & cęteris
ad proportionem.
Viris quo-
que
duplus diapason ad subdu-
plum conso-
nat.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio Vigesima.

Eorum, quæ ad stirpium genus, & oleracea pertinent: cuius quæstiones XXXVI.

ARGVMENTVM.

De plantis quo ad se, & quantũ ad hominis vsum attinent hæc, sequens, ac tertia sectio continet. De plantis quo ad se in prob. quærit Arist. cur apium rec... aquam salsam, & porrum recusat. Et prob. 3. cur ... quæ fructu vacent, cum florem habeant, vt cucum... cucurbita, & malus punica. & prob. 7. cur stirpi... aliæ ad semen vsque viuere possint, aliæ non. Et pr... 12. cur capparis prouenire non facilè potest locis c... tis. & prob. 15. cur mane & noctu, non meridie ir... gare consueuimus. & prob. 17. cur ocius olus exc... lescat, quod est semine vetustiori. & prob. 19. cur p... legium, lilium, & cæpe suspensa florent solstitij te... pore. & prob. 24. cur myrta enucleatiora sunt, quæ... nora. & prob. 26. cur aliqua germinare non terra... tenta, sed abscissa, aut euulsa, vel recondita possit... caules liliorum, alia, & cæpe. & prob. 28. cur al... & cepæ solæ ex plantis reconditæ germinare possi... & prob. 31. cur fructus myrtorum non conditar... magis defluant, quàm folia. Et prob. 36. cur myrti...

gr...

sunt fronde frequentiore, quàm albæ. Quantum ...ominum vsum attinent, quærit prob.2. cur in pro... ...bio sit. mentam belli tempore nec edito, neq; seri... & prob.4. cur eorum quæ terra gignit alia cocta, ... cruda sunt cibo idonea. & prob. 5. cur alia elixa, ... assa melius edi possint. & prob. 6. cur alia esculẽ... alia inesculenta experiantur. & prob. 8. cur apium ...ice circunfossum si panicum ingeras infernè terrã ...umules, & irriges, radices maximè adolescent. & ...b. 9. cur si quis cucumeres, aut cucurbitas protinus ...ulas condiderit in terrã, multò maiores fient. & ...b. 10. cur plantarum acrium semina sunt acriora, ...m radices & folia. & prob. 11. cur tenues radices ...criores sunt. & prob. 13. cur si quis radicularum ...a hyeme absciderit, & terrã pedibus complanarit, ...ate mirè increscent. & prob. 14. cur si quis cucurbi... aut cucumeres apud puteũ sitos in ipsum dimise... viride per annũ seruabit. & prob. 16. cur omne ...us odoratum & seminum. & stirpiũ mouere vri... ...n potest. & prob. 18. cur ruta in ficum insita pul... ...rrima, & plurima proueniat. & prob. 20. cur in ...ttica fructus dulcissimi fiunt, thymum acerrimum. ... prob. 22. cur cępe unum tam acriter mordere oculos ...est, non origanus. & prob. 23. cur myrta collisa in ...nu dulciora sentimus, quàm integra. & prob. 25. ... fructus alij partem radici proximam habent ama... ...rẽ, vt cucumeres, alij postremam superiorẽ, vt glan... ... & prob. 27. cur allia, & cępe quo sicciora feran... ...r eò meliora, cętera deteriora. & prob. 29. cur quæ ...ua frigida irrigamus dulciora. quã quæ tepida. & ...ob. 32. cur pepones optimi humidis locis fieri so... ...ent. & prob. 33. cur ruta, & aliqua pigmenta odora ...ciant sudorum fęditatem. & prob. 35. cur origanus ...usto iniecta, vinum dulce efficiat. & prob. 34. cur ...tam fascinationis remedium esse aiun...

CVR aquam salsam apium recipi[t], porrum recusat? An quod alter[i]us radix imbecilla, alterius valida e[st], impatibilius autem, quod validi[u]s[?]

2 Cur in prouerbio est, Menta[m] belli tempore neque edito, neq[ue] serito? An quia menta refrigerare corpora p[o]test, vt corruptione constat seminis genitalis? [id] autem ipsum aduersum omnino est ad fortitudinem, atque animositatem, quamuis gene[re] sit idem.

3 Cur aliqua fructu vacent, cùm florem h[a]beant, vt cucumer, cucurbita, malus punica? A[n] his fructus non deest, sed ipsa pro fructibus h[a]bentur, quibus flos incidet? fructus enim id e[st] quod florem gerit, cucumeri autem florem i[n]hærere perspicuum est.

4 Cur eorum, quę terra gignit, alia cocta, al[ia] cruda sunt cibo idonea? An quibus succus esc[u]lentus non protinus est, ijs decoctis dulcior re[d]ditur à calore: quibus autem sapor vel protinu[s] gratus consistit? hæc etiam cruda esitantur.

5 Cur alia elixa, alia assa melius edi possint? A[n] quod humidiora non eatenus humectari, siccio[]ra non amplius exiccari oportet: elixa autem humidiora, mollioraque omnia redduntur: qu[æ] vero nimis humida sunt, hæc igne confecta sic[]ciora prorsus euadunt.

6 Cur alia esculenta, alia inesculenta experia[]mur? An causæ succus est? quod enim & igni[s] expers succum continet immitem, & igne con[]fectum nihilo minus redditur, hoc cibo ine[]ptum penitus est: quod autem succo esculent[o] quidem, sed vehementisculo constat, hoc pr[o] condimento recipimus. quod enim exiguo cor-

...re vim magnam obtinet, id naturam condire ...est ampliorum esculentorum.

7 Quam ob causam stirpium aliæ ad semen vsque viuere tantummodo possint, deinde cùm semen tulerunt, exarescant, vt genus herbæ, & ...e olera nominauimus: aliæ non, sed sæpius ...ctificare solitæ sint. Ipsarum etiam viuetium ...semen vsque ferendum cum magna pars an... fit, genus apij, quod ab equo hipposelinum ...ellatum est, quasi equapium dixeris, anno ...tero fructum affert, cumque attulit, exare...: cur ita? An omnia eatenus vigent ætate, qua...us semine quoque valeant: nam & homines ...annum trigesimum vsque proficiunt. aut co..., aut crassitudine. vbi autem semen ferre non ...plius possunt, modo stirpium obarescunt, at...e senescunt: quanquam alia ocyus, alia se...s occidunt, idque portione. Sed quam ob cau... alijs longum vitę spatium, alijs breue da...n est: porrò alterius interest disputationis de ...rare. sed cum omnibus finis ac terminus sit ...fectio seminis; quibus vita breui tempore ...tinetur, hæc semel, aut certe non sæpe. quę ...em esse longęua natura voluit, hęc sępe fru...ficare necesse est. Quamobrem quę imbecilli... sunt, ferre non plus valeant, quàm semel, ...n exarescant necesse est: ac eorum ipsorum ...a anno primo simul & semen reddere, & vi... explere naturę ratio sancit: alia postero, vt ...apium. Quę vero pręualida surgunt, hęc ...nis plusculis pòst fructificare incipiunt, diu...e vitam agere possunt, fructificare sępius, ...arbores.

8 Cur si quis apium radice tenus circunfodiat, ...rtique imę panicum vndique ingerat, deinde

terram accumulet, itaque irriget; radices m[illegible] magnitudine adolescent? An quòd natura pa[illegible] ci fungosa, & calida pabulum attrahit, com[illegible] ptumque non sursum transmitti patitur? Sed [illegible] ter radicem contentum calore sibi indito c[illegible] coquit, vt radicis amplissimum sequi increm[illegible] tum necesse sit.

9 Cur si quis cucumeres, aut curcubitas pr[illegible] nus paruulas condiderit in terram, maiores [illegible] to efficiet? An quòd spiritus, & Sol exiccand[illegible] crementum impediunt, molemque tum mi[illegible] rem, tum crispiorem reddunt: quemadmodu[illegible] & arbores, quæ loca vento, Solique exposita[illegible] net, quæque in cuius manent, & riguis? alter[illegible] nim magnæ, fungosæque fiunt, alteræ parua[illegible] spissæ. At vero inter terram occulta, quon[illegible] contrà afficiantur, contrà euadant, necesse [illegible] Quinetiam quæ vasis includimus, vt cucum[illegible] in ferulis cauis, aut tegulis, & mala punica,[illegible] quæuis mala in ollis, ampla redduntur, & [illegible] gosa. contra quæ detecta sunt, parua solida[illegible] augescunt nullo ambiente operculo, quod[illegible] moniam faciat largiorem. id enim obiectum[illegible] cit, ne pabulum, aut euanescat, aut arescat.

10 Cur plantarum acrium semina acriora s[illegible] quã radices, & folia? An ꝙ semine omnia or[illegible] tur, inque cęteras omnes partes ex eo veluti[illegible] te quodam (vt quidam aiunt) sapores, & od[illegible] deriuari necesse est? nam etiam odores omn[illegible] vnà cum seminibus esse suaues incipiunt. Q[illegible] si acritudo cęteris ex semine proficisci solita[illegible] semen ipsum maxime esse tale ratio exigit.

11 Cur tenues radiculæ acriores sunt? An q[illegible] ampliores illæ spatio temporis longiori ple[illegible] concoctæ mitescunt?

Cur capparis locis prouenire cultis haud faci 12
potest? multi nãque tentarunt & radice transf
[illegible]a, & semine sparso, cum apud nonnullos com
[illegible]dior capparis sit, quam rosa: sed tamen effice
nihil potuerunt. Quid ergo causæ sit, vt cultis
[illegible]ciat hospitari, inculta & auia persequatur, &
[illegible]xime sepulchris adhæreat? Igitur de hoc cę-
[illegible]isque generis eiusdem accepisse illud opor-
[illegible], quod non omnia eadem ex materia consiste
[illegible] solent, aut augeri: sed sunt quæ ex aliorum
[illegible]ruptione, & principio consistant, & post au-
[illegible]antur, vt pediculi, & pili corrupto alimento,
[illegible] qua labe alia corporis prodeunt. Ergo vt in
[illegible]pore nonnulla excremento proueniunt ali-
[illegible]nti, quod certe cruditas est, & vbi naturæ vi-
[illegible] superare non queunt, ascendunt quidem in
[illegible]icam, & aluũ, quæ in promptu maxime sunt:
[illegible]qua vero animal producunt, itaque in senectu
[illegible], & morbis hæc augentur: sic in terram alia
[illegible]ncocto alimento & consistunt, & augentur, a-
[illegible] excrementis, aduersaque concretione oriun-
[illegible]r. Culturæ autem officij est, vt concoquat, red
[illegible]tque efficax alimentum, quo genus mite, vrba
[illegible]mq; fructuum consistit. Quæ igitur mitigatio-
[illegible], informationeq; huiuscemodi creantur, hæc
[illegible]bani vocabulo significamus, eo ꝙ solertia ho-
[illegible]inis educata quasi, eruditaq; meliora euadant.
[illegible]æ autem cura adhibita mitescere nequeunt,
[illegible]t etiam aduerso habitu loci sui generis pro-
[illegible]unt, hæc syluestria sunt, & rustica, cultisque vi
[illegible]re nolunt. Cultus enim dum ea melioribus in-
[illegible]tuere moribus contendit, deprauat, atque per
[illegible]rtit: quippe cum à sua natura desciscere ne-
[illegible]eant, quæ orta sunt ex corruptione: quo in ge
[illegible]re capparis, quoque profecto est.

13

Cur si quis radicularum folia tempore hyb-
no, cum maxime vigent, absciderit, & terram
dibus complanarit, conculcaritque, vt imbr
nullum admittere possit, radiculæ ipsæ per æ
tem amplitudine mira increscent? An propter
quia ne corrumpantur, causa conculcandi s
ditas est, quæ humorem putrefacere prohib
alimentum vero, quod aliter ad germen sursu
transmitteretur, radix sibi ipsa totum dispen
itaque vel amplior fiat, necesse est, vel suo de
tere radices alias mittat geminans modo ce
rum. has enim multiplices effici nouimus
quis annuas non euellat, sed tempore hybe
relinquat. At cùm vim istam procreandi vt la
ri ceparum natura dedit, sic radicularum ne
rit, necesse profecto est ipsas illas crassescere
miam ob copiam alimenti.

14

Cur si quis cucurbitas, aut cucumeres ap
puteum sitos in ipsum dimiserit puteum temp
stiuos, beneque operuerit, virides per annum
tum seruabit? An quod vapor aquæ refriger
efficit ne assiccentur, seruatque virides, & ve
tiores, & obturatio illa, & spiritus satis alere p
sunt, quæ iam in plenum creuerunt? permane
di vero facultas propterea datur, quod reli
radicibus suppetit alimentum. Nam si quis, c
fructificarunt, detractis sarmentis, præcisa
planta terram aggerarit, conculcarique circ
radices, cucumeres faciet præcoques, vtpote
radix valeat conseruari. haud enim cucumer
n iam sortitur naturam, sed viuere vlterius p
test. Ferent autem isti fructum maturius, qu
qui semine prodierunt. quoniam radix bo
pars scilicet operis præcondita iam natura l
betur, quod illis seminatis prius confici nece
est.

t. Terræ autem aggregatio, & constipatio tepo-
rem inducit, quo radix & seruari, & germen mit
tere celerius queat. vnde etiam fit, vt si quis per
hyemem cucumeris semen in quallis situm aqua
riget tepida, & modo Soli exponat, modo col-
locet apud ignem, præcoques admodum cucu
meres faciat, si tempore congruo ad ipsum eum
quallis in terram demittet.

15 Cur non meridie, sed mane, noctuve irrigare
consueuerunt? Vtrum ne Solis feruor humorem
absumat? An quod si aqua calida sit, necabit quæ
irrigantur.

16 Cur omne odoratum genus, tam seminum,
quàm stirpium, mouere vrinam potest? An quia
calidum est, concoctuque facile? cuius sanè ge-
neris sunt, quæ vrinam ciere valent. calor nan-
que interior cito extenuat, nec aliqua corpulen-
tia odor continetur. Nam & ea, quæ minime o-
dorata sunt, vt alia, coloris sui ratione vim mo-
uendi vrinam habent, vel potius colliquandi. Se
minum autem genus omne odoratum, calidum
esse proculdubio nouimus: odoris enim natura
calore aliquo omnino creatur. At vero quæ ma-
le olent, haud quaquam apta concoctioni sunt.
Esse autem non calida, solum sed etiam con-
coctu facilia debent, quæ sint prouocatura vri-
nam, vt scilicet vnà descendendo humores ex-
tenuent.

17 Cur ocyus olus excaulescat, quod semine ve-
tustiori, vt trimo, aut bimo prodierit, quã quod
nouo? An ꝙ sicut in inanimantium genere semen
id celerius affert, quod viget, ita etiam seminũ,
quæ vetusta admodum sunt, vim suam omnem
exhalarunt: quæ recentissima imbecilliora pro-
pterea sunt, ꝙ excremẽtum adhuc procreationi

minime

minime conueniens continent: qua media tem pore, hæc humore inutili omni exacto, validissi ma esse probantur. celerius igitur semen profu dunt. id autem ipsum non nisi excaulescere est quippe cùm semen ex caule proueniat.

18 Quam ob causam ruta insita in ficũ, pulcher rima, plurimaq; proueniat? inseritur vero inte corticem, limoque obductu fouetur. An q̄ rut radix fomentum, teporemq; desiderat? itaq; ci nere quoque circũdata iuuatur: ficus aũt calid est, quod eius succus omnium accerrimus do cet, & fumus, quem multũ emittit. habet igitu calorem, atq; humorẽ talem, qualẽ etiam cinis Quamobrem si ille iuuare possit, ficus porrò co piam, ac vigorẽ eò magis præstabit, quò humo cineris quidem non perpetue affluit: fici vero i requieto confluuio manat, vtpote cum arbori succus consumi ex toto non possit.

19 Cur stirpium nonnullæ caulem semper edan inanem? An illis, quarum natura imbecillior est has rarũ inanemq; emittere caulem necesse est

20 Cur in terra Attica fructus cęteri dulcissim fiunt: thymum verò acerrimum est, cùm id eti ipsum fructus quidem existat? An quòd ager ill tenuis, siccusque est? quamobrem non multun humoris continent, quæ in eo nascuntur. Erg quæ dulcia sua constant natura, hæc ob humo ris contenti mediocritatem, vbi Sol partem con sumpsit maximam, facilè reliqua concoquun tur: etenim multum concoqui negocium ma gnum est, mediocre expeditius confici potest. Vn de fit, vt fructus qui lege suæ naturæ dulces cre tur, dulciores euadant: qui sicci è natura, mini meque dulces proueniunt, suam ob inopiam tantum humoris retinent, quantum suo conue-

iat generi, quod dulce, nequaquam est. Sol au-
em quantum dulcissimum sit, & leuissimum
ximit. itaque accerrimi relinquuntur, qui hu-
nore superuacuo carent, quem fructus cęteri
btinent.

21 Cur pulegium, & lilium, & cępe suspensa flo-
ent solstitij tempore? An inest crudum in his
limentum, quod vt hyeme concoqui ex frigore
equit, sic solstitio ex calore concoquēs auget?
trum quia in fluxu carent assiduo, breui marce
cunt? etenim quæ nullum alendi initium nul-
um influxum assiduum habent, intereunt, exic-
anturque. Qua de eausa accidit apud Scythas, vt
rumētum diu in terra maneat, propter copiam
iuis: & vbi emerserit, celeriter crescat.

22 Cur cępe vnum tam acriter mordere oculos
potest? vnde nomen quoque à Græcis crom-
myon impositum putant, perinde quasi pupil-
lam comprimi cogeret. Origanus verò nihil hu-
iuscemodi facit, nec aliud quippiam ex cęteris
quanquam acre: neque enim nasturtium, quod
mordacius est, oblatum oculis efficit æque vt la
crymæ profluant. at cępe & cùm oculis admo-
uetur, & cùm comeditur, lacrymas mouet. An
quod acrium genus discrimine euariat numero-
so, quo sua cuique vis consistit, rataque habetur?
Nasturtium ergo, qui calidus est, resiccare quod
colliquauerit, amplius potest: nam extrudere la-
crymam cum editur potest; admotum tamen ad
oculos, nihil propterea mouet, quia nullum mit-
tit vaporem: est enim id & siccius, & calidius.
Origanus cęteraque id genus calida sunt leni-
ter & sicca: quod lacrymas autem moueat, mor-
dax id esse debet, & humidum, & lentum. Quas
ob res oleum quoque lacrymam excutit, quam
uis

uis leniter mordeat: subiens enim, irreptansq suam ob lentitiam, atque tenuitatem dolore mouet, ac proinde humorem, tabificat. At cęp vim eiusmodi sanè habet, vt quod & humore vapore sit calido, tenui, & lento: & itaque ocul admotum, eo quod vapor eiusmodi est, humo que tenuis commeat, lacrymas mouet: cùmqu editur, itidem transmissa, respiratione facere po test. Allium calidum quidem est, & acre, & hu moris aliquid continens: sed lentum non est: i que lachrymam mouere non potest.

23 Quam ob causam myrta collisa in manu du ciora sentimus, quàm integra? An quemadmo dum racemorũ acini vindemiati dulciores sun quàm non vindemiati? etenim musto, quod na tura suaue est, excerpti acini quasi condiuntur quippe qui vel extrinsecus mustum resudent: a qui in racemo cohærent, vtique inconditiore constant. Ergo myrta quoque natura dulcia, in tusque suam dulcedinem acinorum in modun vuæ continẽtia, vbi manu compressa, conflictat que sunt, diffusa intestina dulcedine, parte quo que exteriore inopplentur: itaque dulciora non immerito sentiuntur.

24 Cur myrta enucleatiora sunt, quæ minora, & palmulæ nucleo penè vacant, quæ minutæ ado leuerunt, & vuarum acini, qui passim constite runt, exigui vinacea vel nulla continent vel pau ciora, minoraque? An quia minus perfecta sunt quæ minora? idcirco semen continent indiscre tum, qui perinde, vt finis nucleus deputatus est quamobrem, & minora sunt, vtpote surculi qui dem agnati exteriores, partusque imperfecti, & minus dulcia, quàm quæ iustum continent nu cleum: sunt enim minus concocta. Concoctio autem

tem non nisi perfectio est.

25 Quam ob causam fructuum alij partem radi- proximam habent amatiorem, vt cucumeres: j postremam superiorem, vt glandes? An quod js pars istæ radici proxima crudo vescitur ali- ento, quoniam esse confluuium per radicem quentat: alijs quia sicci è natura sunt, postre- a pars succo dulci, concoctoque inde absum- o iam plenius siccatur, amarescitque modo sa- Redditur enim vnumquodque amarum, cùm plius exiccatur: vt oliuæ, vt glandes inuetera- efficiuntur amaræ.

26 Cur aliqua germinare non terra contenta, sed scissa, aut auulsa, vel recondita possit, vt cau- liliorum, allia, vel cepæ? An quod omnes ali- ntum intra se continent, nec certo, definito- e loco omnes oriuntur? Crescere autem v- mquodque potest, non eo quod in se continet mentum, sed quòd decoctum iam, & digestũ d pabulum est. Continent igitur vel antehac mentum, sed augeri tum duntaxat incipiunt, m tempus ad id adest, cuius opera res illa effi- otest: velut etiam oua crocodilorum tempus e operiri sibi commodum nouimus: incremẽ n tamen continuari non licet, quoniam aliud n suppetat alimentum.

27 Cur allia, & cepæ quo sicciora serantur, eò me ra possint euadere: cętera autem deteriora? quod omnia istiusmodi maxime plena humo conficiuntur? itaque terræ commissa siccio- temperamento commodo germinare inci- nt. Adde quòd minus putrent, cùm siccio- feruntur.

28 Cur alliæ, & cepæ solæ ex plantis recõditæ ger nare possint? An quod humore alimentoque

sunt

sunt refertæ?Copia igitur alimenti est,quæ ger-
men efficere queat : idque constat argumēto t-
squillarum,tum etiam bulborum, qui idem fa-
cere possunt. Crescere autem quodque solet
cùm tempus venerit.

29 Quam ob causam quæ aqua frigida irriga-
mus, dulciora, quàm quæ tepida, euadant? A-
ꝙ sic interclusum calidum salsius est,vt calidiu-
quod salsius? dulce autem ita contrarium, v-
frigidum est, & alimento oleribus humor est
vnde saporum genera oriuntur.

30 Cur alia cum excalescunt, plenius quàm re-
cens edita olent? An ꝙ recētia humoris mult-
adhuc extranei continent:quo fit vt vim suam
integram habere nequeant? cum autem deco-
cta iam sunt,secreto humore illo inutili, tum
suum odorem syncere adipiscuntur,qui scilice-
acer est.Quinetiam cęteri nuper editi fructus c-
lutiores sunt, & cępas recentiores ab eam cau-
sam minus acres sentimus.

31 Cur fructus myrtorum non conditarum ma-
gis quàm folia defluant, conditarum autem 1-
seruatarumq; alga,vt fit,folia defluant, fructu-
adhæreant? An ita euenit non conditis: quoni-
natura sancitū est,vt fructus peracta decoction-
flaccescant,ac decidant, quæ quidem decocti-
repositis agi non potest,sed eatenus tantum e-
ficitur,vt algæ vapor prohibeat, ne humor fru-
ctus immutetur: folia contra cùm siccent,deci-
dunt. Algæ autem,vt salsę, exciccandi vim ha-
bent.Ergo non idem folijs accidit arbori adhæ-
rentibus, & conditis, modo quo dictum est.

32 Quam ob causam cucumeres, cognoment-
pepones,optimī palustribus planis,id est humi-
dis fieri soleant, vt apud Orchomentum, & i-

Aegy-

gypto: aquarũ etenim vberẽ terram esse Aeptum putamus Cur ergo cucumeres, qui hudi sunt, & ob id hortenses, ac rigui minime dati, locis palustribus quæ madida sunt, egre fiant? Vtrum quòd ob terræ duritiam altius guntur descendere: solum nanque limosum, planum maxime indurescit qui autem altius mituntur meliores euadunt. An quòd terram cam esse oportet, quoniam cucumeres naturhumidi sunt? ita enim sequetur, vt per retra um in medium veniant. Palustris verò si plana aque sit, alimentum nec exiguum præbet opter soli altitudinem, locumq́ue ipsum: que nimium, quoniam solum reficcari nesse est.

33 Quam ob causam ruta, & nonnulla pigmenodora sudorum faciant fœditatem? An quom in odore grauitas est, atque acritudo, ea cũ crementijs mista humoribus deprauare odos possunt?

34 Qua de causa rutam fascinationis remedium e aiunt? An propterea, quia tum effascinari credunt, cum aut voraciter edunt, aut incom oditatum aliquarum tenentur suspicione, it cibum habent suspectum quem capiunt? ita ie cùm de mensa eadem qui priuate sibi assuunt participem intuentem quempiam faciũt, fanturq́ue, cum impertiant, ne me fascines: er cibum cùm perturbatione sument, nec quid bent, aut edent sine turbatione, & flatu qui v- hauriatur, & ingeratur. Quamobrem flatu ip- vel cum extrudendus effertur, cibus quoque à elatus eijcitur: vel cum interclusus per huiorem tenetur, tormina mouentur, & crucias. Igitur ruta præesitata vi sua, & potestate calefa-

lefa-

lefactoria, vas qđ recipit cibos, elaxat, & reliq corpus itidem afficit: ex quo fit, vt flatus ille i terclusus transmitti, atque succedere possit.

35 Quænam causa sit, vt origanus musto inie vinum dulce efficiat? duas enim in amphora iniecisse heminas satis est. An quòd tollit qua tum in mundo est aquabundum, & fęculentu sua siccitate in seipsa recipiens, quibus scilic saporem confici austerum censemus? argume to, quòd vina, si quid aquæ habeant sibi illibat minus mollia redduntur: atq; & si diutius sta in fęce sinantur, itidem fiet: & cum vinum dul molimur, vuas multũ temporis Soli exponim vt Sol quantum sit dilutum auferat, & reliquu decoquat. hoc autem idem facere vel origan potest, quippe quæ sit & sicca, & calida.

36 Cur nigræ myrti fronde sunt frequentior quàm albæ? An quòd nigræ generis sunt sylu strioris: cuius indicium, quòd locis rusticis istæ proueniunt, minimeque ex cultu mutantur? humida autem omnia fronde crebriore conducuntur. Quòd enim minus suos fructus decoquere possunt, idcirco ad frondem alimentum se vertit.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio XXI.

Eorum, quæ ad farinam, & massam, cęteraq; id genus pertinent: cuius quæstione. XXI.

ARGVMENTVM.

De his, quæ ad victum attinent, differit Arist. & rum alia cōsiderat, quò ad eorum naturam spectat, a quò ad nos. Quò ad naturam esculentorum quæ prob. 1. cur ptisana, & farina triticea oleo instilla reddi poßint candidiora, cum ruffum oleum sit. & ob. 3. cur farinæ triticeæ primum ordeaceæ vltimū ndidius est. & prob. 4. cur panes frigidi albiores t, quàm calidi. & prob. 16. cur maßa triticea candior sit pertrita, & ordeacea nigrior. & prob. 5. r panes non saliti plus ponderent, quàm saliti. & ob. 6. cur panes frigidi humefacti, si inter se tanm non cohæreant, calidi cohæreant. & prob. 9. r maßa ordei contrita minor tritici amplior red- poßit. & prob. 10. cur maßa triticea in igne plior, quam ordeacea. & problem. 11. cur farina lso subacta rigidior fit quam aqua. & prob. 12. r biscoctus panis refrigeratus minus duritiem præ

se ferat. & prob. 15. cur panes, vt parum triti, sic n[...] mium triti rumpũtur. & prob. 17. cur farina aqua [...] mista melius coeat, quam oleo, quod tenacius est. [...] prob. 18. cur massa tota leuior sit, quàm seorsum h[...] mor, & farina. & prob. 22. cur alica plus aqua rec[...] piat. quàm triticum, vnde confecta est. et prob. 22. [...] farina tritici massata, & pertrita longe amplior red[...] tur, quàm ordei, & prob. 27. cur igni mandata am[...] plius augeatur, quàm ordei. & prob. 25. cur panis [...] ctus durior, tepefactus humidior reddi possit. pro[...] 26. cur farina tritici resiccata minus constipetu[...] quàm ordei. Quò verò ad hominem spectat. quær[...] cur cibus triticeus maximè corporibus nostris com[...] tentior, & uescentior quàm ordeaceus. & prob.[...] cur maßa ordeacea plenius tractata minus alu[...] subducit, triticea contrà. & prob. 13. cur aliquo ci[...] vel humido, vel sicco diu sine fastidio vti possumu[...] aliis verò licet suauioribus non. & prob. 14. cur ea[...] aßuescentibus suauia, & crebro vtentibus insuan[...] & proble. 19. cur lac, vinum dulce cum farina or[...] dulcius sentitur. & probl. 24. cur pistorum, qui ord[...] attractant, imbecilli fiant, & distillationibus ob[...] xii, qui triticum contra.

1 CVR ptisana, & farina triticea [...] leo instillato reddi possint ca[...] didiora, cum rufum oleum [...] An quod spumare solet, dũ cum [...] more miscetur, quod non n[...] albescere est? Mistio vero ve[...] tu agitatuq; fit, & cũ corpulẽ[...] humore cõmitti melius põt: quod sanè in iis ac[...] dit, q̃ aqua decoquit, atq; ita cãdidiora effici[...]

2 Cur cibus triticeus maximè corporib. nost[...] cõpetẽtior, atq; vescẽtior est, quàm ordeace[...]

An[...]

quòd hic mediocrem habet lentitiam, quã eus habeat, oportet: quippe qui adhærere, cõtinarique corpori debeat, quæ res non nisi tore effici potest? Ordeum vero rigidum est: que massa eius longe pertrita validius alit, am parum attractata.

3 Cur farinæ triticeæ primum, ordeaceæ vltimm candidius est? An alterum vt durius cirnfrangitur, idque agitur, cum plurimum temris molitur: alterum vt mollius atq; tenuius am primum exprimitur, candidus autem in isque, quod interius est?

4 Cur panes frigidi albiores cernuntur, quàm idi? An eadẽ quodãmodo causa est, cur inueatũ quoq; oleum candidius sit, quàm recẽs? usa nanq nigroris, humor est: hic autẽ in hi vtrisque, vt recentibus vberius continetur, tempore prouectis parcius in superficiei resi propter euaporationẽ. Euaporatur prorsus um vel tempore, vel Sole. panis autem calore le egrediente per refrigerationem. humor ita e frigidis iam euanuit, calidis adhuc inest.

5 Cur panes nõ saliti plus ponderẽt, quàm salimodo cętera omnia pari habeantur mẽsura? ntrarium nanq; verisimilius dixeris, cum sal ijciatur, & grauior sit, quàm aqua. An quia sal ccare potest, ex quo incorrupta seruãtur, quę nfecta sale reponimus; absumitur enim à sale ccaturq; humor, qui ex calore putrescit: & pane igitur humor à sale cõsumitur, extraq; latur: quocirca panes pridie facti, leuiores, q̃ idi sunt, vtpote frigidiores: cõtra ijs qui sale cant, humor largior insidẽs efficit grauiores.

14 Cur aqua minus salubris balneo sit, quam Sol tepefecerit? Vtrum quia corpori adhuc insidens refrigeratur, horroremque mouet? An est etiam istud? veruntamen & si quis ea sæpe vtatur, valetudini fiat obnoxius. Res enim calida, omnino vim coquendi, siccandique obtinet: frigida cõpescere, atque contrahere potest. itaque vtraq; aliquid boni affert: quapropter aqua & frigida, & calida ex igne, balneum præstat commodum. a

quæ

...æ sub Sole tepuerit, ob sui caloris imbecillita-
...m, præbere illorum neutrum habet, sed humi-
...at tantum, perinde ac Luna.

15 Cur aqua Sole calefacta parũ salubris sit? An
...ia rigorem aduehit, vbi refrigeratum est.

16 Cur aquæ Magnesiæ, & Artanæ feruidæ, satis
...nt potui idoneæ? An quoniam aquæ copia dul-
...s ad profluentem calida sese applicat, eo tum
...odo, vt salsugo tollatur, & calor eduret?

17 Cur aquæ Magnesiæ feruidæ feruere quidem
...quando desierunt, salsæ tamen nihilo esse de-
...runt? An quòd aquæ copia frigidæ aliunde fu-
... in fontes feruidos calorem omnem extinxit?
...que terra tametsi salsa persistere potuit, cali-
... tamen esse propter aquæ adiunctæ copiã non
...otuit. Proximum igitur id accidit aquæ, quam
...r cinerem transmissam colamus: hæc enim
...ansmissa per calidum cinerem, nec ipsa suum
...igorem amittit, & cinerem frigidum reddit:
...lsa tamen, amaraque per cinerem est. Sed cùm
...qua, quæ frigida accesserat, alienigena esset, ca
...r vernaculus terræ frigorem illum pauciorem
...incere vice versa potuit: atque ita suum calo-
...em aquæ receperunt.

18 Cur aquæ feruidæ salsæ magna ex parte pro-
...eniant? An quod pleræque omnes per terram
...luminosam percolantur: quod odore earum
...onstat? exustorum autem omnium cinis salsus
...st, sulfurque redolet. quapropter feruida om-
...ia modo fulminis vrunt: & quidem plura ful-
...inis tactu calida extiterunt.

19 Cur calidę balneę sacrę habeantur? An pro-
...terea quòd sulfure atque fulmine, rebus inge-
...ue sacris proueniant?

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio XXV.

Eorum, quæ ad aerem pertinent: cuius quæstiones. XXII.

ARGVMENTVM.

De his, quo ad aerem attinent, disputat Arist. hic pariter considerat quò ad propriam, & quò ad nostram. quærit igitur prob. 3. cur aer, qui aquam tangit non humescit. & prob. 2. cur paludibus apud fluuios audiuntur fremitus tauri similes. & prob. 4. cur media nocte, & meridie cœlum tranquilletur. et prob. 5. cur mane frigus sit amplius. & prob. 6. cur in Ponto intensius fiat æstus, & frigus. & prob. 7. cur noctu potius, quàm interdiu serenum sit. & prob. 8. cur vter plenus poßit capi, plus humoris. & prob. 9. cur aer permeat solida non lux. & prob. 10. cur aer tangens aquam frigidus reddatur, non humidus. & prob. 11. cur aer bullicis contentus, aut de aqua ascendens, non madidus sit. & prob. 12. cur aer non madeat, sed aqua. & prob. 13. cur vtri inflati fluuitent. et prob. 14. cur aer non feratur sursum. & prob. 15. cur aurora frigi-

[...]idior sit, quàm vespera. & prob. 16. cur tempore [...]ido noctes molestiores, quàm dies. & prob. 17. [...]incorrupta durent vtribus inflatis, aut vasis be[...]ertis. & prob. 18. & 21. cur aere sudo, & aper[...]igus sit acrius, quàm nubilo. & prob. 19. cur mi[...]eris sit calidius, prob. 20. cur aer, & ignis non [...]eat, sed aqua, & terra. & prob. 22. cur altis ædi[...]ter ventiletur. Quò ad nos, cur membra nostri cor[...] in vtribus inflatis contenta doleant.

CVR membra corporis nostri in vtribus obtenta in flatis doleãt? Vtrum propter pressuram aeris? vt in extrinsecus vtrem præmenti aer non cedit, sed repellit: sic etiam, quæ intus tenẽtur, aer comprimit, atq; affiictat. An [...]a per vim aer retinetur, stipaturq;, foras ver[...] suapte natura vndique impetens, nimirum [...]d corpus enititur, quod medium continet? 1

[...]ur paludibus iuxta fluuios positis fieri soleãt, [...]bomugi appellantur, quos tauros numinis [...]giosos fabulæ narrant? est id sane fremitus [...]gitui tauri adeo similis, vt qui voces audiunt, [...]n secus afficiantur, quàm si taurum senserint [...]gientem. An cùm aut fluuij in paludes se fun[...]nt, aut paludes restagnant, & vel à mari of[...]sæ retorquentur, vel flatum vniuersum emit[...]t, tum fremitus ille excitatur. Causa verò, [...]od terræ cauernæ infodiũtur, in quas aqua in[...]rumpens, quoniam fluctus in eiusmodi re[...]ndatione mouetur, aerem per angustias, ceu [...]quis in amplioram inanem strepitum, per o[...]ilum mouerit, mugimento similis sonus exul[...]it: mugitus etenim bobus per idipsum fi- 2

gura

guræ genus profertur. Multas autem, miras voces informare figuræ cauernarum variæ po sunt: nam & amphoræ fundum, si quis detrac operculo, vicissim modo intus attrahens, mo extra depellens perterat, sonum per intercap dinem tam ingenuum reddet, vt belluæ pertin scant, & fugiant: quod pomariorum custodes moliri consueuere.

3 Cur aer, cum aquam tangit, non humescit? hil enim de ceteris est, quod si tetigerit, humi non reddatur. An ita eorum extima coeunt, simul sine vllo interstitio sit, nec plano diuer distinguantur? igitur cetera quoniam grauio sunt, subsidunt. itaque humorem sibi admittu aer vt leuior, nihilo inferius vergit quàm extr mum limitet: tangit ergo, quia nihil interi cet: remanet expers humoris, quia semper s per aquam extat.

4 Cur nocte media, & meridie maxime cœlu soleat tranquillari? An quia venti tranquillit aeris statio, & requies est, qui tum constare m xime assolet, cũ aut vincit, aut vincitur? eteni quandiu pugnat, mouetur, atq; inquietatur, vi cit autem maxime nocte dimidiata, vincitur m ridie, vt enim medio noctis Sol remotissimu sic meridie proximus est. Ad hæc, flatus vel or Solis, vel obitu incipit: cessat qui ortu cœperi cùm victus est: qui vespera, cum parta victor desinit, itaque fit, vt alij meridie, alij noctis m dio cessent.

5 Cur prima luce, & iã mane frigus fit ampliu quàm nocte, cum Sol à nobis propius absit? A quoniam cùm dies instat, ros cadit, atq; pruin quæ frigida sunt? ergo inspersis locis omnib frigido humore, merito acrius refrigeratur.

Cur

ur in Ponto intentius & æstus, & frigora fiā? 6
aer regionis illius sua crassitudine nec hye-
tepescere, nec æstate refrigerari potest? An
ter varium Solis cursum; recedit enim per
nen, accedit per æstatem.

ur noctu potius, quàm interdiu serenum sit? 7
quòd & flatus, & perturbationis causa Solis
st? isthæc enim motu accito quodam oriun-
Calor igitur causæ est: ob eamq; rem, cùm
est, quiescunt omnia, & Sole abeunte ma-
quàm veniente, & quòd dici solet.

anibus hyberno ventos dat terra secundos.
unc mare fert sæuos: calidi sub mensibus anni
erra dabit sæuos Ponti feret vnda secundos.

isibi vult, ꝙ vbi motus maximus est, ibi mi-
e quicquam vel seruari, vel cōsistere potest:
abili nanque statu, virib usq; efficacioribus
id debet, quod consistendum, conseruandū-
sit: mare autem hybernis temporibus, terra
uis sæuire illum in modum solita est.

Quam ob causam humor pleno contentus in 8
o diffusus in vtres, non solùm cum vtribus
pi ab eodem dolio possit, sed etiam locum re
uere, quo etiam plus humoris capiatur? An
niam aer in humore inest, qui dum in dolio
excerni propter dolij magnitudinem non po
? fit enim, vt exprimi de maiori vel humor,
spiritus difficilius possit: quemadmodum e-
n de spongijs amplioribus minus exprimi-
At cùm in parua digeritur, extrudi iam de
bus expeditius potest. itaque dolium, & vtres
humorem etiam alium capit. magisq; in vi-
id accidit, quia plus in vino aeris inest, quàm
qua. Huic sane proximum, cineris & aquæ
tundem simul vas idem capere posse, quan-
tum

tum plurimum utriusq; seorsum infusi capiat
Cineris enim eon plura caua, & inania esse vid
tur, quibus aqua sese insinuat, vt quæ tenuio
sit: & cōstipat vero spissatq; arctissime, qm̄ par
culatim cōstipatio agitur: densantur enim, add
ctanturque omnia plenius cùm paulatim con
patur, quàm cùm vniuersa, quod cùm ita fiat, c
nis collabitur, & subsidet, simulq; humorem
in se per cauorum suorum opportunitatem a
mittit. At si cinis, qui in aquam immittitur, ca
dus est, aquam dirimit, vertitq; in aerem; ide
illud agetur etiam, si primùm aqua infundatu
pòst cinis inijciatur: vnde aquam etiam ipsa
caua quædam, & hiantia in se continere puta
ris. An nō aqua cinerem sibi admittat, sed cin
aquam? quod enim tenuius est, subire id pos
congruum est. Constat item experimēto: cù
enim cinis inspergitur, eodem reliqua aqua c
fluit, quo loco inspersum est: cuius contrar
certe fieri debuit, si aqua cineris esset capien
An si prius aqua vas ex toto impleuerit, nih
præterea capiet, sed addito quolibet effund
tur? Sin autem vbi semel aliquid aquæ inf
sum est, cinis descenderit, iam tunc quod di
eueniet: quippe cùm cinis sit Ipse, qui cape
valeat. Hæc eadem ratio est, cur foueæ terra
exemptam recipere nequeant, locus enim a
aere occupari videtur: itaque fieri non posse
vt tantundem recipiatur.

9. Cur aer, qui luce crassior est, solida valeat p
meare, lux ipsa nō valeat? An quin lux per di
ctum tantummodo fertur? ob eamq; rem oc
lus, qui transpicere per rara nō possit, vt per p
micem, quia meatus auariant, per vitrum fac
possit, quia meatus positi è directo sunt. At a

impe-

pedimento nullo arcetur, quoniam quà tran
endere è directo non soleat.

ur aer per aquæ tactionẽ frigidus reddi pos 10
humidus nō possit, etiam si quis in aqua ve-
nẽter inflarit, vt fluctus inde moueat, & inũ
ur; frigidũ autem reddi constat, eo quòd qui
quis aspirat, refrigerat. An frigidus esse ca-
isue naturæ suæ habilitate potest, vt rei tactu
nutetur, quam tetigit? humidus esse idcirco
n potest, quia leuior est, neque ima humoris
quam sua ipse petit natura, sed summa sem
, planumq; attingit: & si deorsum cogatur,
nor quoque feretur inferius, ita vt nunquam
rofundum sese ire patiatur.

Cur aer bullis contentus, aut de imis aquæ a- 11
ndens, haud unquam madidus emergat? An
a humor non insidet, sed dilabitur: qui ta-
n continet bullas, vel minor est, quàm hume
ere valeat?

Cur aer madere non possit, aqua autẽ queat? 12
ippe quæ etiam translata in aerem madeat?
eadẽ causa sit, qua & lapis madere nequeat?
ud enim madendi omnibus vis data est, sed
tantum, quæ lenta sunt, & humida.

Cur vtres inflati valeant fluitare? An propte- 13
, quòd aer sursum effertur? vtres enim vt i-
nes deorsum feruntur, sic inflati supra ideo
ident, ꝙ ab aere sustinentur. Sed si aer ele-
t, atque prohibeat quo minus deorsum fera-
r, cur inflati grauiores efficiantur? & qui fieri
test, vt cum grauior sit, emineat: cum leuior,
feratur?

Cur aer non sursum feratur? Nam si ex motu 14
loris spiritus excitari debeat, ignisque subli-
ia petere natus sit, spiritus eodem currere de-

buit.

buit: siquidē mouēs illud sursū versus impel
quodq; mouetur, eodem ferri aptissimum
nunc.n.tramite ferri obliquo latissimè patet

15 Cur aurora frigidior, quàm vespera est?
quoniam altera noctis medio propior est, alt
meridi i?est autem, vt diei medium calidissim
quia Soli proximum est, sic noctis medium
gidissimum, quia remotissimum.

16 Cur temporis feruidi noctes molestiores,
dies sunt? An quia flatus omnes tunc consi
scunt?anniuersarij nanque illi, & præuij mi
nocte, quàm interdiu spirant.

Cur incorrupta durare possint, quæ vtri
continentur inflatis, aut vasis bene opertis?
quia putent omnia, cùm mouentur? immot
omnia sunt, quæ plena: isthæc autem plena.

17 Quam ob causam aere sudo, apertoq; fri
fit acrius, quàm nubilo, cum stellæ sint cali
& cœlum? An quia nihil tunc est quod vapor
arcere, continereque valeat, sed diffundatum
cesse est?at cęlo nubilo arcetur, & aquilone m
gis, quam austro, eadem illa de causa. auste
nubes colligit, aquilo dispellit, & quidem aq
lone magis quàm austro euaporari videmus
hyeme potius quàm æstate, aut propter diffi
litudinem, aut quia vapor non nisi refriger
humore calido depromi potest.

18 Cur minus, quàm plus aeris calidius sit, cū
gusta omnia sint calidiora? An quia magis m
uetur, qui pluris est?motus autem frigorem
cere potest cuius indicium, quòd calida cù
mouentur, refrigerantur.

19 Cur aqua & terra putreant, aer & ignis n
putreant? An quoniam omne, quod putrèt, c
dissimū fiat, necesse est? igni autem calidius

...st. An quia refrigerari prius oportet, qđ putredinem concepturũ est? ignis autem calidissimus semper est, aer vero igne refertus est, nihil quàm putret, cũ calidũ est, sed refrigeretur ante oportet, quàm putreat. At aqua, & terra vicissim modo calida, modo frigida effici possunt.

...ur cœlum nubilum tepidius sit, quàm apertum, & placidum? Vtrum, vt veteres authores dicunt, quia stellæ frigidæ sint; An id absurdum modũ est: sed q̃a cęlo sereno vapor extringui ...ius potest? indicium, ꝙ vento silente, ros, & pruina consistunt, Cũ igitur serenum est, calor ...atur, quo humor eruitur, atque effertur, ita ... aer frigidior fit. qua de causa humor à calo ...emissus irrorat, at cùm nubilum est, arcetur, ...onstat: quocirca nec ros, nec pruina contra ...otest, cùm nubilum est: ergo calor ad terrã ...anens facit, vt tepor amplior esse possit. 21

...ur altis ædibus aer soleat ventilari, reciprocaq; præsertim cum tempus quietum est? An ...od aer prælaxo quodam contextu, & hiatu ...cto est? ergo cum hic extrinsecus introire in...perit, cedit, & contrahitur aer, quem domus ...ntinet: quo collapso, adductoque inanior redditur, qui foris est, & spatia multo laxiora capes... quæ in spatia aer domesticus relabitur, fer...que expedite eodem, quoniam & ipse pen...t, & natura inanis reniti nequeat: quod cum ... multa eius membra eueniat, proximus hunc ... sectatur, adductus propulsione primoris, tũ ...large foras iam profluĕre, locus internus ina... redditur & vacuus, externus contra reple...r, spissescitq;, ac deinde in hunc modum reciproco fluxu agitatur. 22

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio XXVI.

Eorum, quæ ad ventos pertinent: cuius quæstiones. LXIIII.

ARGVMENTVM.

Disputat Arist. de his, quæ ad ventos attinent que primum de ventis in genere, deinde particulat Ingenere quærit prob. 4. cur venti excußi nubibus uiunt, imbre ocyus cessant. Et prob. 5. cur non ijden ti imbrem vbique afferant. Et prob. 6. cur cęlum bulētum hyemem, purum serenum indicat. Et pro cur flatus moueat versarios, aut reciprocos. Et pro cur ijdem versarij de mari spirent. Et prob. 9. cur tia lux nocturno Aquilone non laboret Et prob. cur Orionis ortu dies varient, & flatus impor fiant. Et prob. 20 cur ventus magna ex parte ant næ defectum excitetur initio noctis: cum defe medio noctis: medio verò, cũ mane. Et prob. 23. & hyeme cur flatus veniunt parte exortiua, æstate e dua. Et prob. 25. cur cum stellæ prosiliunt, venti i tium datur. Et prob. 27. cur venti ad postremum bementißim

ementissimè spirent. Et proble.30. cur uenti spirant frigidi sint. Et problem.31.. cur amplius siccent, n sol. Et problem. 35. cur sole se attollente, spiritus nuatur, & augeatur. Et proble.38. utrum spiritus e quodam emergat, ut aqua. Et probl.50. cur fla- frigidi ueniunt, cum caloris commotione oriun- Et probl.42. cur uersarij, quà mare sinuatur, refla leant, non quà porrectum. Et problem.53. cur fla- anniuersarij eodem tempore, & modo semper af- . Et problem. 48. cur uersi alij locis alijs imbrem rant. Et problem. 59. cur hyeme terra dat uentos os, mare secundos, terra æstate contrà. Et proble. cur apud Archadiam, qui locus excelsus est, fla- æquè frigidus est, ac in alijs locis; cum silet, fri- ut in palustribus locis. Et problem.61. cur si uen- mane inceperit, edurare amplius possit. Et pro- m.63. cur flatus futuri indicium sunt araneæ mul er aerem. De uentis particularibus quærit pro- . 1. 32. cur uentus cacias solus ducat nubes. Et lem. 2. cur aquilones anniuersarij fiant, non au- Et probl.10.37. cur crebrius, quàm auster spirat. rob.15. cur nocte exorsus die tertia cessat. Et pro- 16. cur plurimi aquilones spirent. Et probl.41.47. aquilo, ut magnus incipit, paruus desistat. contra er. Et probl.43. cur borea cessante, auster surgat. proble.45. cur spirante aquilone cibi auidiores su- , quàm austris. Et problem. 48. cur si boreas fiat austrum; fit hyems glacialis. Et proble. 49. cur ci post austrum aquilo spiret, post aquilonem non ci- uster. Et problem. 62. cur aquilo interdum spirat, u desistit Et proble.64. cur locis frigidis per hye- m uehemens aquilo spiret, & ut proximè nubilus, transuersum, illustris fertur. De Austro quærit bl.3. cur post pruinã spirare soleat. Et prob.11. cur us hybernis noctib. quàm dieb. spiret. Et prob. 12.

cur canicula oriente moueatur. Et problem. cur austr oriente, vel occidente, aer commutetur, sed cane pra cipuè. Et prob. 17. cur hyeme, & vere ineunte, & au tumno cessante spirent, vndabundi sint, & contortuo si, & Aphricæ non minus frigidi, quàm aquilones r gioni nostræ. Et prob. 18. cur auster fœtidi halitus ca sa sit. Et prob. 19. cur profectus ex mari commodus s ijs, quorum stirpes terra continentur. Et prob. 21. cu desinens imbrem afferat. Et prob. 22. cur minor no ducit nubes, maior est nubilus, & diuturnus. Et. pro blem. 29. cur auster, & eurus cum flatibus sibi obie ctis calidiores sint, alter aquilone, alter fauonio, aqu fertiliores sint. Et prob. 39. cur austro spirante cær leum mare fiat, aquilone obscurius. Et. prob. 11. cur i nes austri nequeant nubilare, sed intenti. Et prob. 44 cur austris spirantibus homines sint grauiores, & i ualidiores. Et prob. 46. cur auster Aegypto non spi rat. Et prob. 51. cur frigidi sint austri in Aphrica, v aquilones apud nos. Et prob. 52. cur sicci sint, & febre contrahunt. De Fauonio quærit prob. 24. cur si afflet canes vestigia minus comperiant. Et prob. 20. cur nu bes agat. Et prob 33. 57. cur serenus, ac iucundissimu sit. Et prob. 34 36. cur horis postmeridianis spiret, no mane. Et prob 54. cur leuissimus, & frigidissimus, & vere, & autumno spiret, & vespere. De Euro qu rit prob. 28. cur circa æquinoctium spiret. Et prob. 5 cur euro spirante omnia maiora videantur.

3 CVR ventus cęcias solus ex omniu ventorum numero nubes duce ad se possit? Vtrum, quod ventus a uersus reflat eodem tempore? A quoniam de locis eminentioribi spirat, sunt enim partes, quæ ad So lem orientem vergunt, eminetiores, quàm qu

ad

occasum. indicium maris occidui magnitudo
...t,& lauditudo. Quod cum desuper in aduer-
...n spiret, lineam sua delatione ista terram ver
...o connexam agit, regionemque inuadens, vt
...i, occiduam, nubesque per lineæ suæ figuram
...trahens, ad se suo inde reflexu eas vocat, at-
...e impellit: quod solus hic propterea facit,
...ia cęteris loca vel editiora sunt, vel submissio-
...quæ versus, vt aut de imo, aut è directo flatus
...atur deuexus, terram versus necessum sit, ita
...ad postremum reflexus effici nullus queat, eo
...od flatus non ad terram subditam aeris ampli
...lini finem protrahendi faciat, nec vbi aer co-
...in nubes possit. Subsolanus, ac cęteri minus
...oniam humidi non sunt, nubes non cogunt:
...que vel nullatenus, vel minus idipsum facere
...ssunt.

2 Cur aquilones anniuersarij fiant, austri non
...nt? An austri quoque fieri possunt, sed conti-
...i, quia initium austri longe a nobis est, aquilo-
...s in vicino est, quippe cùm sub aquilone ha-
...temus? Item aquilones anniuersarij tranquillo
...re spirant, quippe qui per æstatem moueri so-
...ant: austri vero oriuntur, cum aer minus quie-
...it. Addo etiam, quod auster humidus est, hu-
...ido autem superior locus alienus. Quam ob
...m humores, qui eo in loco consistunt, cito re-
...luuntur, & euanescunt: & cum humores erra-
...ci vagabundique sint, accidit, vt aer quippe
...dem ducatur, quò humores ipsi varie dilabun
...r, qui cum non loco eodem agitentur, afficitur
...rrò vt flatus diuersi oreantur: flatus enim non
...isi motus aeris est.

3 Cur auster post pruinam spirare soleat? An
...uia pruina nisi facta decoctione haud vnquam

consistere potest? mutatio autem post cōcoctio-
nem, purgationemque fieri in contrarium so-
let: aquiloni autem contrarius auster est. Hæc e-
dem causa est, cur post niuem auster spiret, om-
nino enim & nix, & grando, & imber, & omn-
id genus purgatio concoctionis indicium est.
Vnde fit etiam, vt post imbres, cęterasque eiusd
generis tempestates flatus desistant, & conte-
nentur.

4 Cur procellæ, hoc est venti, qui excussi nubi-
bus sæuiunt, imbre superueniente ocyus ce-
sant: An quoniam aqua expressa ventres nubi
consident, vnde flatus origo est.

5 Cur non ijdem venti imbrem vbiq; afferant
An quia non ijdem montibus vbique occurū
sed alijs partes aliæ sunt obiectæ? Nubes.n.ib
magis consistunt, vbi ventus vix quasi loca ar-
dua superās depellere præterea nequit: cùm a
tem consistant, præmuntur, rumpuntur, imbré
que demittunt.

6 Quam ob causam cœlum purum, & placid
serenum indicat, tempus turbulentum hyem
prænunciat? An propterea, ꝙ hyems aere consi-
stente, spissescenteque fieri solet? ergo cum So
euincit, discernit, illustratque aerem: cum euin-
citur, nubibus obfuscat, atque incrassat. Quòd
constitutio valida hyems continuo luce prim
erumpit, sed si imbecillior sit, nec tamen ex to
to succūbens occasum versus depellitur, quo
consistit, ac inibi manet, eo ꝙ aer terræ proxi-
mus hyeme instante crassissimus est, & mox re
liquus quoque consistit, quoniàm initium, fir-
mamentumq; obtinet stabilitatis, quod suscipe-
re, atque colligere possit, quantum subinde ac
cesserit. Vt.n.in acie conuersa in fugam vno re

sisten-

...nte, cęteri quoque omnes insistunt: sic in ae...iatione fieri solitum est. quam ob rem cito, ...repente interdum fit, vt cœlum nubilum ...datur Cùm igitur occasus est perturbatus, ...stitutionem minime victam esse à Sole diu ...nante firmissime indicatur: itaque plus itẽ ...se consistere consentaneum est. Et quidem ...ius timendum, cũ hyeme prægressa, quàm ...n pòst serenum id accidit, quippe cum illa ra...ne veluti reliquias quasdam restare, ac initiũ ...sistendi oriri videatur.

7 Quid est, quod flatus moueat tropæos, id est ...os versarios, aut reciprocos appellamus? An ...dem ratio est, qua euripi mari reciprocante ...tantur? nam & mare, & aer eatenus fertur, ...atenus profluere licet: deinde cùm obice qua...m amplius pro grassandi licentia his tollitur, ...i terra pergunt ob eam scilicet rem, ꝙ suæ ...otionis, delationisque primordia parum ha...ant valida, tunc reciprocantur, & redeunt.

8 Cur ijdem illi tropæi de mari spirare soleant? ...tum quia mare vicinium est? An quia tropæus ...oegeæ, id est flatui abterraneo cõtrarius est? ...rsarius enim tãquam reuersio abterranei est: ...ippe cùm abterraneus flatus ex terra in ma... profluens sit, cuius reciprocatio versarius est ...que de mari terram versus spirare necessum ...t. An venire inde putandum, quoniam aer col...ctus in mari est, qui illo fluxerat? Sed ratio ...r nec in terram consistat. & reflectatur cùm ...ofluit, ꝙ mare in cauo est, aer autem modo ...quæ ad id fluit, quod cauissimum est.

9 Cur dici solet, Tertia lux nunquam noctur...o aquilone laborat? An ꝙ flatus septentrionis ...mbecilli sunt, cum nocte spirare incipiunt? ar-

gumentum enim non multum aeris esse mot
quod eo tempore spirare exorsus est, quo cal
ris exiguum est. exiguum nanque caloris ex
guum aeris mouet: atqui flatus minimi omn
intra triduum finiuntur: ergo nec is diuturni
esse debet.

10 Cur aquilo crebrius, quàm auster spirat? A
quoniam aquilo parti orbis terrarum habitat
vicinus est? idcirco latere nõ potest, simul eni
ex sui temporibus breuitate & spirat, & adest.
auster, quia è longinquo admodum, nisi veh
mens sit, venire non potest.

11 Cur auster minus hybernis noctibus, quà
diebus spirat? An est quidem Sol noctis etiam
tempore australi regioni propinquus, & noct
ibi tepidiores, quàm dies aquilonem versu
itaque aeris multum mouetur, & nihilominu
quam interdiu. Sed calor dierum vehementio
omnem absumendo humorem, efficit, vt m
nus spiretur.

12 Cur auster canicula oriente, moueatur idq;
ge naturæ certissima fieri soleat? An propter
quòd regio inferior orbis Sole scilicet remo
minus calida est: itaque vapor inde large em
grat, & multi profecto austri spirarent, nisi a
niuersarij prohiberent.

13 An omnibus austris tum orientibus, tum o
cidentibus, aer soleat commutari, sed cane præ
pue? quod quidem flatibus latissime constat, q
eius ortu, & post ortũ sequuntur: quod cũ æst
tunc vigeant, spiritus calidissimos per idem te
pus oriri cõgruum est. Auster autem calidus e
& cum ex contrarijs in contrarium maxima
mutari solitum sit, ortumque canis præui nu
cupati antecedant, qui aquilones sunt, meri
post

t eum auster spirat, quandoquidem assigna- ecesse est, idque austris fieri orientibus. Huic e verbo cum assignari dicimus, subiecta no- fiest, aerem insigniter commutari, & quidem tari flatuum omnia genera in ventos aduer- , aut dextros solent. ꝙ cum aquilo non tran- it in latus dextrum, reliquum est, vt in aduer- a, hoc est, vt in austrum transeat. Quinetiam s post brumam quintusdecimus austrum præ ert, eo ꝙ bruma initium quoddam est; moue que a Sole is potissimum aer, qui brumæ vi- us est: Solem autem tunc ad austrum vergere tum est. Vt igitur cum ortum perreptat, fla- excitat subsolanus, ita cum meridiem adit, stros euocat: nec tamen statim a bruma id fa- , quoniam breuissimas tunc agit distātias, sed intodecimo, quia tempus id modice se habeat primam discessus sensionem: totum enim id mpus pars conspicua est.

14 Qua de causa Orionis exortu dies maxime va- ent, flatusque importuni moueantur? An quo- am in mutatione varia maxime omnia sunt, æ non vno, certoque tempore, motuve, descri ntur: atqui oritur Orion ineunte autumno, oc dit hyeme: ergo quia non vno tempore cōstat, d alio incipit, alio cessat, flatus etiam incon- antes esse necesse est, vt pote cùm ancipiti con- tione proueniāt, quos sibi tempus vtrunq; sor tum est. Et quidem difficilem esse Orionem, & m oritur, & cùm accidit, ex temporis varieta- recte affirmant: turbulentum enim, atque inæ uabilem esse necessum est.

15 Cur aliquo nocte exorsus die tertia cessat? trum quia ex paruo, imbecilliquc initio pro- it, tertius autem dies decretorius est? An quo-

niam vniuersus modo ἐκνεφιῶν, id est procellarũ & nubibus excussorum flatuum funditur, idcirco compendio cessat?

16 Cur plurimi aquilones spirent? An quoniam pars orbis terræ habitata septentrionibus subdita est eminentior, & extra solstitium posita, & niuis plena, quæ nix montibus nonnullis nunquã deest? Cum igitur concret humores tabescunt, flatus magna ex parte oriuntur: is autem aquilo est, qui à septentrionibus mittitur.

17 Cur austri hyeme, atque ineunte vere, atque autumno cessante spirare soleant, vndabundiq; sint, & contortuosi, atque Africæ non minus frigidi, quàm regioni nostrati aquilones? An propterea, quòd Sole propinquo spiritũ moueri necesse est? Sol autem per hyemem austrum versus perfertur, & ineunte vere, desinenteque autumno iam calefacere incipit: æstate contrà, septentriones petit, & loca relinquit meridiana. Calidus autem propterea est, quia spiritus aeri Africæ miscetur, qui calidus est: hinc etiam in mare corrumpens ingentes excitat fluctus, facitq; australem æstatem.

18 Cur auster fœtidi halitus causa sit? An quoniã humida, & calida corpora reddit, quæ maxime putredini opportuna sunt?

19 Cur auster profectus ex mari commodus ijs sit, quorum stirpes terra continentur? nam & Thriasio campo terræ Atticæ auster de mari occurrit. An quoniam refrigeratus accidit? rubigo autem per humorem calidum, alienumque consistere solet.

20 Cur ventus magna ex parte ante Lunæ defectus excitetur initio noctis: cùm defectus medio incipit noctis, medio vero cum mane? An quo-
niam

am calor Lunæ propterea hebetatur, quia cur-s iam proxime est, q defectus exultet? remisso q; calore, quo retentus aer quiescit, rursũ mo ri, ac spiritus reddi incipit.

21 Cur auster non incipiens, sed desinens imbrẽ ferat? Vtrum q aerem cogit è longinquo, quo pacto, aqua exprimitur? cogitur autem postea, àm cœptum est. An quoniam incipiente cali-us adhuc aer est, quippe qui profectus à calido, processu autem temporis refrigeratus in aquã elius consistere potest?

22 Quàm ob causam cũ minor auster est, nubes ullas obducit: maior nubilus, & diuturnior est? trum, vt quidam aiunt, initij causa ita accidat? am si ex minori proficiscatur, liquidus, sudusq; t: si ex ampliori, nubilus, & crassus. An quia mi-or cum incipit, est? itaque non multum aeris cõ eillere potest: sed ad postremum amplificari con ueuit. Vnde illud Prouerbium.

Cum cessat Boreas, cumq; Auster surgere cœpit.

23 Cur tempore hyberno flatus parte veniũt ex-rtiua, æstiuo occidua? An vbi Sol amplius non uincit, aer libere profluit? cum igitur nobis oc-idit, nubes relinquit, quibus fauonij prodeunt: umq; incolis inferioris hemisphærij oritur, spi itum illis parte exortiua producit: contrà cùm arti inferiori occidit, fauonios illis subsolanos obis consectante aere facit. Vnde fit, vt si quem lium ventum occupauerit, augeat, eo scilicet, quod nonnihil adiunxit.

24 Cur afflante fauonio canes vestigia minus ua-eant comparare? An quia plurimum hic ventus confundit, quoniam ventorum omnium conti-nentissimus est, maximeq; terram attingit?

25 Quam ob causam cum stellæ prosiliunt, ven-

ti

ti indicium datur? An propterea quod à flatu feruntur, priusquam ibi, quàm apud nos flatus excurrit? Quo fit etiã, vt vnde stellæ feruntur, huc flatus accedat.

28 Cur nubes maximas fauonius agit? An quia de alto spirat, regioneque maritima nubes per ampla spatia colligit ampliores?

29 Cur venti ad postremum vehementissimè spirant? An quia vbi vniuersi efflarunt, caloris parum relinquitur?

30 Cur si circa æquinoctiũ africus spirarit, aqua fiat necesse sit? An quo loco orbis Sol fuerit, inde soleat spiritus excitari? itaq; pro Solis discursu vicissitudo spirituum agat. Quod cum æquinoctium hyemis atque æstatis confiniũ sit, dum Sol nobis conspectum æquinoctium agit: aut in stum transgressus limitem regioni se dedit hybernæ, accidit, vt venti partis illius vernaculi spirent, quorum primus africus est natura humidus: & cùm Sol partem orbis terrarum hybernã perlustrat, statusque regionis eiusdem mouet euenit vt hyems suis fungatur muneribus: cuius generis imber est. Ad hæc cùm æquinoctiũ, tanquam paribus examinatis viribus hyemis, atque æstatis constet, si alterutris quicquam additum sit, obitus momentum exultabit conspicuum, vt in æquilibrio pondus lanci adiunctum alteri efficit. Quòd cùm africus hyberni ordinis sit, naturaq; humidus, æquinoctio additus, hyemem, imbremque merito affert: imber enim hyems est flatibus familiarissima.

31 Cur auster, atq; eurus, cùm flatibus sibi obiectis calidiores sint, alter aquilone, alter fauonio, aquæ fertiliores sint? quanquam frigor est, qui humorem ex aere depromat. Haud enim quòd

aliquo

iquo nubes hinc pellit, idcirco aqua non pro-
enit. nam & fauonius, & eurus nubes abigit,
uippe qui ex altero pari modo proueniat. quin
iam cęteri omnes vnde spirant, inde depel-
nt. Vtrum quia frigor amplius introrsum cir-
um obsistit, cum calor extrorsum amplius vr-
et? An etiam regio facit, vnde spirant, vt sereni
ustresq; veniant? eurus nanque ex ortu, fauo-
ius ex occasu aduentat. Quinetiam ratio sit, quod
r præcalefactus celerrimè ac plenissimè refri-
eratur, quomodo etiam aqua. igitur euri aer
ortu calidus, austri de meridie fertur: cumq;
igidissimum locum adiere, compendio con-
tescunt, atque in aquam consistunt: magisque
urus aquam agit, quoniam aerem de Solis par
, nec minus calidum ducit. Auster aquam mit-
t, cùm cessat: quoniam aer, qui primus ex ma-
accedit, frigidus est: vltimus autem tepidus ex
rra occurrit. An non id solum causa sit, sed
iam, quòd ad postremum auster crescit? Vnde
lud prouerbium, Cumque auster surgere cœ-
it. At qui frigidiores qui vehementius spirant:
itur qui merito in nubes aerem postea cogit.
n ea ipsa ratio sit cur post, quàm principio fer-
lior aquæ occurrat?

30 Cur venti siccant, cùm frigidi sint? An quoniã
ui frigidissimi sunt, vaporem eliciunt?

31 Sed cur amplius siccent, quàm Sol? An quia
aporem non solum euocant, verum etiam ab-
ucunt? Sol autem relinquit: itaque vt magis hu
nificat, sed minus assiccat.

32 Cur vnus ventorum cęcias nubes ad se vocat?
uod etiam prouerbiũ illud declarat, Vt cęcias
ubes, sic ille opes trahens. cęteri nanque vnde
pirant, inde tantũmodo expellunt. Vtrum ven-

tus aduersus eodem in tempore spirans id facit
An si hoc esset, haud vnquam latere potuisset
etenim spiritus hic suaptè natura circulari line
fertur: ergo cæteri per terram vagantur, hic cœ
lum versus suæ lineæ cauum erigens, non ad te
ram resupinans, suam originem repetit: itaqu
nubes faciles ad se ducit.

33 Cur fauonius serenus, ac iucundissimus vent
rum omnium est? & qualem Homerus flare pe
campos elysios carmine illo duxit:

" *Sed Zephyri assiduè spirant, auræq; salubres.*

An primum, quòd aeris temperiem plenè obt
net, neq; enim calidus est, vt qui, de meridie, o
tuq; spirant: neque frigidus, vt qui de septētri
nibus eueniunt: sed medium frigidorum, & ca
dorum flatum tenet. Quòd cùm vtriusque in v
cino sit, particeps vtrarunque virium euadit: i
que temperatissimus est, & vere maximè spira
ad hæc flatus omnes transire vel in sibi adue
sos, vel in dextros consueuerunt: itaque cum
post aquilonē fauonius spiret, (dexter enim h
est) efficitur adeo tanquam mitis ad immitē,
simul vbi destitit hyems, serenum magna
parte subsequi solitum est. atqui flatus hybern
aquilo est Subsolanus, quamuis inter calidos
frigidos situs, minus qualitatis eorum partice
est. hic enim cùm spirat, flatus uergentes ad a
strum motitat quidem, (istuc enim transferre
solet (sed misceri tamē cum his minime patitu
At vero Fauonius & mouetur ab austro, & ip
cùm spirat, mouet aquilonem: huc enim vsq
progrediens vicissitudo spirituum finem sui c
cuitus facit. Quòd cùm vnus facit alterius fine
alterius initium secum habeat, merito suauis
est, & esse videtur.

Cur

Cur fauonius horis postmeredianis spirare, nõ ane soleat? An quòd Sol magna ex parte vel 34 iẽs, vel occidẽs, author spirituũ est. quotiens. n. rem humidum tepefaciendo percoquit, atque scernit, in spiritum sanè illum extenuat: quòd tantisper acciderit, vt aer spirãtiusculus sit, ma s magisque à Sole vertetur in spiritũ. Quoties itur Sol in exortu est, procul à fauonio abest: c enim ab occaso se promit: & cùm iã occide proximus est, aer omnino extenuatus, discre- sque fluit. at dum confecto meridie pergat ad stmeridianum, tãtisper ad aerem tepefacien- m, discernẽdumque modice admodũ habet. bsolanus quoque ob eam rẽ mane spirare in pit: aerem enim, qui supra terram sublimis im ndens nocte humefactus, solo sui ponderis ra one appropinquarit, Sol mane discernens pro- mum sibi excitat primum: qui autem ex Sole iente spirat, subsolanus hic appellatus est.

Cur Sole se attollente, spiritus & sternuntur, augentur. An quia spiritus vel aeris, vel redun 35 ntis humoris commotio est: quæ vt cùm par- est, compendio à Sole consumitur: itaque nul s spiritus inde existit: ita cùm magna est, Solis ortu amplior redditur. Sol enim author, & pa- ns motuum est.

Cur fauonius horis postmeridianis spirare so it. An quod spiritus omnes, Sole humorẽ dif- 36 ndente proueniũt: humor enim, qui ante hac ncrescebat, tabescit, cum vis caloris in pro- nquo est: itaque spiritum mouet, atqui fauo- us de occasu spirat: recte igitur postmeridia- s exoritur: tunc enim Sol eius ad locum acce- r.

Cur aquilo, & auster sæpessime spirant. An qa 37

contra-

contrarium à suo contrario, è directo scilicet op-
pugnatum minime edurare potest, sed ex latere
potius aduersam vim tolerat? auster vero, & aqui-
lo ex cursu Solis lateribus spirant, cęteri aduersi
potius occurrunt.

38 Vtrum spiritus fonte quodam emergat, quem-
admodum aqua, supra quem fontem efferri, ne-
queat, an non. Et vtrum vno ex puncto, an ex
loco profluat ampliori. Sunt certe nonnulla in
aere, quæ vel in aqua accidere pari ratione vide-
mus: quippe cùm aqua per prona ocyus fluat,
quàm cum in planis atque æqualibus stagnat:
hoc enim & spiritus faciunt: nam locis editis, at-
que excelsis aer assidue mouetur, cauis è contra-
rio sæpe quiescit & consilescit. Ad hæc, super ex-
celsissimos montes spiritus nulli excitantur, vt
super Athon, ac reliquos generis eiusdem. indi-
cium, quod quæ reliquerint, qui anno superio-
sacrificarunt, posteriori incorrupta comperiri
affirmant. Constat igitur spiritus quoque pro-
lationem veluti ex fonte quodam actitari, supra
quem nihil præterea efferre se potest: Vnde fit
vt locis excelsis, quod modo diximus, accidat:
quod idem datum etiam aquæ putauerim. ne-
enim aquam vehementem, nec spiritum rapi-
dum locis excelsis fieri nouimus.

39 Cur austro spirante cęruleum mare fiat aqui-
lone obscurius, atriusque? An propterea, quod
aquilo minus mare perturbat? omne autê quod
tranquillius est, atrum esse videtur.

40 Quam ob causam austri cum leuiter spirant
nequeant nubilare: cum intente nimirû queâ-
An quoniam cum leui er frequentiam nubiu
agere nequeant? itaq; breue sit, quod obduci n-
bibus possit. at vero vbi excreuerunt, multas d-
pellunt.

llunt. itaque amplius obnubilare videntur.

Cur aquilo vt magnus incipit, ita paruus de- 41
fiat: auster contrà, vt paruus incipit, ita ma-
gnus cessare soleat? An quia nobis aquilo in vi-
cino est, auster longe abest? Alter igitur vbi pri-
mum ex ortu est, nos occupat: alter suo disper-
so principio, vtpote diu pertracto exiguus ad nos
primum deuenit: ad finem alterius sentimus, al-
terius minime. Itaque merito alter imbecillus,
cum cessat, est, (omnium nanque finis imbecil-
lis est) alter validus. finem enim istius nihil præ-
terea sentimus.

Cur versarij, qua mare sinuatur, reflare soleāt: 42
qua porrecta, pansaque maria sunt, reflare non
possint? An quoniam flatus in sinum interrum-
pens nihil distrahitur, imò magna parte vniuer-
sus perfertur: at in dispalatis, porrectisque ab-
straneі, & protinus magis distrahuntur, & in-
ter profluendum hac eadem re patiuntur: quo-
niam nihil obsistit, quo minus multas in partes
abruant. Versarius enim non nisi reflexus ab-
straneus est.

Cur dici solet. 43

Cum cessat Boreas, cumq́, Auster surgere cœpit: ,,

An quoniam boreas, quod nos ei subditi sumus,
orbisq; habitata terræ vergit ad septentriones, in-
stantus protinus accidit: qui, pe qui statim cum
ortus est, adest. auster, quod ex longinquo ad nos
peruenit, non primum, sed post in entior est?

Cur spirantibus austris homines grauiores, 44
inualidioresque sese redduntur? An propterea
humor corporis flatus eius calore tabescens,
multus ex pauco redundat, atque hum r gra-
uis leui ex spiritu consistit? quas ob res vires ho-
minis debilitari necesse est.

45 Cur spirantibus aquilonibus cibi auidiore sumus, quàm austris? An propterea quòd aquilones frigidiores sunt?

46 Cur auster oris terræ Aegypti non afflat, ne interius iter diei, ac noctis: super Memphim v vel iter diei ac noctis ingenuus spirat: nec ver occasum versus iter duum dierum, totidemqu noctium adit: exortum autem versus africi i citantur: An quoniam terra Aegyptus caua s cundum partes suas interiores est, superiore semotioresque eminentior? hinc enim auste vt caua intacta supergredi, sic excipi ab em nentioribus potest.

47 Cur auster paruus oritur, magnus desistit: quilo contrà? Vnde prouerbium illud: Secund nauigationi delegatum est,

48 *Cum cessat Boreas, cumq; Auster surgere cœpit.* An quòd ad septentriones potius, quàm ad m ridiem positi sumus? aquilo autem ex septētr nibus spirat, auster ex meridie? merito alter tim cùm ortus est, vehemens proxima sibi lo inuadit, post deinde suam vehementiam loca transfert remotiora: alter è contrario h mines meridie incolas inter initia vrget, post bi præterijt, ingenuùs ad nos venit.

49 Cur dici soleat,

Fit glacialis hyems, Boream si duxerit Auster? An quod auster talis est, vt nubes large, & aq colligat? Cùm igitur boreas tali temporis co ditioni superuenit, gelu indurat, hyememq; e ficit. Vnde celebre illud est,

50 *Offendente lutum Borea, mox terra gelascit.* Lutum enim, & omnino aquam ab austro v maxime, vel sæpissime fieri palam est.

51 Cur post austrum cito aquilo spirat, post aq lonem

nem non cito auster? An quoniam alteri ex opinquo, alteri ex longinquo veniendum est, uippe cùm sedes nostra aquilonem versus po-ta sit?

52 Cur flatus frigidi veniunt, cùm caloris com otione oriantur? An motionem à calore pro ctam calidum esse necessum nō sit, nisi modo uodam prodierit? Nā si vniuersa interrumpit; lida est: sin per angustum, paulatimque extin uitur, nec ipsa calida prouenit: & aer, qui inde ommotus est, talem efficit motum, qualis ipse æfuerit: quomodo etiam eodem de corpore odo calidum, modo frigidum posse spirari in-uiunt. Sed id verum nequaquam est. semper e-im quod exit, calidum est: cuius indiciū, quod le proprius admouenti percipitur: sed inte-st, quo prodierit modo. Nam si multo post ante ore emisimus, calidum idcirco videtur, uoniam sentire id possumus: sed si per angustū trudamus, calidus profecto extrictum aerem bi proximum impellit, atque ille sibi cōtinuū. d quòd aer frigidus est, motio eius quoque igida profluit. Nunquid igitur in flatuum quo ie ratione hoc idem eueniat, sitque per angu-um prima eorum motio, cùm aer priore prola subinde alius affluat? Quapropter hyeme fri di, æstate calidi oriūtur, eo scilicet, quòd talis orum tēporum aer præest. nec enim à se ipsum rem moueri, neque à calore cōuictum eo mo-proferri constat, non solùm quòd calore am-iori contento spiritus calefaciunt, verū ꝙ sur-m etiam efferuntur. Ignis enim natura huius-modi est: frigidum contrà deorsum ferri aptis-num est. Spiritus aūt merito in latus se vertūt: m enim alterum sursum, alterum deorsum

versus nitatur, & neutrum alterum superet, nec fieri possit vt maneat; oblique proferri necesse est.

51 Cur austri frigidi in Africa sint, vt apud nos aquilones? Primum, quia vt nobis aquilonum origo, sic Africæ austrorum propior est. Nam si, vt dictum est, flatus per angustum extrudi solent, propioribus certe frigidiores occurrent, propter vehementiam sui motus, quam diffundi, hebetarique necesse est, cùm se longius protrahit: qua de causa aquilones frigidi apud nos sunt: colimus enim propius, imo iuxta ipsos septentrones.

52 Cur austri sicci, & aquæ omnino expertes febres contrahant? An quoniam humorem calidum alienum in corporibus creant quippe qui natura humidi, & calidi sint? quæ quidem qualitates febrificæ sunt? febris enim earum consistit exuperantia. Quoties igitur per Soli ardorem omni viduati humore spirant, habitu plane huiuscemodi sunt: at cùm vnà veniunt cum aquà, refrigerari nimirum aquæ ipsius beneficio possunt.

53 Cur flatus anniuersarij eodem tempore, atque modo afflare semper soleant: & cur desinente die desinunt, noctuque non spirant? An quidem ipsum, quoniam nix liquefieri cessat Sole, cùm vesperascit, totamque noctem manet indomita? omnino autem spirandi tempus tunc est, cùm Sol vincere, atque resoluere glaciem ad Aquilonem positam cœpit. cùm igitur incipit, præuij appellati spirant; cum iam amplius resolutum est anniuersarij.

54 Cur fauonius ventorum omnium lenissimus & frigidissimus est, duobusque temporibus maxim

ne spirat, vere ac autumno, cumque vespe-
scit, potissimumque terram attingit? An le-
ui, quia ex mari campisque planissimis spirat?
rigidus tametsi minus, quàm Aquilo est: quo-
um aqua inflata, non niue spirat: cœteris
men frigidior est, quia vel post hyemem, So
ideo nuper reuigente, vel autumno, cùm
il amplius non viget, spirare incipit. Vicinius
m maxime terræ afflat, quòd è directo, nulla-
e aduersante vi ex mari ad terram transit:
ud enim vt per terram materia obsistente ar-
tur, sed libere quoquo versus vagatur, quo-
am humorem perreptat, & æquabili quoque
cursu hac eadem de causa profluit. Non etiã
montibus, neque niue per vim tabescẽte: sed
nquam per fauces expedite profunditur:
rs quippe ad Aquilonem, aut ad austrum ver
ens, montosa est: occasum versus nullus
ons, nulla terra est, sed mare Athlanticum
atiatur. itaque efficitur, vt terræ proximus,
que sibi æqualis permaneat. Spirat, cùm ve-
era prope est, loci ipsius ratione: tunc enim
ol proxime ad locum accedit, vnde fauonius
ritur. Noctu quiescit, quoniam tunc Solis mo-
o deest.

55 Cur euro spirante omnia maiora videantur?
n quoniam eo flatu aer obscurior, caliginosissi
nusque reddatur?

56 Cur tempore hyberno flatus de ortu spirare
nane, æstiuo de occasu post meridiem consue-
it? An propterea quòd flatus, qui nobis æsti-
o veniunt, hyberno his spirant, qui opposi-
um terræ hemisphærium tenent? Nobis au-
em hyberno mane, atque de ortu spiritus ve-
niunt: quod prahumidus noctis aer discerni-

tur, moueturq; mane à Sole atq; is primis, qui proxime Solem est: quod ēt ante suum exortum Sol agere potest, ex quo auræ spirare non minus ante Solis exortum solent. Ergo cùm Sol humores ad se attrahat, moueatq; ante suum ortum aera, qui per hyemem humidus apud nos est, constat vel ad se posse attrahere, cùm inferius hæmispherium inspicit, idq; post meridiem ibi efficere quod tempus nobis antelucanum est. Quamobrem accidit, vt aer qui ante ortum hinc Sole attrahitur, Fauonius inferis fit, aspiretq; postmeridianis: itaq; flatus hyemis nostræ exortiuus nobis, postmeridianus illis est: & nostræ æstatis nobis postmeridianus, illis exortiuus accedit. æstas enim apud illos est, cum apud nos hyems: nostrumq; postmeridianum, illis antelucanum est: quo illis auras exortiuas, nobis Fauonios aspirare prædicta euenit ratione. Nihil de ortu per æstatem spirare solet, eo quòd Sol ad aera sedis nostræ ficciorem exoritur: parum enim temporis abfuit. Fauonij post meridiem nulli per hyemem adspirant, ꝙ exortiui eodē tempore nulli inferiori hemisphęrio flare ob eam, quam modo diximus, causam possunt. Sol enim humore inde ad se attrahens, nobis Fauonios præstat.

57 Cur Fauonius illustris, serenus, atq; grauissimus ventorum omnium est? An quia medium calidorum & frigidorum flatuum tenet, vicinusq; illis oriēs particeps qualitatum generis vtriusq; euadit, temperatusq; proinde accedit? Subsolanus quamuis inter eosdem positus sit, minus tamen communem se exhibet: hic enim mouet quid cùm spirat flatus, qui austrum versus spectāt: eos nanque trāsire solitus est, sed misceri his nescit. At vero Fauonius & mouetur ab austris, & spirans

rans

ns ipse agitat aquilones. istuc enim vltimus irandi circuitus ducitur. vnde cùm idem in se terorum finem, alterorum initium contineat, re gratissimus & est, & esse videtur.

Cur venti alij locis alijs imbrẽ afferant? verbi usa, hellespontias terræ Atticæ, insulisq; vicis aquilo Hellesponto, atque Cyrenæ: auster esbo. An vbi frequentia nubium, inibi imbrem puenire necesse est? ibi enim frequentia cogir, vbi assidere nubes, arcersiq; est: itaque mõtis magis, quàm planis pluit: ergo apud Hellespontum aquilo multas desuper nubes compel-: quod idem ad Atticam, multasq; vicinas Hellespontias, quasi iam conditam nactus materiẽ ficit: quippe cùm copia larga cõgesta ab aquine sit. Lesbo eurus, atque auster nubes affatim c alto adducunt, atque in hunc modum vel de cteris cogitare par est. 58

Cur dici solet, 59

auibus hyberno ventos dat terra secundos,
unc mare fert sæuos: calidi sub mensibus anni,
erra dabit sæuos, ponti feret vnda secundos.

An quoniam mare per hyemem calidius est? aque si quid in eo consistit, initio constitisse va diori certum est. nam si inualidum esset, facile aris tepore absumeretur. At per æstatem mare igidum est, spiritusq; maritimi omnes frigent: rra è cõtrario tunc calida est. quare si quid ex rra tunc fertur, primordio id constitit amplio , nam si exiguum, imbecillumque esset, facile lueretur, & euanesceret.

Cur apud Arcadiam, qui locus excelsus est, 60 atus nihilo frigidiores, quàm cæteris locis senantur: & cùm flatus silet, cęlumq; nubilũ est: rigor perinde, atque in planis palustribus oria-

60 Cur apud Archadiam, qui locus excelsus est, flatus nihilo frigidiores, quàm cœteris locis sentiantur: & cum flatus silet, cœlumq; nubilum est: frigor perinde, atque in planis palustribus oriatur? An quòd Archadia non dissimilis palustribus est: aquarum enim confluentium nullos in mare exitus habet? quapropter fauces, hiatusque precipites ea in terra numero amplio ri sunt. Cùm igitur ventus spirat, vaporem or- tum ex terra frigidum auertit, & reicit: flatus au tem ipsi frigidi propterea esse nequeunt, quia ex mari deueniunt. Spiritu tamen silescente, vapor de aqua stagnante libere ascendit, atque re- frigerat.

61 Cur si ventus mane inceperit, edurare am- plius possit? An quoniam Sole oriente impetus fit vehementissimus? idcirco protrahi longius potest. indicium, quòd constitutio facta præ- ualida est.

62 Cur Aquilo interdiu spirat ingenuus, noctu desistit? An quòd imbre gignitur congelato cùm Solis calore respirandum est? ergo ster- nitur noctu, quia Sol abest, qui gignendi cau- sa est.

63 Cur flatus futuri indicium datur, cum per aerem multæ feruntur araneæ? Vtrum quod a- raneus suo fungitur opere, cùm cœlum sere- num est? feruntur autem fila, quoniam refri- geratus aer in terram corruit: refrigeratio ver hyemis primordium est, itaque indicium fit ill aranearum perlatio. An quòd post imbres, atq hyemes araneæ vniuersim feruntur? opus e- nim suum araneus tunc exequitur, cùm cœl serenum est: & occulit se impatiens frigoris cùm hyems vrget, tractusque à flatu, nimium

eruit

eruit filum: post imbrem autem flatus magna ex parte oriri solitum est.

Cur locis frigidis Aquilo per hyemem vehemens spirat, & vt proxime nubilus, sic transuersum liquidus fertur, atque illustris? An ratione, qua frigidus, eadem etiam vehemẽs sit? quòd tamen è propinquo frigidior est, occupat, priusque nubes gelu indurat, quàm repellat: quæ induratæ pondere suo obsistunt, & manent. transuersum autem vehementia sua potius, quàm frigore agit. 64

ARISTOTELIS PROBLEMATVM Sectio XXVII.

Eorum, quæ ad metum & fortitudinem pertinent, cuius quæstiones. X I.

ARGVMENTVM.

De fortitudine, & metu differit Aristo. ac de metu probl. 1. 7. quærit, aut qui metuunt, tremunt. Et probl. 2. cur aliqui sitiant. Et probl. 3. pallidi. Et proble. 6. 7. cur voce, manibus, & labro inferiori tremant. Et proble. 8. cur frigent, & sitiunt. Et proble. 9. cur silent. Et probl. 10. cur aluus fundatur, & vrinæ libido lacessat. Et prob. 11. cur testiculos contrahunt. De fortitudine verò quærit. prob. 4. cur homines fortes magna ex parte vinosi sint. Et proble. 5. cur fortes a Rep. honoribus afficiantur.
Eorum, quæ ad oculos pertinent: cuius quæstiones XXXI.

ARGVMENTVM.

Disputat Arist. de his, quæ ad oculos pertinent. ac primum quò ad naturam oculi, deinde quò ad alia. Quærit igitur prob. 2. cur uno oculo exquisitius cernatur, quàm duobus. & prob. 4. cur altero apprehenso, alter constantius cernat. & prob. 10. cur uno uidere oculis impatibilius sit. & prob. 1. cur oculo perfricato sternutare cessamus. & prob. 3. cur irati oculis erubescāt, non idefacti auribus. & prob. 15. cur cæci a natura calui non fiant. & prob. 6. 12. cur oculi prominentiores à fumo infestantur magis. & probl. 7. cur utrumque aspectum simul diuertere dextro, & sinistro uersus. & proble. 8. 15. cur lusciosi litteras minutas scribunt. & prob. 9. cur post lippitudinem acutius uideat, & pro. 1. cur destracta conspectum societate res una gemina ri ui-

ri uideatur. & proble.12.13.19.30. cur sensus uel ui-sus, uel auditus non sint præstãtiores sinistris. prob.14. cur exercitatio corporis sit incommoda acumini oculorum. & prob.16. cur lusciosi coniunctis palpebris uideant. & probl.17 & 18. cur non res una geminari uidetur, cum in latus oculum uertimus. & probl.20. cur uisus recreatur uiridibus. & prob.21. cur rectã uersui uirgulam unis litteris admouentes inspicimus exquisitius. & probl. 23. cur oculus solus omnium membrorũ non uigeat. & prob 24. cur lachrimæ merentium sunt calidæ, laborantium frigidæ. & proble.25. cur oculus sinister, expeditius, quàm dexter contrahit. & probl 26. cur senex & luscinus alter proximè admouet. alter procul abduxit, & probl. 27. 28. cur oculus hominis deprauetur per limitatẽ. & prob.29. cur manu prã lucerna, aut sole obiecta melius inspicimus.

1 CVR oculo perfricato sternutare cessamus? An ob eam rẽ humoris respiratio moueatur? lachrymam.n. oculus perfricatus emittit: sternutum humoris copia excitatur. An quia plus caloris minus corrũpit, absumitq;? Oculus autẽ perfricatus plus caloris sibi acquirit, quã nares contineãt: quamobrem etiam si quis nasum perfricuerit, ipsum sternutamentum desistet.

2 Cur uno oculo exquisitius cernitur, quàm duobus? An quia plures motus duobus, quàm vno excitãtur: quemadmodum oculis peruersis multiplicem agitari motum certum est? ergo duorum vnus motus non est, vnius vnus & simplex est: itaque efficitur, vt exquisitius vno, quàm duobus cernatur.

3 Cur homines irati oculis maxime erubescũt pude-

defacti auribus? An qm̃ oculi refrigerantur eo
n quos puduit? pudor.n.in oculis est, nec respi
re ualent, quos pudor tenet. & timor quoq; re-
geratio loci eiusdem est. calor aũt in partem
nsit aduersam, quæ posterior est: aures vero sa
ex aduerso positæ sunt: itaq; pudore maxime
ubescunt. Iratis porrò præsidium in eã partem
iquam violatam transmittitur, quę & sensu, &
otu facilius est: nam & in metuẽdo calor eam
sam maxime deserit.

4 Cur altero oculo apprehenso, alter cõstantius
rnat? An quia oculorũ initia ex eodem depen-
ent? cum igitur alter mouetur, cõmune quoq;
ud mouetur initium; quo mouente, alter etiã
culus moueatur necesse est. quamobrem altero
pprehenso, uis illa communis tota alterum mo
ebit: itaque plenius contendere poterit.

5 Quã ob causam qui cæci ab ortu naturę sunt,
lui nũquam efficiantur? An quia humor cum
dundat in capite, oculos uehementer infestat?
ua de causa quibus fluctiones oculos vrgent, ve
as temporum ferro candente Medici tangunt,
uo humoris foramina obcæcantur, atque spisse
cant, & caput quoque dissecta cute, obscalpere
onsueuere. Cum igitur humor excrescens, va-
ansque in capite, oculis detrimento sit; fieri po-
est, ut minus humoris in caluaria ob id ipsum
onsistat, quia magna parte lapsus in oculos est:
t cum excrementis humorum, materiaq; inutili
apillus proueniat, (quæ quidem in capite cæco
um ab ortu naturæ large redundant) merito
unquam isti calui efficiuntur.

6 Cur homines, qui oculis prominẽtiorib. sunt,
nagis à fumo infestãtur? An quia fumus citissi-
me oculis protendentibus incursat?

Quam

7 Quam ob causam vtrunq; aspectum simul di-
uertere dextro,sinistroq; versus,& ad nares de-
mittere, atque etiam alterum dextrorsus sini-
strorsusque deducere possimus: vtrunque vero
seorsum,alterum sinistrorsus,alterum dextror-
sus simul distrahere nunquam possumus?Quin-
etiam deorsum, sursumque haudquaquam ita
conuertere licet,quamuis facultas simul dimit-
tendi in idem detur, vt dictum est? An propte-
rea, quòd quanquam duplex aspectus sit,ex ea-
dem tamen origine,æquo modo nexus,aptusq;
dependet? vbi autem ita est, quoties alterum
extremum mouetur, reliquum consequatur eo-
dem necesse sit:alterius enim extremi principii
extremum reliquum est. Quòd si res vna simul,
ac eodem in tempore nunquam in partes ad-
uersas moueri queat, nec aspectus ita moueri
poterit:quippe cùm ita committatur, vt extre-
ma in partes moueantur aduersas, siquidem al-
ter sursum,alter deorsum mouebitur, initium-
que sequi vtrũque necesse sit, quod impossibile
est.Oculorum vero limitas euenit, quia globi co-
tinentur principio quo & sursum,& deorsum
& latera versus lubrico sese vertere possint. Cu
igitur ita positi sunt, vt situ inuicem simili re-
spondeant,atque medium teneant, mouendi si
se sursum.deorsum,latusque versus eodemque
in puncto sibi pupillam habeant; tunc situ inte-
gerrimo constant,præcipueque mobiles circum-
aguntur.at qui eodem in puncto pupillas conti-
nent, limiquidem non sunt, discrepare quan-
quam inter se possunt:& alijs parte alba retra-
cta, nigræ nonnihil occulitur modo eorum qui
sternutaturi sunt: alij in angulum exteriorem
nigra conuellitur, vt furiosis:alijs in interiori

nares

res versus incumbit, vt tragicis, laruis homi-
busque acerbis, seuerisque: sunt enim contui
graui, cogitabundoque. Quoties vero situ dis
mili globi positi sunt, sed puncto eodem radij
ofluunt, aut situs similis est, sed punctum non
em, limis oculis hominem esse necesse est. ita
ne hic suspicit, & oculos contrahit: globum e-
m eundem in habitum collocare conatur, at-
ue alterum firmum continet, alterum agitat.
aud enim fieri potest quin limus sit, qui non
odem de puncto radios depromat, quippe qui
motum contuendi principium habeat, perin-
e ille, cui res vna geminari oculo suppresso vi-
etur. Ergo si oculus sursum dimotus est, termi-
us inspiciendi deorsum est: sed si oculus lapsus
eorsum est, terminus sursum habetur. Oculo
men vno situ suo dimoto moueri quidem res
sa sursum, deorsumue ob idipsum videtur,
uia pupilla ita se mouet: sed geminari haud vn
uam videri potest, nisi duplex conspectus sit,
eruertaturque ratio videndi. ita fit, vt straboni-
us res eadem geminari videatur. causam situs
abet, eo scilicet, quòd oculus non suo medio
exus, locatusque est.

Quamobrem qui cognomen lusciosi habue- 8
unt, literas minutas scribere consueuerunt? mi
um enim, vt qui obtusis sunt oculis, rem faciãt
uam eorum facere interest, qui acumine va-
eant oculorum. Vtrum quia proxime posita ma
gna esse videntur: illi autem oculis proxime ad
notis scribere solent? An quia contractis palpe
ris scribant? fit enim per imbecillitatem: vt
i laxatis, diductisque oculis scribant, aspectus
istractus, passusque heberescat: si adductis &
conuenientibus, vniuersum depromptus acu-
tius

tius videat. Quòd tamen angulum informat exiguum, efficit necessario, vt exiguæ literæ scribantur.

9 Cur nonnulli post lippitudinem acutius uideant? An quia purificati oculi sunt? fit enim sæpe, vt exterior densitas pupillæ aciem arceat: quæ lachryma emissa laxatur, atque resoluitur. quamobrem prosunt interdum, quæ mordent, lachrymam euocãt, vt cepe: obsunt, quæ tãtummodo assiccant vt origanum.

10 Cur vno videre oculo impatibilius sit? An qu minus animo, qui ita cernit, afficitur: quo fit, u minus affectionis contrahatur?

11 Cur distracta conspectuum societate, res un geminari videatur? An propterea quòd ocul vtriusque radius nõ ad punctum idem deuenit ergo quod bis noster animus inspexit, inde gem num se inspexisse existimat. Proximum euenit cum digitos mutatis vicibus implicamus, itaque aliquid tangimus: duo nanque sentimus, eo q vnum bis tangimus.

12 Cur sensus dextri nihilo sinistris præstãtiore sint, cùm in cæteris omnibus dextra sinistris cõ modiora habeamus? Vtrum ex consuetudine it fiat? statim enim cùm nati sumus, vtrunq; sen sum exerecre incipimus. Pars aũt dextra exerci tatione insuescere, inque frugem euadere me liorem vr. effici nanq; vtrinq; dextri per consu tudinem possunt. An quia sentire effici est? par autem dextra præstantior propterea est, ꝙ effic cior: & affici peruicacior, quàm sinistra est.

13 Cur in cæteris dextra suis sinistris p̃stantior sunt, sensus nullus dexter suo sinistro ĩterest? A quia parte sentiendi vtraque pariter uti à prim natali diç consueuimus? Adde tamen quod ra

tio

sentiendi affectio quædam est: dextrarum au
n partium differentia in efficiendo, non pa-
ndo sita est.

14 Cur exercitatio corporis incommoda oculo-
m acumini est? An quia exercitatio sangui-
m efficiat licciorem, sicut etiam reliquum cor
s? siccitas autem totam cutem indurat: ergo
eam, qua pupilla integitur. Quapropter homi
s natu iam grandes obtusius vident: oculi nan
e senum tunica dura, simulque rugosa tegun-
.itaque vis illa conspiciendi cooperitur, & de
scit.

15 Cur homines luscij cognominati, qui obtusè
ent, literas scribere minutissimas possint, cũ
n minutam perspicere illi valeant, qui acumi
oculorum præstant? An quia conspectu sunt
becilli, palpebras contrahant in angustum?
m enim radius profluit vniuersus, acutius ex-
rare potest: contrà laxo, diductoq; oculo, dif-
nditur ob eamq; rem habetascit. Ergo imbecil
s facit, vt palpebras contrahant in angustũ,
um ex angusto inspiciant, exiguam magnitu-
em videant, quantaque vident, tanta perscri-
nt necesse est.

16 Sed cur ijdem illi contractis palpebris videãt?
propter sui conspectus imbecillitatem? Vt e-
n manum rebus sepositis admouent, sic palpe
as iuxta positis, perinde quasi manũ adijciunt:
od sanè faciunt, vt radius per locum sese de-
mens angustiorem, congestior profluat, ne
tinus ex patulo proficiscens distrahatur. vi-
t autem is acutius, qui frequentior, collectior-
e prodiderit.

17 Cur nõ res vna geminari videtur, cùm in latus
ulum vertimus? an quia conspiciendi primor-

dium eadem item in linea situm est? nunc enim res geminari videtur, cũ illud mutatum sursum deorsumve est. in latus uero nil refert, nisi un etiam sursum moueat.

38 Cur in rõne videndi tantùm fieri possit, ut res una geminari uideatur, si quodammodo inui cem oculi locentur: in cæteris sentiendi gene ribus fieri identidem nequeat? An etiam in rati ne tangendi, cum digitos mutatis uicibus impli cauimus, fit ut res una duæ sentiatur? in cæter hoc idem fieri nequit, quia cætera membra, qu bus sensio administratur, neque foras uersus d ducta, neque binatam inter se apta, colligataq suo funguntur officio. Fit ita in ratione uide di, eadem de causa, qua in tangendo perplex ut dictum est, digitis, tactus enim uisum æmul tur, & sequitur.

39 Cur oculus sinister nihilo imbecillior est, si æquo modo, atque dexter uidere potest, cum reliquæ corporis partes omnes sinistræ inua diores, quàm dextrę sint? An quia pars dext in eo discrepat à sinistra, quòd efficacior est, n in eo, quòd affici aptior? Videndi autem ui non ut afficerent, sed ut afficerentur compara a natura est.

20 Quam ob causam cum cæteras intuimur r cõspectus noster fatiscit, atq; deterior redditu cum ad uirides, & herbescẽtes inspicimus, ut c ra, cæteraq; his similia, recreatur, meliorq; eu dit? An conspectu in alba, nigraue intendere n nime possumus, propterea ꝙ utrunque id gen coloris uidendi uiribus officit? colores auten illi, quibus oculi acquiescunt, medium albi, grive obtinent: itaq; aspectus cũ mediocri le que obuio afficiatur, nihil debilitatur, imò u

corro-

roboratur, atque reficitur. At forsan quemadmodum cum corpora nostra uehementer laborant, deterius habent: cũ mediocriter, optime afficiuntur. ita etiam oculi cum ad res solidas contendunt, laborant, lassanturq; cùm ad humidas, lesque, ꝙ nihil sibi obstat, passi oberrant, & ntia perliquescunt: cũ ad virides, quod istæ solidæ mediocriter sunt, ita satis humoris cõnt, neque vllo detrimento afficiuntur, & ad norandum in hisce amplius innituntur, eo d coloris huiusmodi habitus modice se con tui offert.

ur cætera melius vtroq; oculo cernimus re- 21 n versuum virgulam uni literis admouentes picimus exquisitius? An qa radij oculi vtriusnon sine perturbatione in idem concidunt, thores conspiciendi rationum affirmant? ue cùm uno inspicimus, & rectum conspen, tanquam regulam melius quòd rectum deprehendere, iudicareque habemus.

ur fumus oculos potius infestat? An quia in- 22 issimi sunt? infirmissima nanque omnia, quę ori inserta occuluntur. indicium, ꝙ acetum, uodque acre carnem non exteriorem, sed riorem demordet. An quia laxiores, refertimeatibus sunt? conspectus enim per quosmeatus protruduntur, & excidunt. itaque d his mordacissimum est, cæteris corporis ibus obuium subire densiora non potest, sed ceptat, & decidit. æquo modo & cæpe. & quę que talia oculos mordent. Oleum omnium ime humorum id facit, quia tenuissimum dob eamque rem meatibus se expedire insi: acetum reliquis partibus corporis pro me mento est.

23 Cur oculus solus omnium membrorum nō [...]geat, cum infirmissimus sit? An q̄a optimus e[...] nec carnis quicquā in se continet? quod autē t[...]le est, securū manere à frigore pōt. Haud enim audiendi sunt illi, qui propterea rigere ocul[...] negant, quia vis illa conspiciendi ignis est. n[...] enim talis in oculis ignis est, vt calefaceret u[...]leat.

24 Cur lachrymæ, quas mœrendo emittimus, [...]lidæ sunt: quas oculis laborando frigidæ? An frigidum, quod incoctum, crudumque est: c[...]dum, quod concoctum? Languorum autem o[...]nem ex cruditate proficisci nullum dubium [...] quòd cùm lachryma cruda eorum sit, qui va[...]tudine oculorum laborant non immeritò fri[...]da est. Hinc Medici sudorem frigidum argum[...]tum grauis esse morbi existimant; calidum c[...]trà decretorium esse, & salutarem, cùm enim [...]cans materia multa est, satis à calore inter[...] concoqui minime potest. itaque frigidam es[...] necesse est, cum pauca est, plene à calore v[...] concoquitur: morbos autem copia uacantis m[...]teriæ confici certum est.

25 Quare cum partes corporis nostri dextræ [...]biliores sint, oculus sinister expeditius, quà[...] dexter contrahitur? An propterea, quod om[...] sinistra dextris humidiora sunt: humidiora a[...] contrahi plenius possunt? An dexter ampliu[...] ficere possit: sinister uel ex se, ut humidior, o[...]quentior sit?

26 Quam ob causam cum & senex, & luscius [...] imbellicitatē parum oculis ualeant, alter pr[...]me admouet, si quid inspicere vult, alter pr[...] abducit? An quia dissimilis eorum imbecil[...] est? Senex enim quia uidere non potest, ubi [...]

n[...]

radij coeunt, rem videndam eo abducit, vbi
rus maxime est: procul enim coire radij so-
.Lusciosus ille videre quidem rem isthic po-
, sed quænam rei cōspectæ caua sint, quæ ue
edant, discernere nequit. itaq; ī his fallitur:
a quippe, & excedentia splendore discerni
xime possunt: quem quoniam procul perci-
e, quemadmodum rei, obuiæ ingrauat, ne-
ant proxime adducunt.

27 Cur homo solus, ant certe maxime animan-
m omnium oculis deprauetur per limitatē?
quia uel solus, uel maxime comitiali morbo
tenera ætate laborat, cum deprauari omni-
s accidit?

28 Cur vni animantium homini transuerti, de-
uari per limitatem oculi possint? Vtrum, ꝙ
ulos minimo interstitio discretos, è directoq;
itos homo habet, perspici idcirco menda in
maxime possit? An quia cæterorum, animan-
m oculi unicolores maxime sunt: nec depra-
tio sequeretur, si uno quolibet colore prædi-
oculus esset? An quia solus ex omnium ani-
ntium genere morbo comitiali capitur: quod
nus morbi transuertere oculos, sicut cætera
am membra potest, nonnullis tamen, ut sero
morbo uexari incœpere, sic lumina sero de-
uantur.

29 Quam ob causam manu præ lucerna, aut Sole
iecta melius inspicere possumus? An quia lu-
rnæ, Soli suę lux nostris occurrens luminibus,
ddit suam ob nimietatem infirmiora, quippe
æ rem etiam sibi cognatā interimere præ sua
ssit exuperantia? at vero manu ita arcēte, nec
minū acies affici potest, & res uisui obuia ni-
lominus in luce posita est, unde fit, ut & acies

plenius agit, & res inspectanda nihilominus ui deatur.

30 Cur manus dextra & pes dexter à suis sinistris differunt, oculus & auditus nullo discrimine distant? An quia immista, synceraque elementa susque deque sunt, discrimen uerò situm in his est, quę elementorum coitu constant? sunt autem sensus isti sinceris illis, immistisque: uisus scilicet ex igne, auditus ex aere.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM Sectio XXXII.

Eorum, quæ ad aures pertinent: cuius quæstiones XII.

ARGVMENTVM.

Differit Arist. de his, quæ ad aurem pertinent. & imò prob. 12. cur in pudore rubescũt. & probl. 2. 11. cur urinantibus aures rumpi soleant. & proble. 3. cur urinantes spungias alligamus auribus. & probl. 5. cur spongiarij suas dissecant aures, & nares. & prob. 4. cur sordes aurium amaræ. & proble. 6. cur qui inscalpunt tussiant. & probl. 7. cur sinistra auris ocius consolidetur, quàm dextera. & prob. 9. cur aurium sonnitus acto strepitu cessat. & probl. 10. cur si aqua lapsa sit in aurem oleum instillamus. & probl. 13. cur nemo oscitans aures inscalpere audeat.

1 CVR aures, quę omnium maximè partium nostrę faciei exãgues sunt, rubore magis afficiuntur, ubi nos pudor apprehenderit? Vtrum, ꝙ peregrinus humor partem adire inanem aptus natus est? itaque cum calore per pu-

dorem orto resoluitur, statim se in aures colligit. An quia tpibus appositæ sunt, quo versus maxime humor confluit? Cum.n.hominem pudet, calor se in faciem recipit: itaq; ruborem adducit: aures uero minimo in ea profundo extant, naturaq; calidissimæ sunt, & coloratæ, nisi longe frigoris rigore obturpuerũt: ideo hæc particula omnium faciei particularum coloris est optimi, quã ob rem passus dispersusq; calor, per summa res tenet, rubicundas reddere potest.

18

Cur vrinantibus aures, dum inter mare sunt rumpi soleant? Vtrum quia retentus spiritus impetu cogit uehementiori? An si causam hoc haberet, idem uel in aere fieri posset? An quod non cedit, disrumpi ocyus potest, & à duriori, quàm molliori facilius? Quod itaque inflatum est, minus cedit: aures vero, vt dictum iam est, spiritu retento inflantur: itaque ab aqua, quæ aere durior est, obtunduntur offensæ, atque rumpuntur.

19

Cur vrinantes spongias alligare auribus consueuere? An ne mare per vim occurrens aures rũpat? haud.n.ita stipatæ impleri, vt inanes, exemptis spongijs, possunt.

Cur sordes aurium amaræ? An quia putri sudore contrahuntur, qui salsus, amarus est?

20

Cur spongiarij suas dissecant aures, & nares? An vt spiritum commodius reddant? hæc enim esse spirandi itinera videntur. Laborare quippe difficultate spirandi eos affirmant, dum foras emittere animam non possunt, leuarique cum propellentes extrudunt. Mirum tamen, si respirandi assequi facultatem refrigerationis gratia nequeant, sed esse id necessarium magis videatur. An merito plus in retinendo laboris sit, ci

corpus

orpus extumeat, distendaturq;: spiritus uerò fo is sponte efferri posse uidetur? An intus etiam ndere ita possit? cogitandum tamen ęque videur. Pleriq; uero lebete demisso, respirandi viam rinatoribus moliuntur, haud.n.aqua lebes imletur, sed aera seruat ad demersum hominem sq;: quippe qui erectus per vim dimittatur, vt ndiq; æquali nutu descendat: nam si quantumbet inclinauit, humore protinus interrumpene impleatur necesse est.

6 Cur nonnulli, cum suas inscalpunt aures, tussiunt? An quia sensus audiendi foramen cũ pulmone, canalique ab asperimento cognominato ortitur; iudicium, ꝙ his ipsis repletis, obseptisque homo sordescit? Humoris itaq; aliquid è frictione ista aurium liquescit, atque in canalem, quẽ modo diximus, per foramen illabitur, quod ussim mouere potest.

7 Cur sinistra auris ocyus magna ex parte perforata consolidari, quàm dextera potest? quocirca mulieres alteram marem uocant, alteram fœminam. An quia partes sinistræ humidiores, calidioresque sint: quæ autem habitu huiuscemodi sunt, consolidari possint facilius. Vnde in plantis etiam tenellis, atque viridibus coitus, concorporandique vnio facilius agitur. Et uero ulcera iuniorum promptius compaginantur, quàm seniorum. Argumentum, partes sinistras esse humidiores, quòd molliores sint atque effœminatiores.

8 Quã ob causam pudefactis aures summæ rubescant, iratis oculi? An quia pudor in oculis refrigeratio quædam cum timore est? itaq; calor iure oculos deserit, ꝙ cum inde secedendum sit locum sui capacissimum petat necesse est, qua

les

les certo summæ sunt aures. cæteræ nanq; partes longæ ossibus omnes compactæ sunt. Iratis contra calor in oculos, totamque faciem reuocatur: sed conspectior in oculis est, uidelicet albi eorum caloris ratione.

9 Cur aurium sonitus accito strepitu cessat? An quia minorem strepitus amplior pellit, & eruit?

10 Cur si aqua lapsa in aurẽ sit, oleum, quo humor effluat, instillamus? nullo nanque humore alio & effluere potest. Vtrum, vt qm̃ oleum per summa aquæ innatat, eiq; aqua præ lẽtitate adhæret, affluente oleo aqua etiam ipsa effluat? An vt per lubricam aurem labens aqua excurrat, oleum enim vtpote leue, facit vt propere labescere possit?

11 Cur minus aures vrinantibus rũpantur, si oleum sibi instillatum habentes in mare interrũpant? An ratio, cur rumpi aures possint, ante exposita est, oleum vero in aures instillatum facit, vt mare superueniens relabi facilius possit: quomodo in partes corporis exteriori perunctа fieri nouimus: labens autem ictum parti interiori auris nullum inuehit, itaque disrumpere non potest.

12 Quã ob causam aures cũ exangues adeo sint, pudoreq; erubescere possint? An res quæque ferri in eum soleat locum, qui sui vacuus est? cum ergo sanguis efferri sursum calidius uideatur, aures maxime, partemque inanissimam adit: itaque rubore inibi afficit. Quod idem intelligendum de genis etiam est. Adde quod tenuissima cutis, quæ distenta est, ita fit, vt rubor percipi in auribus præcipue possit.

13 Cur nemo oscitans aurem inscalpere suam audeat? An quia membrana etiam, per quam audimus,

mus, inflatur? cùm oscitamus, indicium quòd
udiendi facultas tollitur, cum oscitamus, spiri-
us enim vt in os, ita etiam in aures interrūpens,
membranā expellit, ac prohibet, quominus son-
us ingrediatur. Quòd cùm ita sit, si sedem au-
diendi, cum oscitamus, auriscalpio tetigerimus,
plurimum membranam lædemus. Ictus
enim ad obiicientem, renitentemq; spi
ritum, non ad cedentem inferetur,
& membranam abiunctam
solidis esse certum est:
quare dolor ita mo-
ueri, vulnusque
excipi faci
le po-
test.

ARI-

ARISTOTELIS PROBLEMATVM Sectio XXXIII.

Eorum, quæ ad nares pertinent: cuius quæstiones XVIII.

ARGVMENTVM.

De his, quæ ad nares pertinent, disputat Arist. unde probl. 5. & 17. quærit, cur singultus sternutamento sedetur, non ructus. & probl. 2. 8. cur perfricans oculũ minus sternutet quis. & prob. 3. cur bis sternuere solemus. & proble. 4. cur qui solem aspexerint, sternutent magis. & prob. 7. 9. cur sternutamento pro numine habeatur. & probl. 10. cur homo maximè omnium sternutare soleat. & proble. 11. cur sternutamenta à medio noctis ad meridiem damnemus. & probl. 12. cur senes laboriosius sternutent. & prob. 15. cur sternutamentum ferè semper uigilantibus fiat. & prob 16. cur membra inhorrescunt, cum sternuimus. & proble. 6. cur aquam frigidam in faciem fundimus, cum è naribus sanguis effluat. & prob. 13 cur si spiritum quis retineat, singultus desistat. & probl. 14. cur surdi, plurimi è naribus loquuntur. & probl. 18. cur homines capillo crispo, & tortillo magna ex parte resimiores sint.

CVR singultus sternutamento sedari queat, ructus nequeat? An quia non partis eiusdem vtraq; ita affectio est, sed ruptus ventriculi? singultus vero refrigeratio, cruditasque spiritus, atque humoris pulmoni coniunctissimi est, sedes autē cerebri rem cum pulmone cōe sortita est: quod quidem ratione constat aurium interdum enim surditas accidit, simul & morbus ipse aurium in pulmonis vitium trāsit, & nonnullis tussis statim mouetur suas scalpentibus aures, locum autem sternutandi rem naribus esse cum pulmone communem respiratio docet, quæ communis vtique est: sternuimus itaque, loco eo ipso calefacto; calorem autē eius locus sentit interior, cuius singultus est, calor vero uim obtinet & cōcoquendi. Quamobrem aceto etiam, retentioneque spiritus finiri singultus leuior potest; spiritus enim retentus satis concalefacit. Vnde fit etiam inter sternutandum, vt spirandi retentio idem obducta efficiat. Et conuenienter quoque expirantia superiori de loco educitur: quippe cum fieri nequeat, ut quis sternutet, nisi expiret. Impetus itaque spiritum interclusum rumpit, dispellitque, qui singultum ciere potest. 1

Cur si quis sternutaturus oculū perfricauerit, minus sternutet? An propterea quod sternutamentū à quodā excitatur calore? fricatio autem calore ciere potest: qui calor, quoniā locus, quo sternutamus, oculis in propinquo est, alterū sternuendi calorem tollit, quemadmodum minor ignis ab ampliori emarcescit, atque absumitur. 2

Cur bis sternuere magna ex parte solemus non semel, aut sæpius? An quia binis naribus sumus? 3

mus?

mus? per vtranque itaque narem venula partit discurrit, qua spiritus solet permanere.

4 Quam ob causam, qui Solē aspexerint, sternu tare magis consueuerunt? An quia Sol calfacien mouet perinde, atque qui nares pennā solici tant? idem.n.vtrique agunt: quippe qui per mo tum calefacientes ocyus spiritū ex humore eli ciant, cuius excursio spiritus sternutatio est.

5 Cur singultus sternutamento finitur, & reten tione spiritus, & aceto? An sternutamento, qui spiritus cohibetur inferior, atque circūobsisti quemadmodū medicina parti superiori adhibit aluus sentit, ac immutatur? Spiritus retentione leuiores tollūtur singultus, eo quod exiguus spi randi impetus, si paulisper retinuimus, vt in tu si desistit, sic etiam in singultu reprimitur, cogi tur, strangulatur. Aceto idcirco sedatur, qui humor circunstans, ac prohibens eructandi li centiam, in spiritum per uim aceti calefactori extenuatur. Fit enim ructus, cum ventriculi hu mor recalescens inflatur, atque concoquitur: sin gultus vero, quoties spiritus vacans ab humore in loco spiritui deputato retinentur. Hinc enim dum emititur, nec erumpere potest, distentione inducit, quæ distentio appellata singultus est. In de fit, vt singultus, vbi inalguimus, oriatur: frigus enim humorem spiritui obductum coangit, spi ritus circunuentus exilit, cuius commotio non nisi singultus est.

6 Cur aquam nonnullis frigidam in faciem fun dimus, cum è naribus sanguis effluit? An ita ca lor intus se colligit, atque circumobsistit, q san guinem summum reddit liquidiorem.

7 Cur sternutamentū pro numine habetur, nō tussis, neque grauedo? An quia dè capite mem-

bro

brorum præcipue omnium diuino, vnde cogitatio eſt, ſuum ducit principium? An quia cæteri illi affectus ratione morbi eueniant, hic ſecus exultet?

8 Cur oculo perſricato ſternutamenta deſiſtũt? An quia humor ſic reſpirat: lachrymam quippe oculus poſt frictionem emittit: ſternutamẽtũ ãt humoris copia excitatur. An quia minor calor corripi ab ampliori, cõſumiq; poteſt, oculus autẽ perfricatus plus caloris ſibi acquirit, quã ſit, quem naſus complectitur. Hinc etiam fit, vt ſi naſum quis perfricet, ipſum ſternutamentum deſiſtat.

9 Cur eruptio cæterorum, vt flatus, vt ructus, ſacra haud quaquam habetur, ſternutamenti ſacra habita eſt? Vtrum quoniam cum tres partes principes ſint noſtri corporis, caput, thorax, & aluus, flatuſque alui expiratio ſit. ructus uentriculi, ſternutamentum capitis, quæ pars ſacra præcipue eſt, ſpiritum hinc exeuntem, ut ſacrum veneramur, & adoramus? An quia ſpiritus omnis eruptio partes quas modo dixi, melius ſe ſe habere ſignificat? cum enim minus ſternuere queunt, ſpiritus erumpens leuat, ac mitigat. Ergo ſternutamentum quoque benẹ caput valere, poſſeque concoquere, indicio eſt cum em̃ capitis calor humorem, ſpiritumue conuincit, tunc moueri ſternutamentum ſolitum eſt. Quamobrem moribundos interdum ſternutatorio excitamus, tanquam ſi hoc affici nequeant, ſpes nulla ſalutis ſit. Perinde igitur quaſi bonæ iudicium valetudinis partis optimæ. atque ſacerrimæ ſternutamentum adorant, beneque augurantur.

10 Cur homo omnium maxime animantiũ ſter-

nutare

nutare solitus est? An quia foramina sui corpo-
ris obtinet latiora, per quæ spiritus interrump[i]
re potest? his.n.spiritu impletis sternuimus. La-
tiora autem esse indicium, quòd omnium mini-
mè animantium homo olfactu valet: foramin[a]
quippe tenuiora sentiunt exquisitius. Quòd [po-]
latiores meatus plus humoris, ac sæpius subed[i]
necesse est, quo inflato sternutamentum moue[ri]
solet, talesq; homo maxime animantium hab[et,]
merito sæpissime sternutat præsertim qui nari[bus]
breuissimis est: sic.n.humor concalefactus cel[e-]
rius effluere conuersus in spiritum potest: cæt[e-]
ris uerò præ longitudine narium ante refriger[a-]
tur, quàm affluat.

11 Cur sternutamenta, quæ de medio noctis a[d]
meridiem vsque mouentur damnemus, quæ [à]
meridie ad noctis mediũ, approbemus? An qu[ia]
cum rem aliquam exordimur, tũc sternutame[n-]
tum potius obseruandũ sit? itaque cum rem ag[e-]
re pergimus, atq; inter initia sternuisse accid[e-]
rit, amouemur, remq; incœptam prosequi tẽp[e-]
randum censemus. Dies igitur, & aurora, & [à]
medio vsque noctis quasi initium quoddam e[st,]
itaque ominosum tãtisper, sternutamẽtum e[sse]
putamus, temperamurq; sternutare, ne perge[n-]
tem quempiam ad agẽdum reuocemus: post m[e-]
ridiem vero, atq; medium vsq; noctis, finis vel[u-]
ti quidem est, tempusq; illi contrarium: itaque
contra tunc & existimatur, & agitur.

12 Cur senes laboriosius sternutant? Vtrum qu[ia]
his foramina, per quæ spiritus permanare sol[et,]
adducta atque coniuncta sunt? An quia senes [fa-]
cile eleuare nequeunt, per vim demittunt, atq[ue]
concassant?

13 Cur si spiritum quis retineat, singultus de-
stat?

stat? An quia refrigeratio est, quæ singultum inducat? quamobrem & qui timent, & qui algent, singultiunt: spiritus vero retentus partem corporis calefacit interiorem.

14 Cur homines surdi è naribus magna parte loqui consueuerunt? An quia pulmo eorum vitiatus est? surditas.n.detrimentū pulmonis est. vox itaque ferri expedite non potest: sed quemadmodum qui spirandi elaborant difficultate, spiritū vniuersum suam ob imbecillitatem reddunt, sic vocem illi emittunt. Nituntur itaque narib. etiā dum loquuntur quà vox protrudens sese, sono ꝑ attritum rancido illo profertur, sit enim vt verba per nares afformentur, cùm pars nasi superior, qua per palatum foramina patēt, causa est: resonant enim tinthinabuli instar, ob claustri inferioris angustiam.

15 Cur sternutamentum solum non dormientibus, sed propè dixerim semper vigilantib. fiat? An quia fieri sternutamentum non potest nisi à calore, qui partem eam commoueat, qua effici solet: ex quo faciem Soli obijcimus, cum sternuere placet? Dormientibus autem calor intus circumobsistit, quam ob rem imæ dormientiū partes calidiores redduntur, spiritusque abundat; quæ quidem res causam habet, cur genitura in somnis præ libidine profluat. Merito igitur dormientes non sternutamus: cum. n. calor secedat capitis, qui eius partis humorem natus mouere aptus est quo in aera extenuato sternutamentū exultat, affectionem consequentem illam obuenire non posse cōsentaneum est. Crepitus tamen inferius, ructusq; superius dormientes magis q̃ vigilantes extrudimus. Quòd.n. venter inflari in somnis amplius solet, accidit, vt eius inflati

humores loca sibi proxima adeant ; eò nanq; ve
à spiritu per quietem excito compelluntur. Re
nere.n.potius,quàm emittere potest, qui sopitu
est:itaque intus calorem contrahit : at qui spiri
ritum retinet deorsum impellat necesse est: qui
pe cum in imum deferri spiritum præter suam
naturam sit,vnde fit etiam, vt perdifficile sit spi
ritũ retinere.Quinetiam cur dormimiamus, hæ
eadem ratio est, cum enim vigilia motus sit, qu
membra sentiendi officio accommodata magis
cum vigilamus,exercet,constat somnum posse
accedere, cùm eadem illa membra quiescunt
Cum vero vis ignea sit,quæ membra corporis n
stri monere possit,& hæc intus se contrahat,ci
cunsistatque,in somnis caput relinquens, quo
sensus retinet omnes, tunc maxime sensuum
des quiescere possint,quæ quidem res causam
ferat dormiendi.

26 Quam ob causam, vbisternutauimus, aut mi
ximus, membra nostra inhorrescere solent? A
quia vtraque re illa, venæ aeris inanes reddu
tur,quem calidum antè continebant; inanes a
extrinsecus alius subit illo frigidior, qui antè i
venis fuerat,quam sternutaremus, aut minger
mus, cum talis subeat aer,merito facit, vt m
bra inhorrescant.

27 Cur singultus sternutamento desistere potest
An propterea, quod singultus non quemadm
dum ructus à ventre, qui cibi cõceptaculum e
sed a pulmone proficiscuntur,quod maxime r
frigeratione,aut rigore,aut dolore, aut medic
tione superiore accidere solet; ꝙ enim memb
id calidum sua natura est,quoties refrigeratum
fit, totum admittere spiritum non potest,sed b
las quodammodo excitat. Quamobrem reten
etiam

etiam spiritu, singultus finitur. sic enim pars ista recalescere incipit, & aceto quoque austo, desistit: quoniam vis aceti calefactoria est. Cum itaq; calidum quodque concalefactum reddetur, sedesque cerebri foraminibus peruia pulmoni respondeat; efficitur vt retentio spiritus, quæ sternutationi antecessit, repressusque desuper illatus affectionem istam pulmonis membri calidi abigere valeant.

18 Cur homines capillo crispo, & tortili magna ex parte resimiores sint? An si crispitudo sita in crassitudine est, & crassitudo non sine duritia cōstat, & durus sanguis calidior est, & calor materiam excrescere inutilem minus patitur, & os ex vacante materia cōsistit, & cartilago non nisi os est, merito diminutio nasi consequatur? Indicium ætas adhibet puerilis: sunt enim pueri omnes naso resimato.

ARISTOTELI PROBLEMATVM

Sectio XXXIIII.

Eorum quæ ad os, & ad ea qu inæ eo sunt, per- nent: cuius quæstiones. XII.

ARGVMENTVM.

De his disputat Arist. quæ ad os attinent, ut de- tibus, lingua, alitu, spiratione. de dentibus prob. 1. - rit cur rari dentes vitam breuem significent. & p- 2. & 3. cur frigus amplius sentiunt, quàm caro. de - gua prob. 4. quærit, cur rerum plurium sit index - prob. 5. cur possit amara, salsa, & acida fieri. & p- 6. cur tot colores habeat, quot cutis. de alitu, qu- prob. 7. cur & calidum, & frigidum possumus rea- re. de spiratione prob. 8. cur si vehementer, & vni- sum exspiramus, iterum exspirare non possumus - prob. 9. cur ubi grandiorem bucellam deuoramus, - gulamur. & prob. 10 cur virgula palmæ ducta per- tam latitudinem vitam longam significet. & prob - cur dum longè spiramus, venter trahentib. adduci- reddentibus repletur. & prob. 12. cur spiratio sit m- necessaria.

CVr homines qui raris dẽtib. sunt, vitam longe agere nequeant? An quia longe animantia viuũt quæ dentium ordine prædita sunt nu numerosiore, vt mares quàm fœminæ longius? viri nanque diutius quàm mulieres. atque in pecudum genere, cœterorumque animaliũ perspici identidem licet. Qui itaque raris dentib. sunt, habere quasi pauciores indicantur. 1

Cur dentes, qui longe solidiores, quam caro sunt, frigus amplius sentiant, quàm caro? An quia meatibus nituntur infixi tenuibus, quorũ exiguus calor celeriter à frigore vincitur, mouetque dolorem? 2

Cur dentes frigidum amplius, quàm calidum sentiant: caro è contrario? Vtrùm propterea, ꝙ caro mediocri temperatoque habitu est, dentes vero perfrigidi sunt? itaque rẽ frigidam sentire plenius possunt. An quoniam meatibus continẽtur tenuibus, quibus calor inditus exiguus est? itaque re aduersa potius patiuntur, caro quia calida est, vt nihil affici à frigido potest, ita calidum compendio sentit. ignis enim quasi igni adijcitur. 3

Cur lingua rerum index plurium esse potest? nam & febris ardentioris, & grandinum, si quæ insunt, & pecoris versicoloris varia est. An quia humoris capiens est, & super pulmone posita, vnde febrium principium ducitur? versicolorũ autẽ ratio referri ad humorum varietatem debet. inficitur tamen id primum, per quod humor primùm manat, colaturque, cuius generis lingua est. Grandines vero lingua propterea contrahit, quòd inanis, spongiosaque est: quippe cùm gran 4

do veluti panis inconcoctus, crudusque, parte [illegible]
teriore corporis nasci soleat.

5 Cur lingua amara, salsa, & acida fieri pote[illegible]
dulcis non potest? An quòd naturæ corruption[illegible]
isthæc sunt: constantiam vero ipsam, natura[illegible]
que sentire nequaquam fieri potest?

6 Cur totidem coloribus lingua euariat, quot [illegible]
tis? Vtrum quòd ea quoque in membrorum [illegible]
mero exteriorum recipitur, quanquam in ore [illegible]
dita est? verum quia prætenui cute integitur, [illegible]
minima in ea varietas deprehendi potest. An [illegible]
aquæ ratio est, quæ facit, vt colores mutent[illegible]
lingua autem affici ex potione maxime p[illegible]
test?

7 Cur alitum ex ore tum calidum, tum frigi[illegible]
reddere possumus? quippe qui frigidum eff[illegible]
mus, calidum vero exhalemus. indicium qu[illegible]
manus ori admota exhalanti calefieri potest. [illegible]
vtroque modo aer commotus calidus est? [illegible]
quoniam qui efflat, non vniuersum aerem m[illegible]
uet, sed ore angustiori extinguit, paucum ex[illegible]
rat, quod multum externi aeris excitat. Itaque [illegible]
lor ore profectus, passus in eo suam ob exigui[illegible]
tem delitescit: at qui exhalat, vniuersum, ob e[illegible]
que rem calidiorem expirat. est enim efflatio [illegible]
ritus strictim protrusus exhalatio vero spiri[illegible]
vniuersim profusus.

8 Cur si vehemẽter, vniuersumque expirarim[illegible]
iterum expirare nequeamus? quod idem in r[illegible]
rando etiam accidit: bis enim ex ordine id fa[illegible]
re nequimus. An quoniam alterum dilatatio, [illegible]
terum contractio loci est? idcirco quadamte[illegible]
non vsquequaque possunt. constat igitur a[illegible]
vicissim fieri esse necessum, bis vero ex ord[illegible]
posse neutrum.

Qua[illegible]

Quam ob causam cum alius locus sit, quà cibus, potusque transeunt, alius quà spiramus; vbi grandiorem bucellam deuorauimus, strangulemur? An nihil absurdum id est non modo enim si alicuius interuentu locus spirandi stipatus sit, verùm & si adductus sit extrinsecus, æquè, imò magis abstrangulamur. istæc vero proxima inter sese posita sunt, quo cibum excipimus, & quo spiramus quare vbi iusto amplius frustum incidit, locum spirandi proximum adducit, instringitq; vt via spiritui omnis denegetur. 9

Cur homines, qui virgulam suæ palmæ ductā per totam latitudinem habent, vitæ longissimæ esse possunt? An quia breuis ætatis, imbecillaque sunt, quæ artuum beneficio carent? imbecillitatis indicium ætas prima, atq; tenerrima, affert. vitæ autem breuis testimonium dat genus omne aquatile: quæ cum ita sint, coartata, compactaq; omnia contra sese habere liquido est quo in genere illa etiam sunt, quæ cum ex natura artubus maxime careant, articulari tamen contingerit. palmæ autem partem interiorem penitus carere articulo certum est. 10

Quam ob causam dum longe spiramus, vēter trahentibus adducitur, reddentibus diducitur, atque repletur? veri enim simile dixeris esse, vt cōtra ueniat. An quia cùm respiramus, venter adductis costis in imum comprimitur? idcirco distendi in ampliorem molem follium instar appareat. 11

Quam ob causam spirare necesse habeamus? An quemadmodum humor dissolui in spiritum potest, sic spiritus transire potest in ignem. Calor itaque naturalis, vbi bonam spiritus partem in ignem conuertit, dolorem admouet, atq; ēt mea- 12

tus diducit, & ampliat. quamobrem ignem cum spiritu expellere cogimur: quibus extrusis meatus contrahuntur, atque refrigerantur: itaque dolor iterum tentant. rursum igitur aerẽ trahimus: atque vbi posthac spirandi meatus patefecimus, vocemque reddidimus, ignis iterum oritur atque iterum præ dolore spiritum reddimus, idque vicissim ordine perpetuo agimus: sicuti etiam palpebras agitare solemus, vt corpus oculorum refrigeretur, assicceturque. & vero cum ambulamus, ingressui nostro attendimus, scilicet ex ordine gubernandi, atque regendi, quemuis nostra intelligendi percommode astruit. Hunc ergo in modum spirandi quoque vsum exequimur: ingenio quippe trahendi aeris reddimus, atque illico rursum attrahimus.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM Sectio XXXV.

Eorum, quæ ad tactum pertinent: cuius quæstiones. X.

ARGVMENTVM.

De Tactu disputat Arist. & quærit prob. 1. cur magis inhorrescimus, si quis nos tangat, quàm si nos ipsi. & prob. 2. cur in alis, & pedum vestigijs titillamur. & prob. 3. cur non eiusdem in rebus inhorrescimus omnes & prob. 4. cur corpora tactu frigidiora sint per æstatem, quam per hiemem. & prob. 5. quæ causa pilos inhorrescere faciat. & prob. 6. cur nemo seipsum titillet. & prob. 7. cur labris magis titillamur. & prob. 8. cur motio alarum ducit in risum. & prob. 9. cur ingesto cibo inhorrescamus. & prob. 10. cur digitis vice mutata implicatis id, q circũagitur, duo esse uideatur.

CVr inhorrescere magis solemus, cũ alius modo quodam nos tangit, quã cum nos ipsi tangimus? An quia tãgendi sedes rem plenius externam, quàm suam sentit? quod enim natiuum, atque insitum est, id sensum effugit. Quin-

etiam

etiam quod clanculo, atque subito fit. terribi-
lius certe occurrit: metus autem refrigerati-
quædam est. at vero tactus extraneus præ su
utrunque id habet. Denique affici unumquod
que ab alio uel tantundem, uel magis aptum
natura est: quod etiam in titillando constat ac
cidere.

2 Cur in alis, & pedum uestigiis titilla-
mur? An propter cutis tenuitatem? An qui
tactus earum partium insolens est, ut etiam
auris?

3 Cur non eiusdem in rebus inhorrescere om
nes soleamus? An quemadmodum nec in eisd
omnes delectamur, nec in eisdem angimur om
nes? ita nec in eisdem omnes horrescimus. Quæ
dam enim refrigeratio æqua omnibus ration
inuehitur, sed alij tamen cum uestis rumpitur
inhorrescunt alij, cum serra, uel acuitur, uel tra
hitur: alij cum pumex secatur: alij, cum lapillu
mola peruangitur.

4 Quam ob causam cùm æstas calida, hyems fr
gidissima sit, corpora tactu frigidiora per æstat
sint, quàm per hyemem? Vtrum quoniam a su
dore refrigerari corpora possint, qui, vt fieri pe
æstatem solet, sic ob hyemem alienus est. An q
in contrarium tempori tum frigor, tum calo
circumobsistit, intusque per æstatem calor refu
git? itaque sudorem potest exprimere, per hye
mem vero vis frigoris arcet, & corpus perinde
qua si terra euaporat.

Quænam causa pilos inhorrescere faciat
An merito cute contracta exurgant, quę con
trahi tum à plerisque alijs affectionibus po
test?

6 Cur nemo seipsum valeat titillare? An ne al

alio

alio quidẽ titilletur, si rem præsensit, vel potius si ipsum uideat titillantem? ergo minime titillari quis possit, si quæ tactio affertur, non lateat. Risus vero lapsus quidam, & fraudatio est, qua cum in sede præcordiorũ quis uerberatur, ridet: haud enim locus quilibet est, quo ridemus: clandestinum autem omne fraudulẽtum est. Qua de causa fit, ut illa eadem res & moueat risum, & non moueat.

7 Cur labris maximè titillamur? An quia membrum, quod titillari possit, non longe à sede potissimum sentiendi abesse debet? labra autem eo maxime in loco posita sunt: sed omnium maxime locorum capitis propterea titillãtur, quod carne ex toto constant, quare mobilissima esse possint.

8 Cur si quis locum nostrarum alarum moueat in risum continuo labamur; si quam aliam moueat partem, nullam possit ridendi causam afferre? Et quænam ratio est, cur naribus penna tentatis sternutamentum moueatur? An quia loca quædam uenularum habemus, quibus uel refrigeratis, uel contra affectis, uenulæ ipsæ aut humectantur, aut in spiritum ex humore dissoluuntur quemadmodum si uenas ceruicis dormienti quis premat? lætitia itaque gestiens, concalefactio quædam est: spiritum autem, cùm redundarit, foras mittimus uniuersum.

9 Sternutamenti quoque ratio illa eadem est, cũ enim pẽna mouemus, atque tepefacimus nares, humor in spiritum soluitur, quem mox redundãtem expellimus.

10 Cur sæpenumero usu euenit, ut ingesto cibo inhorrescamus? An quòd cibus frigidiusculus ad

missus

missus uincit principio magis naturalem calorem, quàm uincitur?

10 Quam ob causam, quod digitis uice mutata implicatis circumagitur, duo esse videatur? An quia duplici sentiendi parte attingimus? nunquam enim fieri potest, ut lateribus digitorum exterioribus vtrisque idem complectamur, & agitemus, dum manus ordinem suum obtinet naturalem.

ARI-

ARISTOTELIS PROBLEMATVM Sectio XXXVI.

Eorum, quæ ad faciem pertinent: cuius quæstiones III.

ARGVMENTVM.

De his disputat, quæ ad faciem pertinent. & querit prob. 1. cur faciem effigiare consueuimus. & proble. 2. cur facie sudamus maximè. & prob. 3. cur in facie maximè tubercula oriantur.

1 CVR faciem effigiare consueuerunt? Vtrum ꝙ qualeinam simus, ea ipsa corporis parte intelligi possit? An ꝙ ea pręcipue qui simus, agnosci põt?

2 Cur faciē maximè sudare solemus, quę carnis omnino expers, atq; gracilis est? An ꝙ ea propensiora sunt ad sudorē, quæ humida, laxaque sunt? Caput autem tale est, quippe quod humorem suum plurimum habeat, quem uenæ tendentes inde declarãt, & destillationes, & quæ e capite uenire solent. Cerebrũ item humidum est, & foramina capitis permulta. Capilli profecto fora minum multitudinem foras, usque productam

ductam latissimè indicant. Sudor igitur non e[x] parte inferiore, sed ex capite oritur. quamobr[em] frons prima, & maximè sudat: prima enim subi[e]cta uertici est: humor autem deorsum, non su[r]sum fluit.

3 Cur in facie maxime tubercula oriri solent, quos uaros uocamus? An quia locus iste rarus, atque humidus est? indicium pilorum eruptio, & sentiendi potentia faciunt. Tuberculorum autem genus id ueluti pustula, minutusque abscessus cuiusdem inconcocti humoris est.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM Sectio XXXVII.

Eorum, quæ ad totum corpus pertinent; cuius quæstiones VI.

ARGVMENTVM.

Disputat de his, quæ ad totum corpus pertinent, & ...ærit proble. 1. 2. cur corpus ab excrementis lauari ...on potest, nisi exudet. & probl. 3. cur fictiones carn... ...ugeant & probl. 4. cur ubi perfriximus eodem à calo... ...e uehementius urimur, & dolemus. & prob. 5. cur fri... ...ationes siccæ carnis soliditatem moliantur. & probl. ... cur frictio plus, quàm cursus corpus impleat.

QVAM ob causam cum corpus assidue fluat, defluxusque ab excrementis proficiscatur, lauari non potest, nisi exudet? An quia non satis secer... ni sic potest, diutius tamen secerni...ur? Cum enim ex humore mutatur in aere,

plus

plus certe oritur ex minori. plus nanq; quod
cernitur est: quare tempore ampliori secerni n
cesse est.

2 Sed cur ita fiat? An quia foraminibus longe
gustioribus effluit? Pars.n. humoris lenta, gluti
saq;, vt excerni permista cum liquida potest,
cum spiritu nequit: quæ quidem res maxime
festat. Quapropter vomitus magis, q̃ sudores
uare queunt: quoniam ij partem illam lenta
secum educunt, vt qui crassiores, corpulentior
que sint. An etiam ꝙ locus, qui partem humo
lentam, glutinosamq; continet semotus à car
est, ventri autem in propinquo manet? aut.n
eo, aut in vicino lentum illud contrahitur: un
fit, vt aliter educi vix possit.

3 Quam ob causam frictiones carnem augean
An quia uim præcipuam obtinent augendi e
quæ nostro in corpore calida habemus? mole
quidem adipiscitur ampliorem, quod assidue i
tum in motu est, sursumque effertur, & in spi
tum humores extenuat intestinos: quæ certe
ri in perfricando videmus. quare vbi vsus def
perfricandi, corpus decrescit, atque minuitu
An ita fieri possit, vt vel per alimentum auct i
caro reddatur, concalefaciendi, scilicet bene
cio: calidum enim omne humoris detrahens e
alimentum autem, quod in carnem digeritur, h
midum est. plus quoque alimentis caro ex laxi
te sibi admittit, quippe quæ laxior copiosius c
pere instar spongiæ possit. Frictio autem nimi
carnem elaxat, & spiritibus reddit opportuni
rem, & prohibet, quo minus inutiles coition
in corpore cõtrahantur. quæ si absunt. tabes n
la consequitur: uitiosum enim illud ieiunium
corporis, & tabes nasci ex materia solet. quæ i

uilis

utilis congesta est. Quòd si caro spiratior, laxiorque, atque æquabilior sit, molem capiat ampliorem consentaneũ est. nam & alimenti capacior, & excrementorum secernentior redditur.

Quam ob causam vbi perfriximus eodem à calore vehementius vrimur, atq; dolemus? Vtrum ꝙ caro sua densitate calorem interrumpentem coercet? quare plumbũ calidius, quàm lana est. An quia caloris transitio per vim agitur, quoniã corpus strictum à frigore constat? 4

Cur siccæ fricationes carnis soliditatẽ moliantur? An quia caro perfrictione recalescit, humor cõsumitur? Adde, ꝙ caro perfricata dẽsatur; quæ autem frictionem, attritumq; pleniorẽ experiuntur, omnia maiorem in modum densari, reddiq; solida consueuerunt: quod multis in rebus planè intelligi potest. Nam & farina, & terra, & reliqua generis eiusdem, si aqua infusa trahas, humida titubabunt, & fluida: sed si plenius atteras, lõgioremq; tractationem adhibeas, spissescunt, solidescunt, lentescuntque celeriter. 5

Cur amplius frictio, quàm cursus corpus implere potest? An quia cursus carnem refrigerat, nec alimenti reddit capaciorem, sed pars in imũ conuertitur, pars à naturali calore penitus extenuata transit in spiritum? at manus carnem permulcet, laxat, capacem alimoniæ facit. Et vero exterior ista intentio premendo, stipulandoque, refringit interiorum impetum, obsistensque arctius continet, & carnem attollit. 6

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

Sectio XXXVIII.

Eorum, quæ ad colorem pertinent: cuius quæſtiones. X.

ARGVMENTVM.

De colore agit, & quærit prob.1. & 10. cur oleum & cera ſolis calore candefiat, et caro nigreſcat. prob.2. cur qui rem exercent marinam, ruffo ſunt co lore. & proble.3. cur curſus, & vnctio olei ſub ueſte pallidos reddat. & prob.4. cur ſpiratio commoda co rem pariat amenum. & prob.5 cur qui mediocriter dant, color fit amenus, ſed athletæ fiunt pallidi. prob.6. cur amplius à ſole vritur cum quis ſedet, qua cum mouetur. & probl. 7. cur calor ſolis ſumm adurat, non ignis. & proble. 8. cur ignis homin nigrum non reddit, ſed fictile. & proble. 9. c homines cum ſeneſcant, nigriores reddantur.

Cur oleum, & cera Solis calore can defiunt, caro nigreſcit ? An illa Sol propterea candefacere poſſit, ꝙ humorē nimium eximit? nigricat enim per naturam, qđ præhumidum eſt, propter humoris terreni miſtionem. carnem vero ꝙ nullam inde humoris copiam detrahit, adurit, atroque afficit colore. 1

Quam ob cauſam piſcatores, & purpurij, & omnino qui rem exercent marinam, rufo ſunt omnes colore? Vtrum ꝙ mare ſua ſalſugine calidum, & ſqualidum eſt ? tale autem quodq; pilos cōficere rufos poteſt, ut lixiuia, ut auri pigmētū. An parte exteriore calidiores, interiore frigidiores reddātur, eo quòd ſumma corporis uiciſſim modo madefiunt, modo à Sole reſiccantur, idq; perpetuo agitur ? Itaq; pili aſſiccati extenuātur? & rutilantur: & omnes quidem incolæ plagæ ſeptemtrionalis rufo ſunt pilo, & tenui. 2

Qua de cauſa curſus, quem induti agimus, & olei ſub ueſtem perūctio pallidulos reddat ? An propterea quòd ut ſpiratio cōmoda gratum affert colorem, ſic obſeptio, & ſtrangulatio cōtra afficiat neceſſe eſt. Quòd itaq; humor paſſus per ſumma corporis, cùm incaluerit, refrigerari nō quit, pallorem facile trahit. quod idem utrunq; illud ſudor, & oleum ſub amictum cōmittit: calor enim introcluditur, atque arcetur. Curſus uero, quem nudo corpore agimus, colorē præſtat amœniorem, ſcilicet ratione contraria : delibamenta quippe excremētitia, quæ ſubſiſtunt, aer refrigerat, corpusq; ita difflat, euaporaturq; cōmodius. Ad hæc oleum cùm tenue, atq; humidū ſit, ſubter perunctum, meatusq; corporis interſe- 3

piens, neq; humorem ac ſpiritum è corpore pro fluere finit, neque ſpiritũ exteriorem admitti pa titur. quapropter materia vacans in corpore humida putreſcens pallores inducere poteſt.

4 Qua de cauſa ſpiratio commoda colorem parit amœniorem? An quia pallor putredo quædam per ſumma corporis eſt? cum itaque humor ſummum obtinens corpus, calidus eſt, vt palleat accidit, niſi refrigeretur, diſſfleturque.

5 Quare qui mediocriter inſudarint, ſtatim ab exercitio colore hilarantur amœno, athletæ uero pallidi longe euadunt? An quia labor mediocris calorē leuiter prouocat, & ad corporis ſumma inuitat? nimius uero cum ſudore, & ſpiritu extrudit, dum corpus inter laborãdum rareſcit, atque laxatur. Cùm igitur calor per ſumma reſidet corporis, calor ille exultat, quemadmodum calefactis, aut pudefactis euenire ſolitum eſt. vbi vero inde euanuit, pallor continuo ſuccedit. Cæteri itaq; mediocriter ſe exercent, athletæ prorſus vehementer laborant.

6 Quam ob cauſam qui ſe exercent, amplius à Sole vruntur cùm ſedent, quàm cum mouentur? An cum in motu ſunt, aera agitant? itaq; ſpiritu quaſi uentilantur. cum vero ſedent, quia aer immotus eſt vim Solis acriorem experiuntur.

7 Cur ſolis calor ſummum adurere poteſt, ignis non poteſt? An quia Sol tenuior eſt, carnem ſubire amplius poteſt? ignis vero etiam ſi adurat, per ſumma tantum colorem inducit nigrum? quas phœdas nominant: interius autem ſubire minime poteſt.

8 Cur ignis hominem nigrum nõ reddit, fictile reddit: Sol contrà, hominem nigrore afficere poteſt, fictile non poteſt? An non eadem vtrque

ratio-

ratione agit, sed Sol adurendo nigrificat? ignis fictile replet, obducitque fuligine, quæ fauilla prætenui, dum carbones franguntur, simul & flagrant, contrahitur. hominem nigrum Sol reddit, ignis minimè: quoniam Solis calor lenis, mollisque est, & præ sua tenuitate cutem ipsam leniter per summa adurit. quoniam itaque carnem non attingat, dolorem nullum potest infligere: quoniam vrat, nigrorem inuehit. Ignis profectò vel nihil tangit, vel intro irrumpit: nam arbusta quoque igni atra redduntur. verum hic non eatenus tantummodo vrit, quatenus color ater se pandit, & auget.

9 Cur homines cum senescunt nigriores redduntur? An quia res omnes, excepto situ, nigriores, cùm putrescunt, euadant? senectus autem non nisi quædam putredo est. Ad hæc cum sanguis siccescens nigrior reddi soleat, merito senes sūt nigriores: sanguis etenim est, qui nostra corpora calore inlingere valeat naturali.

10 Quam ob causam oleum Sol candefacit, carnē nigrificat? An quia olei terrenam eximit partem, quæ nigroris causa est, vt etiā vinum fortis ratione terrenæ nigrum est? Carnem vero nigrā propterea reddit quoniam vrit. terrenum nanque omne cum vritur, nigrum effici solitum est.

Sectionum duarum de quadraginta Probl.

ALEXANDRI APHRODISAEI

Problematum

LIBER PRIMVS.

THEODORO GAZA interprete.

PRAEFATIO.

QVAESTIONVM naturaliũ ratio partim certa ex se, conspectaque est, omni ambiguitate, discussioneque abiũcta. Quis enim (modo mẽtis sit compos) quærat, quam ob causam natura pennas volucrum generi largita est, cùm tamen longe omnibus pateat, pennas primum fouendi gratia, perinde atq; amiculũ genus animantiũ illud induisse: deinde ornatus ẽt cã eum in modũ extitisse, s. eadem illa rõne qua pilis naturæ ingenio teguntur, quæ ingressu vtuntur animantes, qua cortice serpentes, qua squamis, aut testis bestiæ incolæ aquarũ? Cur item natura alijs animantibus cornua dederit alijs aculeos, alijs vngues acutos, aut rostra, aut q̃d tale, quis quærere dẽat? Cõstat.n. naturã his ipsis veluti q̃busdã hastis na-

tiuis

tiuis bestias suas muniuisse, quo se defendere ab ijs possint, quæ detrimentum inueherent. Constat item fructuum, ac seminum genera, quæ ad ortum, vicemque succedendi perpetuam natura molita est, tunicis, aut corpusculis aliquibus humidis aridisve, aut corio vestiri, ut securatum à frigore, tum ab æstutum etiam ab animātium iniuria præseruentur. In multis certe ipsū quidem tegumentum penitus esse inutile naturæ solertia passa est: sed cibo idoneum suis prouida animantibus astruxit. stirpes iam ipsas frondibus, libro, cortice, reliquis id genus pennarum pilorumue uice obduxit: quæ prænorit, ut vel à nimio frigore, vel ab æstu immodico offendi, interireque possent, nisi ita operta, consepaque manerent: nonnulla etiam spinis tanquā spiculis contra animantium morsus armauit. flores præterea varios præstitit, vt exornaret, formosumque genus stirpium liberalissime redderet, vtque nuncios quasi statueret, qui mortalibus fructuum infantiam mox prædicerent euersuram. Hæc tam dilucida, tam certa quī discutienda in medium affert, mente proculdubio vacat. at qui ambigat, an calor igni insitus it: hic tangendi sensu orbatus degit. qui quærit trum natura & ratio prouida rebus oriendis, ocidentisq; consultet, decernatq; ordinem, modum, positum, speciem, colorem, cætera generis iusdem: hic porro criminis teterrimi reus est, rauissimisq; pœnis obnoxius. Quęstionū igitur atio quod proposui, partim ex se certa manifestaque est, partim inexplicabilis modumq; penitus humani ingenij excedens, Deo duntaxat conita immortali, qui rerū omnium parens, atq; uthor est. Operis quidem solertissimi cuiusdam

rationem artifex qui extruxit, integre tenet. cœteri vero, qui artes sint illius ignari, rationem nullam reddere queunt, sed tantummodo rem inspectãt, & demirantur. Quæstiones, quas inexplicabiles dixi, huiuscemodi sunt: quã ob causã ridere hi soleant, quos in alis, & costis, aut plãti titillamus. Cur nonnulli, cum mutuum marmorum attritum, sectionemve, aut ferri stridorẽ, limarumve sentiunt, dentibus obtorpescunt? qu fieri potest, vt stupori dentibus à frigidis fructibus iniecto portulaca herba, quæ frigida est, medeatur, cùm non res similes, sed contrarię remedio contrarijs esse debeant? Qua de causa lapis qui magnes vocatus est, ferrum solũ attrahere ramentisq; ferri luuari valeat: electrum, siue succinum floccos, festuculasq; sibi ita coniungit, v hærentes possit attrahere, vnde fit, vt leo gallum tãtummodo extimescat. Quid est, quod gallina edito oue festuca aliqua se, & ouum lustrat Quare veratro conturnices, cicuta sturni vescuntur, quæ toxica hominibus esse certũ est. Quamobrem scammonea bilem ducat: cucurbita agrestis, agaricum, veratrum candidũ, euphorbium granum cnidiũ pituitam; veratrum autẽ atrum ac epithymum bilem atram. Cur aluus, nonnullorũ rebus astringitur, quæ aluum resoluere consueuerunt: cõtrà quæ his resoluitur potius, quæ astringere possunt. Quamobrem alius alio cibo delectetur, eundemq; alius facilius, alius difficilius cõcoquere valeat, cum nulla ratio, uel caloris, vel alicuius rei eiusmodi intelligatur. Nemo sanè uel torpedinẽ piscem torporem per funiculum nostro inuehere corpori, uel triglam obtentam virium à torpedine accitum tollere ignorat permulta id genus licet enumerare, quæ no

sciran-

ſcirantũ experimẽto potuerũt. Vnde apud medicos abditæ illæ, deliteſcẽteſq; cauſæ his in rebus habẽtur, quarũ nulla ratio reddi poterit. Quocirca temerè ſanè agunt, qui genus id quæſtionum ſolutionib. mandare contendũt, nec dici improbabilius quicquã poteſt, quàm rationes, quas illi adducunt. quippe medicamenta, quibus purgandi uis data eſt, idcirco materies ducere poſſe inquiunt, quoniam habitu ſunt calidiori: quod error eſt: nã ſi iure calori cauſa daretur, calida omnia vim illam purificam ſortiri vtiq; oporteret. nunc uero piper, quod longe calidius, uim non trahendi, ſed concoquẽdi, corroborandiq; poſſidet. cuius etiam generis maſtichen, & aloen eſſe nulli dubiũ eſt: itaq; reciprocari iſta nequaquã cenſendũ. Nam & ſi omne, quod ducere poteſt, calidum eſt, haud tamẽ uiciſſim ita conſequitur, vt quod calidum eſt, idem ẽt ducere poſſit. Volunt item ſtruthiocamelum ui ſui caloris ferrũ cõcoquere: quod abſurdum penitus. Leo enim, q longe quàm ſtruthiocamelus calidior eſt, ferrũ concoquere non poteſt. Nec uero Medicinæ artis authores tantum rerum ſtatuere proprietates coguntur, ſed philoſophi etiam, & grammatici eodem perſæpe ueniunt: etenim quæ πάθη, id eſt affectus appellant, uſuq; comprobata obſeruãt, non niſi uicem cõplent proprietatum. Quærẽda igitur illa ſunt, quæ locum obtinent mediũ, hoc eſt, non quæ perſpicua ex ſe ſunt, uel tam occulta, ut percipi à nemine poſſint, ſed quæ quãuis difficilia, & obſcura, explicari tamen, lumenq; recipere rationũ, & doctrinæ hominis, atque ingenio poſſint. Solutionem aũt quæſtionis cuiuſque petẽdum ex rei uel habitu, uel ſpecie, uel actione, uel ex rei ſimili conſenſu, uel ex

colo-

colore, vel ex deceptione sensus, vel ex æquiuocatione, vel ex viribus, quæ magis, minusue efficere possint, vel ex eo q res durior, aut solutior, aut maior, vel minor, vel ex tempore, aut ætate, aut more, uel parte essentiali, aut euentitia, uel ex rerum similium conditione, quorum exēpla ex quæstionibus tum à nobis tum ab alijs explanatis colligi possunt. his igitur normis, ac metis omne quod quæritur, probationi potest solutionique mandari. Sed cum nō solum rationes, quæ in vniuersum doceat, verum ēt singularum rerum tractatione animus auditoris regendus sit; hæc proponenda soluendaque censuimus.

1 CVr Homerus homines à canitie temporum πολιοκροτάφους cognominauit? Quod ea maxime parte capitis canities oritur, ob eam scilicet rem, quod pars capitis prior humidior, quā posterior, & pituitosior est.

2 Cur parte priore capitis sola caluescere solemus? Quod mollis, & laxa est. cùm enim pilus ob naturalem siccitatē uacat alimēto, facile defluit, ut qui nō ita solide parte innitatur priore, sicut posteriore. q̄ siccior, atque spissior est, caluicium ex siccitate oriri solitum est. quamobrem quibus crispus capillus est citius caluescunt. canescunt autem serius, vtpote, qui capite sint sicciori. siccitas enim pituitosam illam materiam totam absumit. sunt ijdem præterea vigiles plus quàm cæteri. somnus enim humore consistit. Quod quidem argumento cōstat infantium, qui ut humidi excremētosique sunt, sic somniculosi esse cōsueuerūt. patet idem uel ex humidis corporum affectionibus: atq; ex ijs, qui uel uino sese inebriarūt, uel crebro balneo vsi sunt. Quin ēt minus excremēti mittere ijdem solent per par-

tes

es, quę secessui vacantis materię deputatę sunt, s, inquam, nares, oculos. At qui capillo sunt ꝓ- iiſſo, & ſimplici capitis humore abundāt, itaq; ōtra afficiuntur: quippe qui aut nūquam aut lē ius caluitium ſentiat. fieri tamen poteſt, ut uel itio ſui generis quis caluefcat, ſicut & articulo- um dolores & plerique alij corporis affectus de arentibus ad prolem deſcēdere conſueuerunt, t non deſinit, quos morbos liceat hæreditarios ppellare. Ergo uel ea ipſa de cauſa, vel celerius aluefcere, vel excrementoſus, ſomniculoſuſque ſſe quis poteſt. canos autem candidos eſſe ꝓpte ea neceſſe eſt, quia pituitæ, ex qua orti ſunt, co- orem imitantur. nonnunquam etiam ad colo- em penè auri vergunt, videlicet ubi ſe cum pi- uita bilis vitellina permiſcuit.

3 Cur excrementis abundare, ac vigiles eſſe ſe- es conſueuerunt? Excrementis certe abundant, ui frigidiores, atque debiliores, atque ad conco uendam ineptiores longi temporis ſpatiū red- idit: hinc enim excrementis foramina, meatuſ- ue corporis redundant. Vigiles verò, quia ſic- iores parte corporis ſolida efficiuntur. Infantes orſus, quia ex contextu foraminum, & parte olida corporis ſunt humidiores, non tantum ex rementoſos, ſed ſomniculoſos quoque eſſe ne- eſſe eſt.

4 Cur pueri nō caneſcunt, cum humidi excre- nentoſique eſſe ſoleant? Quia humidi, & calidi unt: pituita autem unde canities, humida & fri ida eſt. Adde, quòd puerorū caluaria mollis la- aque eſt inſtar cutis, itaque uacans materia, & nutilis diffiari poteſt, atque euaporari. ſenio- um prædura eſt: tempore nanque obdureſcit. ac enſa, ſolida, oſſea redditur, unde rimas in ea

natura perduxit, quibus uapores excrementi[...] efflari, atque euanescere possent.

6 Cur mulieres, & spadones canescere celerit[...] soleant? An mulieres, quia natura frigidæ sun[...] atque ex otij causa? sic enim plus materiæ inu[...] lis contrahi potest, præsertim si menstrua defu[...] runt. Spadones, quia non amplius semen exce[...] nunt, sed excrementum illud seminis genital[...] quod pituitosum est, per totum corpus mistu[...] cum sanguine digerunt.

7 Cur item careãt pilis? Mulieres quidem, qu[...] frigidæ sunt, foramina sui corporis spissiora h[...] bent, atque coarctiora. uis enim frigoris contr[...] here, constipareq; aptissima est: itaque exitus [...] lis denegatur. Spadones uero, quia iusto hum[...] diores sunt, excrementisq; admodum redũdan[...] hæc enim ratio est, cur loca neq; præhumida, [...] que præsicca, saxosaq; herbas edere ualeant?

8 Cur pedes spadonum magna ex parte solẽt [...] prauari? Quoniam præ nimio quem dixi hum[...] re, mẽbra admodum madefacta, & emollita, [...] proinde debilitata gerunt. fit enim ut pondere [...] superimposito corporis, crura parum ad sustin[...] dum ualida, peruertantur. quo modo harund[...] nem pondere superannexo flecti necesse est. [...] autem duram, & siccam esse ualidiorem, in [...] suo officio stabiliorem: humidam uero, & m[...] lem, imbecillam, parumque efficacem extar[...] argumento sunt ligna, pelles, funes, atque [...] etiam homines. quippe, si qui per luxum b[...] neo, & poculo immodice usi sunt, imbecilliore[...] reddantur: sed si per frugalitatem modice se [...] resiccarunt, robusti, efficaciores euadant. Vn[...] fit, ut spadones quidem effœminati imbecilli [...] sint, forsitan & uinosi, utpote qui pituita m[...]

gis abundent, cùm enim habitu sint frigidiori, liuidos esse rei contrariæ uerisimile est. uinum autem natura est calidum. Aethiopes uero, utpote sicciores, crispi, macilenti, musculosi, robustique constant.

9 Cur ijdem uocem reddũt acutiorem? Quoniã humor ille immodicus fauces, canalem asperũ cognominatum, obcrassans, atque infarciẽs, longe reddit angustiores. & cùm spiritus per angusta se promat, uocem agat acutiorem, quàm in integris fiat hominibus, necesse est. His enim uox ampla per meatus laxitudines informatur, & ducitur. Argumentum ex tibiarum foraminibus accipi aptissime potest. humor autẽ nimius spadonum, uel eo constat, ꝙ percrassari, & mammas fœmineas explere, & genas habere tumidiusculas, & pilis esse promissioribus, & canescere facile consueuere.

10 Cur è spadonibus nonnulli rem aliquãtisper uenereum appetant, & amore interdum teneantur? Quoniam sunt qui, cùm pubescerent, castrati, collisiue fuerunt. Itaque ueluti semispadones sunt. adde quibus iecur feruentius, & seminis cõceptacula ampliora, hi ueneris usum sæpe imaginantur, & appetunt: agere tamen quod cupiũt non possunt, quoniam coles eorum mox emarcescat, & langueat. Spiritus enim, qui diutius tumefacit, deest: quippe cùm semen non adsit, unde spiritus ortus per meatus semini attributos deferri ex parte coxarum consueuit. Quamobrem fit, ut meatus illi collapsi perinde atque in puerili ætate possint exercecari.

11 Cur cęteris omnibus nostri corporis partibus quas pili integunt, canescere consueuimus, alis uerò nequaquam? Quoniam locus iste calidior

dior est, quippe qui conceptaculis tum spirit
naturalis, tum sanguinis, sit refertus: qui etiam
quia laxior, atque solutior est, idcirco excreme
ta pituitæ digerere, atque difflare assidue pote
quod quidem argumento cõstat sudoris assid
alarum.

31 Cur nonnulli pudore affecti alis insudare c
gũtur? Quia pars ista corporis laxior est. Natu
qppe ab eo recedit, quod vel reuerendum, vel
uendum est: atq; paulisper sese cum sanguine
colligit, recipitq; in venas atq; arterias ampli
res; quæ vbi expletæ fuerunt, extillare incæper
quod idem ẽt euenire ijs nouimus, qui affecti
titia sunt, ob eam scilicet rem ꝙ elaxari, resc
uique corpus totũ, maximeq; alas necesse est.

32 Quam ob causam pallidi, q metuerunt, effic
tur? Quod natura humana visque interior, qu
corporibus nostris consuluit, ne quid extrins
cus capiat detrimenti, cõtinuo fugit & se ad l
ca cõfert penitiora, custodiæ gratia: quemadm
dum nos quoque domum eadẽ causa petere s
lemus: quo cùm properat sanguinem secum t
hit, quo solo vehiculo, alimentoq; vti cõsueu
vtpote q ex succis omnibus sit bonus solus: h
autem est, q florẽ nostro largiri corpori pote

13 Cur ijdẽ illi contrimescere consueuerũt? Q
niam vis etiam animalis per consensum vtiq
naturalẽ diffugiẽs, neruos relinquit imbecill
qui suo robore membra sustinent, firmaq; tue
tur. Hæc eadem ratio est, cur & aluo fundant
& mingant inconsulte: musculi nanque, quo
interest meatus excrementorum claudere, de
litati retinere amplius nequeunt.

14 Quam ob causam rubescere solẽt, qui gaud
Quoniam natura sponte rei occurrit, quæ gra
extrin-

extrinsecus accessit. Quemadmodũ nos amicis, aut liberis obuiam vltro festinamus: naturã aũt sanguis comita, quẽ suo colore cuti florẽ posse largiri, palloreq; ob ei⁹ orbitatẽ oriri ꝓposuim⁹.

Cur erubescere consueuerunt, quos pudui? 15 Quoniam natura sua naturali quadam, non arbitrali conscientia verecundatur, ac reueretur, quod honorandum, colendumq; senserit. Itaq; more pudicæ, nobilisq; puellæ compescitur: & se ad loca penitiora corporis recipit, atq; occulit, quod cum agitur, sanguis concitus liberalius fluitat, cutemque suo colore pertingit. Sunt tamen, qui naturam sese protegere copia sanguinis asseuerent, quomodo & manum naturali ingenio tantisper faciei admouere solemus, dum pudore afficimur.

Cur nõnulli à vita p̃ nimio metu discesserunt? 16 Quoniam vis naturalis admodum interiorem subiens partẽ sanguine, calorem insitum atque vitalẽ solitum de corde oriri obruit vniuersum, atque extinguit: qua ratione oleum quoque multum, vniuersimque lucernæ infusum flammam põt extinguere: calor q̃ppe corporis ille perapte flammulæ lucernæ respondet: & vero, q̃ dolore vexantur nimio, eadem ipsa de cã discessere è vita: interit enim motus interior natiui caloris, queẽadmodũ ignis quoq; obturatus extinguitur.

Cur multi ebriati vino obierũt? Quoniã vini 17 copia naturalẽ animalemque vim omnem suo calore opprimit, maximeque id sentiunt, qui calorem insitum exiguum continent, atque imbecillum. Qui enim multus, ac ualidus est, resistere amplius, ac spatio temporis copiam omnẽ illatã concoquere potest, quemadmodum plus olei infusi flamma tolerat, quæ lagior est.

Cur

18 Cur membra senum obtremunt? Quoniã n[illegible] ui membrorum, & musculi vi sua mouẽdi priu[illegible] ti non amplius æque partes continere, firmar[illegible] stabilireq; possunt. fit etenim tremor, cùm po[illegible] dus quidem mẽbrorũ corporis trahit deorsu[illegible] animæ autem vis sursum eleuat, idque viciss[illegible] atque assidue agitur. Hinc enim incurui senes [illegible] terram corruunt; & ne id fiat, baculis sese sust[illegible] nent, & tanquam caducos parietes lignorum [illegible] miniculo continent erectiores. Hæc eadem v[illegible] rium imbecillitas facit, vt & urina, & alui exc[illegible] menta prodeant inconsulte.

19 Quam ob rem pallescere solẽt, qui ægritudi[illegible] succumbant? Quoniam rem tristem natura se[illegible] tiens, paulatim descendit ad loca sibi penitio[illegible] cum sanguine, qui coloris author est: minus t[illegible] men illi, quàm qui metuunt, pallescunt.

20 Quam ob causam, qui lætitia exultant, reso[illegible] uuntur? Quoniã uitalis uis, & insitus calor for[illegible] ad rem lætabilem immodice profluens dispar[illegible] tur, ac interit. Vnde fit, ut & sudent, & rubea[illegible] sanguinis aduẽtũ. Calorẽ enim natiuũ, ignem[illegible] ipsum. vt per loci sui appetitionem sursum eff[illegible] ri, sic per almenti desiderium ima petere nece[illegible] est. igitur vtralibet mouẽdi ratione perempta, [illegible] lor insitus interit, & uis omnis vitalis euanesci[illegible]

21 Quam ob causam qui uel angũtur, vel irascu[illegible] tur, uel amãt, frequenter ampliterque suspira[illegible] cõsueuerunt? Quoniam qui anguntur, animu[illegible] totum ad rem, quæ dolori est, conuerterunt: q[illegible] irascuntur, rei, qua conciti fuere, intendunt; q[illegible] amant, rei tantum incumbunt, cuius desider[illegible] detinentur. Itaque animus conuersus ad id, qu[illegible] sollicitatur, negligit, & quasi officij sui obliuis[illegible] tur. videlicet, ut musculis thoracis uim mouẽ[illegible]

suppe-

suppeditet. Cor igitur, cum neque per intentionē pectoris aerem capiat, quo uentilari, refrigerarique possit, neque per remissionem seuocet, quæ sanguinis ardor fauillacea excrementa cōmisit; ne stranguletur, animam cogit, & ad desertum officiū reuocat, & hortatur, plurimā musculis præstet rationem, & inspirationem, expirationemque ampliorem efficiat, ut & copiam aeris frigidi capiat, & excrementorum largā eijciat copiam, ita ut quod uices minutæ, crebraq; spirandi essent facturæ, hoc una amplior respiratio subministret. Quam rem στενάζειν hoc est suspirare ueteres ab angustia cordis dixerunt, & quidem ad quoddam tempus latè suspirant, idque sæpius faciunt, quouiā animus quidem, ut dictū iā est, rē, à qua excitatur, assidue dispicit; natura uero aliquando cordis gratia cogit uim mouendi trāsmittere thoracis musculis ampliorē. Quod autem in thorace respiratio est, hoc in reliquo corpore seductio spiritus per arterias habetur, ac inspirationi intensio expirationi remissio respōdet. Sphygmus autē, id est, pulsus ipse intēsio meatus, & remissio in corde & ī arteria est.

Cur ægre id genus carnis concoquitur, qđ insitium appellatū est? Quoniam sua leuitate fluitat in uentriculo per cibi humidi medium: nec eius corpus attingit, quo tactu fieri concoctio potest, sed iuxta gulam redundat: cuius officiū cibis non coquendis, sed appetēdis delegatū est quinetiam fortis aquæ iniectū nō subsidet, sed innatat, quoniā dū carnes terūtur, spiritus admittitur præleuis, qui corpus eleuet, & in humore fluitate aptissimum reddat; hinc etiam molle, so utūque forte talis spiritus auadat, necesse est. 22

Cur aqua perferuida grata prurientibus est? 23

Quoniam causa cur membra pruriant pituit[a] crassa & perfrigida est: hæc autem facit, vt cuti[s] habetior sit, atque stupentior.

24 Cur iidem balneis delectantur calidis? Quo[niam] pituitā calor digerit, & ungues excutiunt[.]

25 Cur terga amplius, quàm cęteris corporis par[tes] pruriant? Quoniā plus pituitæ continent, v[t]pote quæ frigidiora sint. Quā ob rem senes pru[ritus] magis exercent, quia frigidiores sint.

26 Cur homines, qui breui sunt corpore pruden[tiores] magna ex parte sunt, quàm qui lōgo? Qu[o]niam animus toto in corpore coactius, & cōpa[ctius] manet, si breue est: si longum, passus pe[r] longitudinem exoluitur, & hebetascit, vnde Ho[merus] Vlyssem breuem, ac prudentissimum re[fert], Aiacem longum, & stultissimum prodidit. Hoc modo qui breuiore sunt corpore, sunt eti[am] fortiores, quàm qui proceriore.

27 Quare qui minus sunt prudentes, suspens[o] corpore, ac vultu sublimi incedunt? Quia quem[admodum] nauicularius non admodū robustu[s] nauim recta non agit, sic nec corpus animus im[becillior].

28 Cur plerique stulti liberos prudentissimos pr[o]creauerunt: & contrà, multi valde prudentes st[o]lidissimos? Quod homines stultiores cum co[n]cumbunt, totos libidini sese dedunt, itaque an[i]mo penitus in corporis concreationem demer[so], astrictoque, rei tantum venereæ, semen uire[s] optimas tum rationales, tum naturales adept[um] perfluit, creatque proinde hominem prudenti[o]rem. At homines prudentes, & docti semper al[i]quid uel honesti, uel vtilis animo cōplectuntur, nec in ipso quidem venereo coitu omnino à re[rum] stūdio desistunt: itaque animo remissiori pr[o]

fluens

fluens semen expers longe facultatis illius animalis incumbit. Hinc etiam deduci ratio potest, cur homines stulti, atque indocti filios robustos maxime procreãt, prudẽtes & docti imbecillos.

Cur ferarum animantium stercus minus, quã vrbanarum fœteat, & damarum & aliorum quorundã excrementa paulisper aromata redoleãt? Quoniam ferè cibo ficciori simpliciorique vescantur, laborantq; vehementius: hominum vero stercus omnium maxime animantium fętet, ꝙ vario, humidoque cibo magis cæteris utuntur: atque plusquam sit satis importune prius, quàm egeamus, gulæ ingerimus, atq; minus nos per laborẽ exercemus, atque minus calore abundamus cum igitur cibus, vel plene concoqui, vel satis difflari propter copiam non queat, putrescit aliquantulum, itaque grauius fœtet.

29 Cur sinapi, & piper, & acrium omne genus cuti superimpositũ nostri corporis ulcerare nimirum potest, deuoratum ventrem vlcerare nõ poterit? Quoniam ante immutatur, atque concoquitur, quàm incipiat agere adde ꝙ eius vehementia hebetascit nimio ventris humore, quin etiam cutis suam ob densitatem tempus ad agẽdum rebus admotis acribus satis adhibet, & quoniam imbecilla est, facile sentit. at pars intestina vna, & laxior & ualidior est.

30 Cur & præ nimio dolore, & præ nimia lætitia æque lachrymæ excutiantur? Quoniam qui dolent, spissitudine meatuum, qui positi oculis sunt, humorẽ, quẽ oculi continent, exprimunt: dolor. n. meatus refrigerat, atq; astringit. At qui lætantur & gestiunt humorem ex luxitate meatuum effundunt oculi tamen quicunque arctioribus constant meatibus, lachrymam natura

de causa mittere consueuere.

32 Quam ob causam qui dolent, summa corporis parte pallescere consueuere? Quoniam vires naturæ cum sanguine partes interiores corporis subeant, sicut superius dictum est, sanguis autem est, qui summam corporis partem calfacere possit, & laxare.

33 Cur sæpenumero euenit, vt qui mingunt, etiam flatum ventris extrudant? Quoniam vesica plena vrinæ intumescat, & premat, & adducat rectum intestinum: itaque vrina, dum egeritur intestinum illud relaxatur, & flatibus intestinis inclusis libertatem effluendi concedit. Sunt tamen qui dum vrina secernitur, consensum quendam membrorum effici omnium censeant.

34 Quam ob rem qui oscitantem viderint, oscitare incipiant? Quoniam natura animantiũ consentiens inter se, afficique mutuo aptissima est maximeq; brutorum. Hinc vbi è grege asinorum meiere vnus adorsus est, cæteri quoque omnes identidem faciunt, quibus vesica plena est vrina.

35 Cur sanum lippiens sua aduersa valetudine afficiat, sanus vero lippientem sua bona valetudine emendare non queat? Quoniam oculi humidi, molles, affectuique opportuni sint, adde quòd sanitas temperies quædam sit corporis morbus autem intemperies, faciliusque modicus habitus ab immodico mutetur, vertaturque quàm econtrario. merito lippitudo, quæ habitus quidem modicus est, sanitatem, habitum laudabilem celerius, mutat: omnem mutationem autem ob naturalem consensum corporum fieri certum est.

36 Cur numus, aut pomum in aqua demersum amplius

amplius seipso videatur? Quoniã aqua submerso adhærens corpori, eadem afficitur qualitate, coloremq; proinde trahit eundem, quo fallere oculum possit, quasi corpus amplius sit, cum vndique aqua continetur. Hac enim eadem ratione Sol quoque, & Luna, & Errones omnes, cùm vel exoriuntur, vel occidunt, corpore esse ampliori videntur: quippe cùm ita primum cœlum recipiat eandem qualitatem, afformeturque cõsimilius.

Cur quadrata è longinquo rotunda esse videãtur? An quia quadrati angulos vtpote subtiles è longinquo percipere oculos nequeat: quibus detractis rotundum videtur, quod relinquitur? 37

Quam ob causam, cum aliquid procul percutitur, ictum statim cernamus, strepitum lentius audiamus, quanquã vnà cum ictu strepitus oriatur? Quia visum tenuiorem, atq; acutiorẽ, quàm auditum habemus: visus igitur anticipare, utpote acutior, potest: auditus, vt crassior, lentius suo fungitur munere. Eadem hæc ratio est, cur in attritu confrictuq; nubium ictum, quod tonitruũ appellamus, & ardorem, cui nomen fulgur inditum est, non ex æquo percipiamus: sed fulgur primum uideamus, post tonitruum audiamus: quãquam ictus vel prius tonitruum, quàm fulgur efficiat, vel vtrunque simul committat. Ergo vel hac in re visus vtpote agilior, & tenuior præcurrit, atque anticipat; auditus vt crassior, & retardior, postmodum sentit. 38

Quam ob rem ex frigoris vehementia partes nostri corporis cæteræ rigeant omnes, facies minime, cum hæc vna detecta frigori pateat? An propter consuetudinem? facies enim ꝙ semper detecta est, aeris mutationibus insueuit, iuuat au- 39

tem plurimum ad resistendum consuetudo, at exercitatio.

40 Quam ob causam bilis suo conceptaculo affectu admodũ facili complexa, nunq̃ id corrodat ubi vero in dentem corpus solidissimũ paulisper decubuit, illum errodat, atq; interimat ? Dixerim, quia natura, vt in illo vno corpore bilis contineatur, statuis: vis.n.naturæ plurimum ad prohibendum ne quid officiat, valet. Constat hoc etiam rebus alijs: fœtus.n.decẽ ferè menses in vtero permanens, nullum ponderis sensum gerenti fœminæ mouet: at si quis flatus eodem ruat, tormentum protinus excitatur, & pondus sentitur & distentio. rapit intolerabilis, arteria item aspera spiritus vnius conceptaculum est, ita, ut si quid cibi, aut humoris in eam delapsum sit, strangulatio sequatur & tussis subita: natura.n. non cibo sed spiritui uiam hanc uni vendicauit.

41 Cur alij balnea sitibundi ingressi, extincta siti egrediantur, alij contra? Qui habitu sunt siccio ri, siti balneo humefacti, absoluuntur, præsertim si non penitus tabeant siccitate. at qui humidiores sunt, & siti omni vacantes, ijs humor per sudorem absumitur, itaq; sitis creatur: quippe quæ siccitate oriri solita sit.

42 Quam ob causam radice per cibum ingesta alij fœde eructant, alij non? Quorum ventriculus non vities excrementis, maxime quæ pituitosis redundat, horum eructus purior est. Quorum autem illis redundat, impurus, & male olens: radix enim vim calfaciendi, incidendi, extenuandiq; materias obtinet, flatusque ex humoribus mouet, quos per ructum retundit, ita fæces quoque diri odoris si immotæ manent fœtorem, nõ spirant, si mouentur, ampliter spirant, haud.n.

audien-

audiendi ſunt illi, qui radicem ipſam vitioſam natura, & fœtido conſtare genere cenſent: argumēto, quod etiam foris tam marcida male olet: nā ſi id eſſet, omnes, qui eam ediſſent, fœtidum eructarent.

43 Cur ſummis frigoribus, digiti & omnino extrema corporis nigreſcant, & decidant? Quia vis ſummi frigoris calorem inſitum ad corporis profunda impellit, & claudit: itaque extrema, quoniam vires animales, & calorem nequeat adipiſci primum liuent, deinde nigreſcunt, & moriuntur, decidunt vero propterea, quòd natura reliquo ſuo corpori conſulens, adſtringit ad ſe quod integrū eſt, relinquit, atque reijcit, quod mortuum vacat: extrema ita affici poſſunt, eo quòd parum carnis, caloriſq; obtinent. hinc.n. & in genere ſtirpium, quæ infirma, laxioraq;, & minus calida ſunt, frondes hyeme ineunte amittunt. Errant.n. qui principio calorem innatum vim aduerſam frigoris aufugere introrſum existiment: proinde coactum, & quaſi recreatum proficiſci vniuerſum larga cum copia omnibus auxilio membris: itaquè feruore nimio extrema poſſe exuere: nam dum intus manet, cogi melius poteſt.

44 Quam ob rē qui extremis perfrixere, ſi membra igni admoueant, doleant, vehementer? Hoc vniuerſum, & ad ſubitā qualitatis mutationem accidere arbitrandum eſt. fit.n. vt ex multo frigo[r]is repentè tranſeant ad multum caloris, omne autem quod immodicè, vniuerſimq; malo agitur habitu, dolorem naturæ infligere poteſt ſicut quod per habitum bonum modice, atque ad naturalem conditionem vniuerſim mutatur, naturā verò vehemēter permulcet, atq; oblectat,

corpus enim humanum habitu temperatio[r]
quàm cætera animalia constat.

45 Quam ob causam, qui piper, aut panis frust[um]
grandiusculum deuorarint, singultiant? Qui u[en]
triculum mundum, & sentientem, & calidum
habent, hi celeriter piperis acritudine morde[n]
tur: quo moisit stomachus ad repellendam r[em]
quæ id efficit, excitatur. Itaque oritur, qui si[n]
gultus uocatus est. At qui uentriculo sunt frig[i]
diori, pituitoso, atq; hebetiori, hi lentius singu[l]
tiunt: quinetiam qui panem incisum iusto am[]
plius deuorarint, oppressi magnitudine panis
singultire coguntur. membrorũ.n.natura ne[q]
quiescere, quoties aliquo detrimento infest[a]
tur. Piper igitur qualitatis suę acritudine faci[t]
ꝙ singultus obueniat, quomodo bilis quoq; in[]
terior pungit, & concitat. Panis uero suo oppr[i]
mens quantitate, idem cõmittit more pituita[e]
quę singultũ aggrauando ciere potest. respon[]
det.n. piper bili panis pituitę: utraque uero pro[]
xima rebus extrinsecus infestantibus: dixerim
spinis & lapidi, piper.n.& bilis acumini spinar[um]
respondent: pituita & panis lapidum ponderi.

46 Quam ob rem uitia, quę in unguibus digito[]
rum constiterint, dolore afficiant vehementi[?]
Quoniam nerui ad extremos usque porrecti d[i]
gitos suis ipsi excrementis vngues conficiunt, [si]
cut etiam dentes in gingiuis. Cum igitur vis, qu[æ]
per neruos author sentiendi præstatur, perflu[ẽs]
extremis insistat digitis, eo se colligẽs, augeatu[r]
aquæ modo, quæ in compita confluit, cõstat e[]
magis dolorem posse amplificare, quoniã plu[s]
sensus vitiis augetur.

47 Quam ob rem ijs, qui panem incisum gran[]
diusculum deuorarint, & ob eam rem singulti[]

inci-

incipiunt, retentio ſpiritus ſingultum ſedare poſſit? An quia ſtomachus ad aſperam arteriam poſitus eſt? idcirco premitur ab ipſa arteria, & inſtringitur, ita vt panis intruſus in ventriculum excutiatur: quo excuſſo, pondus tollitur, quod ſingultum ciere poteſt.

48 Quam ob cauſam qui ex pane ſingultiunt, ſoluentur ſingultu, cum triſte aliquid audierint? Quoniam ſunt intenti ad hoc, quod ægritudinē attulit. Cùm enim vis animalis aliorſum conuerſa mouere thoracem deſinat ſpiritus parum tantiſper affluit: itaque coactus ſingultum prę ſua copia ſedat, ut dictum iam eſt.

49 Quam ob cauſam cùm picturas intuemur, ſi prope aſtamus, colores plano contineri omnes uideamus, ſi procul, partim cauo, partim deuexo repræſentari neceſſe eſt? Quoniam uis conſpiciendi, quoties perlongū extendi tur interuallū, lāgueſcit: atq; ita colorū profunda diligētius nequit explorare, ſed partē albiorem deuexam uidet, nigrioram cauam. Album enim, quoniam lucido proximum, foras verſus elucet; nigrium, utpote obſcurum, introrſus nitet. Hic adjci illa congruum iudico. Artium aliæ materiam transformare ſolent, vt cùm fictor æneum equum, bouem, aut quod aliud animal conflando, aut ducendo hominem, aut vas aliquod affingat, videlicet materia ęris à forma in formam immutata: aliæ per adiectionem agunt, ut quæ cæra, aut luto effigiant: aliæ per demptionem, vt quæ animal ſculpendo afformant: aliæ per compoſitionem, atque appoſitionem, atque conglutinationem, ut ars ædificandarum ædium, aut nauium, aut lignaria: ſunt præterea, quæ per habitus alterationem, penitioremque im-

mu-

mutationem fiant, quemadmodum natura ge nus animalium ex ſemine creare ſolita eſt: non deſunt, quæ per habitus mutationem atq; additionem prodeant corporis quomodo natura membra nutriendo augere vtiq; conſueuit. adde etiam quæ per calorum miſtionem, atque adiectionem corporum conficiantur, vt artem pingendi ſuo fungi officio nouimus.

50 Cur aqua frigida neruis officiat, calida non proſit, ſed talis quoque aduerſa ſit? Nam ſi quid noxium eſt, contrarium eius commodũ eſſe neceſſe eſt. haud enim fieri poteſt, vt contraria modo con ſimili efficiant. Dixerim apram, non quæ eſt calida, poſſe officere, ſed qua calida & humida. neruorum etenim ictus, quoniam ſumma in neruis ſenſio eſt, contẽdi aſtringique deſiderãt, quod humor præſtare nequit, imò neruos emollit, laxat, ad cariem ducit: calorem verò neruis haud quaquam eſſe incommodum conſtat, argumẽto, olei, cuius perfuſione iuuari neruos palã eſt, eo ſcilicet quod aliqd obtinet aſtrictionis.

51 Cur poma obeſſe ſua frigida humidaque natura poſſint: aqua, quæ frigida & humida eſt, nõ tantundem officiat? An quòd aqua pomis tenuior eſt, ac digeri celerius poteſt? idcirco non ex æquo offendit præſertim cum membra firmare aliquantulum valeat.

52 Quam ob cauſam plerique cibos craſſos atq; difficiles concoquere facilius poſſint, vt carnes bubulas: faciles, & ſucci cõpotes laudabilis ægre concoquant ut piſces ſaxatiles? Rationem alij ad conſuetudinẽ referũt, alij ad habitum quẽdã naturalem ingenio humano inexplicabilẽ: alij ventris calore immodico cibos concoctu faciles vltra modum pro ſua facilitate cõcoqui, itaque

per-

perfringi, corrũpitq; cẽsent: difficile uero, & qd modice immutatus, cõcoqui tantùm, nõ præter ea quicquã uitiari. Ni & paleæ qm̃ perquã facilè afficiuntur, in cinerem vertuntur ab igne largo & rapido: quod ligno querno accidere non põt.

Cur farina hordeacea extinguere inflammationes possit, cum frigidum omne cogendi, densandiq; non digerendi uim habeat? Dicendũ nõ ui refrigerandi, sed tergendi discutiendique farinam posse digerere hordeaceam. Scindit enim & deterget humores & uerò pleraque alia rem sibi contrariam efficere queunt, videlicet nõ ratione primaria, & per se, sed secundaria, & per accidens. Exempli gratia, apium, quod calidum est, febrem minuit, non eo quòd calidum (similia enim se mutuo iuuant:) sed quod materias ĩfestantes discutere, atq; detergere potest, & vim mouendi vrinam habet. Iris item, & hysopum herbæ, quamuis calidiores, prosunt tamen ad laterum dolores, quoniam materiam incidunt. quæ inflammationem membranæ costis subditæ excitant. quinetiam aquæ perfusione frigidæ neruorum distentionem ex materia ortam frigida sedatam aduertimus. per accidẽs, scilicet caloris interuentu interioris. Quoties igitur ex se nullo interueniente medio quicquam agit, proprie rationeque primaria rem effici dicimus. at si non ex se, sed per aliquod medinm agat actionem per accidens, ratione que secundaria proficisci dicere consueuimus. 53

Cur antè quàm balneas introeamus, tepidem egeramus vrinam: cum diutius intus manserimus, frigidam? Dixerim quasi per comparationem alterius ad solitum euenire: vrina enim cum tepida effluat vere foras, quoniam nostrũ 5

cor-

corpus iam frigidum eſt, tepidum, quod emin[...] mus, corporis comparatione ſentitur. At vero[...] tus, quoniam plus, quàm vrina corpus recale[...] frigida eſſe videtur, quanquam aliquantulo ca[...] dior eſt. Conſtat hoc etiam, quod ſi balneas[...] greſſus prius, quàm recaleas, te recipias in lab[...] aqua, quæ calida leuiter eſt, feruens admodu[...] ſentietur: ſed ſi poſtquam concalfactus es, [...] brum adieris, non ex æquo feruore eandem p[...] cipies.

55 Cur aqua interdum locis effoſſis maritim[...] dulcis comperiatur? Cauſa, quòd pars maris te[...] ior dulcis eſt; craſſior ſalſa. quantum igitur te[...] ius eſt, dulceque eſt, hoc per terræ foramina t[...] miſſum, liquatumque, in ipſam ſe condit tel[...] rem, quod ea effoſſa competitur. hæc eadē p[...] maris tenuior efferri quoque in cœlum, atq; p[...] humorem dulcem, ac in pluuiam euadere ſol[...] eſt. craſſa illa reſiccata, cocta tranſit in talem[...] Quæ igitur litore laxiori continetur, ſalſa p[...] pterea eſt, quia craſſior quoque humor terr[...] ſubire per meatuum amplitudinem poteſt, q[...] ſalſus eſt.

56 Cur aqua puteorum per hyemem calida, p[...] æſtatem frigida eſt? Quoniam contrarium om[...] ſuum vitare contrarium ſemper ſolitum eſt: [...] igitur frigidum, quod calido contrarium eſt, [...] que exitioſum, fugiat per æſtatem, cū cœlum [...] calet, ſe ad ima telluris recipiat neceſſe eſt: q[...] euenit, vt aqua frigida efficiatur. Contrà p[...] hyemem, quoniam extrinſecus frigus vergit, c[...] lor ad ima fugiens, aquam tepefacit. Contra[...] enim per idem loci, & temporis ſimul manere [...] natura noluerat.

57 Cur in Aegypto, quæ terra calidiſſima eſt, [...]

num-

num frigidum nasci soleat? Ratio eadem illa est, quam superiori reddidimus quæstioni: calor etenim facit, vt frigida omnis qualitas deferat se ad radices virium: itaque illas refrigerat: quod, cum stirpibus commune eueniat omnibus, vites amplius sentiunt: quia molliores, atq; affici opportuniores sunt.

Quam ob causam aqua, quæ feruida demissa 58 in puteum est, frigidissima fiat? Quoniam frigor putei calori pugnans aquæ demissæ, facileque præ sua frigidissima copia superans calorem vniuersum expellit, magnaque cum vi permeat per aquam, atque ita vehementer eam refrigerat.

Quam ob rem cùm bestiola oculo inciderit ali 59 qua, comprimi alterum prodest? Quoniam spiritus visui à natura delegatus, nō prȩterea effluit, sed se colligens, copia larga redundat: itaque ad apertum oculum sua copia deriuatus implet illum, & tumefacit, & in priorem partem reddit propensiorem: vnde fit, vt quod incidit infirmū, ac leuius, expellatur. fortasse spiritus, quoque ipse vniuersus occurrens per foramina oculi, bestiolam reijcere potest.

Quam ob causam qui in faciem percutiuntur, 60 ignem videant? Quod spiritus visui accommodatus, extenuatus per ictum ardet, profectusque in aerem talis videtur, qualis per ictum redditus est. Sic enim & duobus lapidibus, aut ferris mutuo attritis interueniens ictus, extenuatusque maiorem in modum in ignem conuertitur: quod idem & in nubibus euenire certum est.

Cur nō lapides omnes per mutuum attritum 61 ignem excutiant? Quoniam sunt, qui corpore

soluto,

soluto læui, & laxo constent. haud. n. æque per
tritum aer extenuatur, cùm nullo vehementio
afficiatur ictu propter corporis leuitatem: & e
dens quoque, & se in foramina laxioris conte
tus recipiens, non omnis pari modo percussus
calescere potest: hoc etiam per attritum ligno
mutuum accidit. lignis uero, quem de Sole,
aqua excipimus, reflexu radiorum Solis ad vitr
ac inde reditu ad planum contrahitur. fit enim
ita, vt aer amplius concalfactus ignescat: quon
do etiam in speculis agitur.

62 Cur scalas facilius descendamus, quàm asce
damus? Quoniam in descendēdo pondus nost
corporis iuuat, vt pronius deferamur. at in asc
dendo vires dum pondus corporis sustinent, at
efferunt, laborant. sic enim & lapis facilius deo
sum, quàm sursum fertur: nam graue omne deo
sum ferri aptissimum est.

63 Cur pueri statim, ut ex vtero parētis in luce
venerunt, plorare incipiant? Quoniam sensum
iam & naturam alienam sibi experiuntur: qui
pe qui ex corpore calido, & molli, quo contin
bantur, ad aerem frigidum prodeant, fortasse
luce ipsa perculsi contristari, vociferarique in
piunt. Haud enim illi audiendi sunt, qui animu
dicant, ꝙ amisso cœlesti domicilio, corpus inh
bitare terrenum occepit; idcirco infantē coge
dolere, atq; plorare.

64 Cur apes, formicæ, muscæ, atque ad summa
animalia insecta, oleo pereāt? Quia spirādi m
tus continent angustissimos: oleum enim qu
niam lentum est, interseppit, & claudit iter, ita
via spiritui omnis denegetur: quòd cùm ac
dat, interitum sequi necesse est. idem etiam f
pentibus contingit ex ijs quæ mali sunt odo

Nam

Nam ſpiraculorum anguſtias obſtruit ſuffimentorum craſſitudo.

65 Cur flando calida refrigerare, frigida tapefacere poſſimus? Quoniam noſtra reſpiratio calida eſt, ſpiritus qui ore profluit, qualitatem abolere contrariam poteſt: calida vero refrigeramus, eo quòd calidam etiam qualitatem mouerimus, atque digeſſerimus.

66 Quam ob cauſam carnes, quæ Lunæ plenæ expoſitæ pernoctarũt, putreſcant, & pereant? Quoniã aer orbe Lunæ completo calidus reddi ſolet, & humidus: quæ quidem qualitates putredinem contrahunt. ita enim à natura ſancitum eſt, vt ſi calor, & humor modice adſunt, concoctionem efficiant. ſi humor paulo exuperat calorem, putredinẽ moueat: ſi nimium, extinctionem committeret, ſi calor valde humorem vincit, deuſtionem adduci neceſſe eſt. Luna verò, cùm quadriformi notetur habitu, primò cùm æqua portione diuiſa eſt, humida & aliquantulum calida degit: ſecundo pleniter orbe, calida & quodammodo ſiccior eſt: tertio cùm ſeneſcit, ſicca & frigida redditur: quarto cùm luce omni exhauſta ſilet, frigida & humidaque euadit: tum enim expers eſt radiorum Solis, quos calidos eſſe nemini ambiguum eſt.

67 Cur piper & ſynapi, ſi ſolida deuorentur calfacere ventrem nequeant, ſi contuſa, nimirum valeant? Quoniam quæcunque non actu, ſed potentia ſuas continent qualitates, aliquod extrinſecus deſiderant auxilium, quo ſuam potentiam in actionem promant. cum enim per contuſionem tenuiora reddantur, meatuſque corporis facilius ſubeant, atque à calore moueãtur natiuo, merito iam ſuam exercere potẽtiam valent, hæc

eadem

eadem ratio cæteris quoque qualitatibus afferenda est. rerum autem, quæ sua qualitate agant, aliæ actu proferunt qualitatem, vt aqua, ptisana, lac: sunt enim hæc humida ex se, atque frigida præsidij nullius indigentia exterioris, quo refrigerent atque humefaciant: consimili modo sal, & terra, & reliqua generis eiusdem. sicca enim constant natura tam potentia, quàm actu, & specie. At mare & feruida naturæ fluentia, speciem quidem humidam præ se ferunt: sicca vero potentia intelliguntur contrà panis, & semen lini cùm siccam præ se ferant speciem, humidam potentiam sortiuntur.

68 Quam ob rem pleraque omnia animalia videre interdiu queant, noctu nequeant? Quoniam spiritum usui visus accommodatum habent crassiorem, quàm ut aerem permeare ad rem vsque videndam ualeat, crassescit enim per noctem, cum Solis absentia refrigeretur: extenuatur interdiu beneficio aeris, qui tenuis, & calidus est. feles tamen & hyenæ, & uespertiliones contrà se habent. cum enim interdiu nihil ferè uideant, aptè omnia per noctem conspiciunt. spiritum quidē illum visorium, & tenuissimum, & dilucidissimum habēt, ita ut per noctem hic modice incrassescens, idoneus ad rerum conspectum reddatur, per diem luce præclara supra modum extenuatus expādatur, & euenescat. quam ob rem leones quoque per Solem ingredi aciorum non patiuntur, sunt enim acie oculorum acutiusculi: & ignem interdiu iidem ob eā rem fugiunt. constat talem leonis aciem esse argumento pupillæ quæ pręfulget, atque etiam partis humidę oculorum, quę dilucidissima est.

69 Quare, cum per noctem inter dormiendum

ocu-

oculos repentè aperiamus, lucem percipimus? Quia spiritus videndi coactus, amplificatusque in dormiendo vniuersus larga copia erumpit per tenebras, atque elucet: itaque speciem quandam lucis meritò potest conspicari.

Quare quos puduit, oculos deorsum vertere soleāt? Quoniam oculos speculum plane animi natura extruxerat: quippe cùm cœteras quoque affectiones animi per oculos intelligamus: videlicet cùm angitur, cum irascitur, cùm uerecūda tur. quod cùm animus personam quampiam reuerendam respicere libere, atque alloqui auden ius temperet, palpebras trahi deorsum à muscu s cogit: quasi occulens partem, qua facultas cō spiciendi administrari solita est. 70

Cur sedes audiēdi humorem omnem inoffen- , præter quàm aquam patiatur? Quòd aqua æ sua frigiditate neruum illico audiendi mini- rum subit, frigus autem omne neruis inimicissimum est. 71

Quam ob causam, cùm uentus futurus uehe- ens est, splendores quidam tanquam stellæ di- ursent, aut tanquam fulgura coruscent potissi- um per cęlum serenum & sudum? Dicendum n moueri ventum incœpisse: verum nobis, vt rpore constantibus crassiori, atque ad sentien- m hebetiori, nondum patet: aerem tamen su- iorem vt tenuiorem, acætheri proximiorem, ouendo incendit. atque ita nos partes illius pre scintillarum duci cernimus. post vbi ven- inualuit, aerem quoque familiarem hūc ter- & crassiorem mouet, cuius agitationem per imus. 72

Cur ventus uehemētius per loca spiret angu- , quàm per ampliora? Quoniam unum in lo- 73

cũ coactus vires auget, roburq; pro suo profu
do accipit amplius. at verò expansus, diffusu
per spatia laxiora infirmus redditur, atque im
cillus: hinc ignis quoq;, & aqua, & qualitas
coacta validior, quàm expensa, est eadē ratio

74 Quam ob rem nonnulli, cum magna po
procul uidere non possunt; parua in propinq
cernere queant: quos myopas ideo cognomi
mus, quoniam non nisi conniuendo respicia
Dicendum, spiritum cui videndi officium de
tatum est, tenuem, syncerumq; his esse, itaqu
longe deductum, ut rem apprehendere non
sit. propinqua tamen, vel parua explorare su
ob tenuitatem, synceritatemq; nō immerito p
test: at qui etiam minima è longinquo cernu
vt senes quoq; faciunt, his causa contraria re
debet: ꝙ spiritum oculorum crassum, largun
habent, opusq; est ob eam rem moueri longo
neris spatio: videlicet, vt attenuetur, & ad re
percipiendam reddatur idoneus.

75 Quam ob causam canes soli ex omnium a
mantium numero colligari post coitum solea
Quoniam & ceruix vuluæ caninę angusta est
coles in vsu venereæ rei inflatur, ac intumes
nec protinus retrahi potest. Adde ꝙ semen l
tum, glutinosumq; est: vtrunq; vero per imm
cam siccitatem accidere intelligimus: nam &
densare arctiusq; colligere membra, & humo
stringere, atque durare siccitas potest.

76 Cur soli animantium canes rabiant per ęsta
Censendum id fieri propter habitus sicci a
plificationem: canes enim cum semper suapt
natura habitu sicciori constant, tum per æstu
magis resiccantur, & tabent: humor enim c
tentus in his, totusque habitus concalfactu
resic

reſiccatusque ſupra modum incenditur. Itaque
itu hominum per febrem inſanientium furiũt,
& ſaliuam ſicciſſimam, rubiginoſiſſimãq; emit-
unt, incendi totum habitum conſtat, eo quòd
& frequẽti ore anhelãt: & oculos habent igneos
& fauces reſerant, oreque hiſcente vagantur, vt
efrigerentur. cauda item præ nimia ſiccitate
orret, tabeſcit, extenuatur. nec inter eos quili-
et rabit, ſed qui ſicciſſimus eſt. Placet quibuſ-
am ſydus quoq; caniculæ rabiem canibus per
elibationem quandam cęleſtem, atque influen-
iam emoliri.

77 Cur qui rapide, inconſulteque inciduntur, mi-
us doleant, quàm qui conſulto? Quoniam alte-
i animo ſunt occupati cuique negocio, vt ex
quo ſentire præterea non poſſint. alteri ſuum
nimum ad membrũ id vertunt, quod ſecãdum
ſt: atque ita, vt amplius ſentiunt, ſic vehemẽtius
olent.

78 Quam ob cauſam qui onera portant, aut tra-
unt, cum cantu ambulare conſueuerunt? Quo-
iam dum animus modulis permulcetur, atten-
itque numerorum ſuauitati, minus ſentire po-
ſt: itaque minus ab onere angitur. Hæc eadem
tio eſt, cur lugentibus tibias, atque tympana
hibeamus: & cur ad eos, qui vel morte ſuorũ
guntur, & mœrent, vel morbo laborant. ho-
ines congregari, varioq; vti ſermone ſolitum
. animus enim, cùm ſe ad verba transferat, mi-
is rẽ ſentit aduerſam. vnde veteres varia ſcæna
m oblectamina ſibi excogitarunt, vt animum
atijs, modo his, modo illis exceptum, ab ango
ſeiungerent.

79 Cur Aethiopes magna ex parte cum febri-
ant, intereant: & cùm lippiuerint, exulce-

rentur? Quoniam calidi sunt nimium, & sicci
enim per febrem, vt omnis elementorum
ftuatur constantia, quandoquidem humor,
est in his exiguus, absumptus, atque abditus,
cit, vt tota elementorum cōstructio resoluat
calorem enim deleri per alimenti inopiam
cesse est, qui cùm defuerit, frigus oriri nulli
bium est. Quinetiam siccitas humore interē
exuperat. quapropter mortua corpora sicca
frigida sunt. Vnde Homerus. cùm ex elemen
duo, quæ tenuissima, & leuissima sunt, abire,
euanescere, duo reliqua manere corporib. m
tuis nosset, deprecatus in hunc modum est:
dij vos omnes faciant vndaque, solumque.
delicet gelidos, & siccos exulcerantur per lip
tudinem oculi: quoniam sanguis bilem ex
flammatione excipiens, oculos præ nimia acr
dine excedit, & lacerat.

80 Cur in conuiuijs poculis modo contrario v
mur? Cum enim comedere incipimus, minu
bibimus poculo: cùm satiati sumus, amplo ia
agendum censemus. Hoc etsi contemnendū
tius, quàm discutiendum videtur, habet tam
causam non ineptam. vt enim epularum gra
crebrius bibamus, à minutis incipimus pocu
atque ad ampliora finimus: quippe cum minu
implere satis, vbi pòtare liberalissime libuit, n
queant. at si ab amplioribus incipiamus, ocy
expleri necesse est. Itaque frequētius, quod ep
lantes decet, haurire non possimus. adde qu
natura largo protinus, vniuersoque haustu ex
pta, rem moleste fert alienam, & copiam o
nem successiuam aspernatur. at verò minu
exorsa, paulatim amplioribus assueta, copiam
quoque familiarius demum admittit, & patit

Quam

Quam ob causam, qui aqua intercute laborãt, 11
ssidue sitiant, cum aqua sint pleni? Quoniam hu
mor, qui in his non digeritur, sed putrescit, sal
us quoque efficitur, atque ita stomachum resic
are potest, præsertim cum febriculæ adsunt. Ad
æc, quanto venter amplius intumescit, tan-
o reliquum corpus minus ad portionem ca-
iens alimentum resiccatur, vnde etiam exte-
uari consueuerunt: maxima enim pars sibi cõ-
ersa in aquam, ortum, amplificationemque
tij exhibet.

Cur per conuiuia, vt inter initia cibi, & ante- 12
uàm impleamur, angustia premimur: sic post
tietatem atque ad finem cœnæ relaxamur, ne-
ue vllo accubandi cœtu adduci præterea con-
euimus? Quoniam principio omnes præ ni-
ia edendi auiditate ad partem lectisterniorum
teriorem tendimus. hinc euenit porrò, vt nõ
ediocri premamur angustia. At post satietatẽ
us in partem potius vergit inferiorem, alius in
ius discumbit, alius item erectius sedet, alius
priorem in partem inclinatur, vel in posterio
m paulo resupinatur: atq; ita efficitur, vt post
ietatem relaxemur. Adde, quòd omnes inter
endi initia in pectus propensi, & in latera eni-
corporis accubamus: itaq; euenit, vt angustia
emamur, necesse sit.

Quam ob causam cum tres corporis nostri ma 13
iæ simplices, vniformesque sint, non tres quo
e morbi vniformes, atque simplices veniant,
plures? Duplex enim in qualibet materia, ge
est ægrotandi, videlicet continens, atque in-
mittens. Censendum propterea id accidere,
oniam non tãtum ex materijs morborum di-
imina oriuntur, verum etiam ex locis: calida

enim, tenuisque materia febrem acutam, bre-
uem, ardentemque efficit: frigida & crassa hebe-
tem, & longam. sic enim & ligna, quæ calid-
& siccissima sunt, vt tedæ, vt laurus. ingentem
excitant flammam: atque ocyus absumuntu-
atque humida, & viridia, ignem humilem red-
dunt, & fumosum, & lentius deuruntur. locu-
item si amplius, latusque sit, celerius pleniusque
accendit materiam ob eam scilicet causam,
quantum materiæ vitiatum est, coactum eode-
in loco substat, perpetuaque via accensum viti-
Sed si angustus exiguusque sit, vt non totam
sed particulatim materiam capere totam poss-
febrem imbecillam creat, & diuturnam. Ergo
materiæ naturam, & locum coniunxeris, n-
merum omnẽ comperies febrium, quas putr-
materia contrahere potest. Nam si in amplis c-
ceptaculis, id est venis, atque arterijs flaua bi-
putrescit, quoniam calida est, febrem accen-
ardentem, acutam, breuem, qui Ardor vocat-
est. Sed si pituita frigida in paruis venis, & ar-
rijs, cui propinquis putreat, febrem imbec-
lam, & longam mouet, cui nomen Quotidia-
inditum est. Item si flaua bilis paruis in conc-
ptaculis putret, febrem creat breuem, diuturn-
rem tamen, quàm ardor sit: quam Tertiana-
vel acutam simpliciter nominamus. Sed si pi-
ta in amplis putret conceptaculis, febrem ex-
tat quotidiana aliquantulo breuiorem. Parim-
do & atra bilis, si amplioribus venis putresc-
quoniam tota vno tempore incendatur, breu-
agit quartanam. At si in paruis, diuturnam. Ac-
dit enim, vt simul & materia frigida crassa i-
mutarique difficilis sit, & locus arctior obsist-
ue bilis tota simul deleri possit, & absumi.

Cur

Cur febris quartana diuturnior sit quàm quotidiana. cùm pituita, quæ frigida, crassa, lentaque sit: quomodo etiam atra bilis, quæ quartanam agit, frigida, crassa atque etiam longe minor, quàm pituita contineatur? Quoniam pituita quanuis frigida, & crassa, tamen humida est: humidum autem quodque facile immutari potest: atra bilis, sicca & frigida est. Siccum autem omne difficile immutatur. Captiose igitur agunt, qui missa, & quasi operta reliqua aduersaq; qualitate frigidi, vnius affinitate, & pituitæ copia ratiocinantur. adde quod pituita naturæ accommodatior est, quàm atra bilis: vnde per esuritionem pituita pro alimento natura vti cōsueuit. febre igitur quotidiana vrgente natura quantum pituitæ vtile competit, totum id ad corpus alendum concoquit, atque dispēsat. quā tum autem inutile est, id putrescens accendere potest febrem. 84

Quam ob rem materiæ nostri corporis cum quatuor sint, putrescantque omnes, genera febriendi non quatuor, sed tria constant? Quoniam sanguis naturæ familiarior est, alimentūque suppeditat corpori. hic enim si abundat, plethoram, id est repletionem tantummodo creat: si putreat, nō sanguis præterea esse potest: quippe qui recalescens flauam in bilem transeat, at reliquæ omnes materiæ, si superent, vitia per cutem maxime pariunt, vt vlcera, quæ à serpendo herpetes appellamus, vt cancros, viriligines: sed si putreant, febrem excitare consueuerunt. 85

Cur, si per parietes inuicem obiectos fenestræ sint, accidat, ut altera clausa, non præterea multus, ac vehemens ventus irrumpere per alteram possit? Censendum hoc propterea euenire, quo- 86

niam aer excitus, id est uentus non nisi corpo
constat: ergo altera clausa, aer, qui ingressus p
alteram est, domum replet: & quoniã corpus e
nihil amplius aeris superingredi patitur, ne co
pus in corpus admittatur. at si fenestra aperi
tur, aer qui domum præoccuparit, pulsus per
extruditur, itaq; locum exteriori dat aeri, & c
dit, ut libere ingredi valeat, qui etiam ipse per
biectam fenestram cursu consimili effluẽs faci
vt alius per alteram admittatur. quod cùm af
due agatur, impetus aeris, & agitatio vehemer
tior exciterur, necesse est.

87 Cur hominũ, qui amoribus detinentur, part
postremæ alias frigidæ, aliàs calidæ efficiuntu
Censendum id propterea fieri, quia quoties a
guntur, desperantque potiri se posse, quam a
dent, calor insitus in profundum se cõtrahit
natura, itaq; extrema omnino refrigerantur:
pallent verò ob eam rem, & tristi vultu demi
que redduntur. At verò quoties contrà uel s
obtinent bonam, vel admodum excandescũt,
lor ille natiuus idẽ ad cutem cùm natura effu
ditur. itaq; calidiores rubentioresque reddu
tur. Quam ob rem pictores cupidinem aliàs t
stem, anxium, iacentemque pingunt: aliàs hi
rem, subridentem, uolitantem puerum. item
eundem vegetum repræsentant: quoniam cu
do uehemens quidẽ est, sed non diuturna, & f
bilis. Amor enim honestus perpetuo uel inter
nos amicos est, vel inter parentes & liberos, u
inter maritum & uxorem. inhonestus ille pa
edurat, magnaque ex parte inter externos, pa
que cognitos oritur honestus, itẽ moderatus.
sobrius est; inhonestus, uehemens, furibũdus
Tenet funale, atque pennatus est, quòd anim
tium

tium videlicet animi efferri, mutariq; facile con ſueuerunt, & calor eorum natiuus propter vehemētem, aſſiduamque ſolicitudinem mareſcit, & vritur. Enſis parte dextera pendet: leua pharetra ſagittis referta pluribus: quoniā principio amor, per radium oritur vnum oculorū. ſtatim quippe vt quis aſpexit, amauit. poſt, frequentes ad rem amatā radios mittit, quaſi tela iaceat, & capere illā conetur. ſagittæ abditæ in pharetra ſunt, quoniam qui amant, occulte radios mittūt oculorū. accedit ad hæc conſuetudo, quæ amorem ita accendit, ignē auget efflatus, quanquam ortus amoris nō ad cōſuetudinē proprie referēdus, ſed ut nonnunquam etiam exiſtere ſubito arbitrandus eſt. Semper enim amore caperetur, qui cuipiam conſueſceret. Nudus p̄terea fingitur, quod & palam fit animus amantis, & ſine vllo interuentu rei prodit cupiditas: haud enim per alium amare quis poteſt, neque ita occulte, vt intelligi à nemine poſſit. vnde ſtatuarum quoque artifices Deos ac reges nudos ſæpenumero cauſa honoris, & laudis effingunt, ſcilicet ut perſpicua eorum poteſtas, & animo ſinceri, nulloque vitio protecti per corporis nuditatem indicentur. Plures cupidines facimus, vel quia varia libido eſt (aliud enim alius cupit. unde Plato cupidinem multiplicam beluam appellat) vel quia ſæpius euenit, vt idem pluribus ſe cupiditatibus dedat. Matrem omnes Venerem habere unam dicuntur, id eſt libidinem. Venus enim libidinis effigies eſt. Ferunt Cupidinem furiam arſiſſe infernam: quoniam ſunt, qui in amores turpes, deteſtandos, illicitos ruant, ut libro ſecundo Allegoriarum de Dijs abunde docuimus.

Cur per ſtatū aeris peſtilētē alij intereant, alij 88

resistere possint? Cēsendū id habitus ratione accidere. etenim qui corpore male habito sunt, ijs aer vitiatus exiguum quoque materiæ, quod integrum extat inspiratus corrumpit, atq; ita materiæ corporis omnes deprauatę morbos plures & insanabiles creant, vt moriendum sit. at qui corpore bene habito est, hunc pestilens aer aut nihil offendere, aut parum potest, habilitatem verò corporis esse, quæ causam illam efficiendi euocet ad agendum, constat argumento materiarum externarum. Quercus enim difficilis passu ignis aspernatrix est, harundo facilius ignē recipit, longe facilius stuppa. uerùm si stuppam madefeceris, & harundinem ceperis viridiem, quercum uerò siccam, aut etiam sulphure illitā igni mandaueris, hæc facile corripietur flagrabitque: stuppa & harundo nullum penitus ignē excipient. hoc eodem exemplo reddenda ratio est, cùm quæritur quam ob causam labor febrē ephemeram ex tempore diei vnius appellatam potius, quam putridam facit, aut hecticam ex firmitate habitus nominatam. quoniam si corpus spiritum integrum habet naturalem, nullisque materiarum recrementis vitiatum sit, aptum iā constat ad genus morbi eiusmodi concipiendū. quo enim solidius, eo siccius, & perinde languori id genus opportunius est. Cur itē Solis feruor alijs somnum afferat, alijs remoueat, eadem illa ratio est: quorum enim caput plurimum pituitæ continet, ijs ea ipsa humoris copia per Solis ardorem resoluta, diffusaque cerebrum humefacit, itaque adducere somnum potest: at quorū caput humore vacat immodico, ijs amplius resiccatum vigiliam auget.

89 Qua de causa Sol hominē nigrum reddat, linteum

teum candidum faciat, & ceram emolliat, lutũ induret? Causam prædicta habet patientis materiæ aptitudo. materiæ nanq; nostri corporis excepta pituita, quoties nimirũ recalescunt per cutẽ tigerent, At linteũ nitro aut salsugine purgatũ sole detersas, maculas absumente, merito cãdidius redditur. Sed itẽ humorẽ ex cera penitiorẽ euocãs omnem emollit. luti nimiũ, summumque humorem exhauriens, siccat, atq; indurat. quòd si præter rem patientem, atque efficientem aptitudo quoque rei patientis causam effectus adhibeat, fieri potest, vt nos quoque, si animum pietate muniamus, si corpus uictu sobrio tueamur, si spretis opibus magnis, contenti paucis degamus, labe humana immunes, quoad humanis viribus licet, euadamus, dum scilicet occasionẽ rei efficienti nullã suggerimus, qua agere q̃cquã ualeat in rem patientem: siue Dæmon infestus sit: siue sydus, siue quodlibet aliud, q̄d extrinsecus cãm afferat nostri erroris, vel vitij.

90 Cur qui morbo laborant regio, astricto sint aluo, excrementaque admodũ alba egerunt? Quoniam flaua bilis per totum corpus eorum effusa est, quod & oculorum, & cutis colore indicatur: neque ad intestina præterea ita confluit, vt tingere possit excrementa: neque per suã acritudinem uim excrementariã intestinorum excitat ad facile eijciendas. Quamobrem ars medicinalis, quemadmodum cęteræ quoq; artes, naturã sequens pro viribus, quoties valetudo vrget aduersa, viribus infirmis & languidis corporis auxiliatur. cũ enim stercus excerni bili beneficio incitantis, purgantisque soleat, videlicet ita, vt & intestina, cùm musculis ad ea ipsa pellenda enitantur, & stercus ipsum molle, ac lu-

bricum

bricum, humores lentos intestinis appositos cō tineātur: ars perquam aptè clysterem adhibuit, qui mel vice bilis continet: nitrum uero qa purgat, & morsu incitat intestina, & musculos ad expellendum, aquā atque oleum, vt humefaciat, emolliatque fæces, quæ febre exaruerunt. Constat enim aliàs naturam solam sine opera medici posse agere, vt cum iudicatur de morbis, & materia quæ concoquitur, tunc enim natura ueluti aduersariorū duorum arbitra, morbi, & naturalis potentię adest, & de ægroto decernit, ac iudicat: aliàs medicum solum sine naturæ auxilio subuenire, vt cum mēbra, quæ suis semota sedib. sunt, medicus ipse reponit, & collocat: aliàs naturam simul, & medicū opitulari, ut cum medicus quidem sordida ulcera, & caua purgat, & obstrusa foramina reserans liberos meatus sanguini præbet; natura verò per inuisibilia foramina ulceris sanguinem syncerum transmittit, quem per alimentorum immutationem ad eum finem confecit, vt carnem crearet; medicus item carnem recens conditam, atque infirmam medicamentis desiccantibus stringit, atque consolidat; natura colorem ad postremum adducit, & quoad maxime licet, expolit, & ornat.

90 Quam ob causam multi cum febre synocha, & feruore continua appellata laborassent, cutē aliquādiu nigram post decretorum diem habuerunt? Quoniam febris bili commissa est flaua, q̃ morbo inualescente deusta atrum sibi colorem hausit: itaque cum iudicaretur, pulsa in cutem ab natura summa corporis tinxit, quomodo per albugines cutem reddi albidam nouimus, crassitudine uero materiæ accidit, ut difficulter color is deleatur.

Cur

Cur atra bilis si in mammam decumbat aut in crus, exesionem faciat; si in cerebrum, nihil exedat, sed insaniam tantùm exciret? Cẽsendum propterea id fieri, quoniam in mammam uenæ amplæ, permultæque propter lactis originem coeunt, itaque atræ bilis copia illo confluit. & verò in crus bilis dilabitur largior: quoniam grauiora quæque ad ima tendunt facilius. at uero cerebrum, quia & uenæ tenues, & ascensus difficilis, parum bilis effertur, ita ut pungere illic possit, exedere nequeat. Adde, quod, cum cerebrum non modo frigidum, uerùm humidum etiam sit, pugnat aliqua ex parte bilis atræ naturæ, & mitigat. Quæ igitur bilis atra uehemens est, cancrum esitantem in mamma gignit, vlcus diuturnum, & depascens in crure, insaniam feram in cerebro: quæ autem flauior est, fluxionem tantummodo agit, & tumorem cancro similem sine exesione creat, & ad insaniam vertit leuiorem. 91

Quam ob rem ubi aluus suppressa nihil reddit, papyrus prosit conuoluta in longum, intrusaque in sedem? Quoniam musculos sedis collapsos, compromissosq; diducit humefacta, & excitat. quod idem etiam in vlceribus facit, quorũ orę importune contrahuntur, & conniuent: diductis autem musculis fæces excedunt, & quicquid affligit, reijcitur. 92

Cur vasa, quę baucalia nominamus, strepitũ quẽdam dum aqua implentur, reddere soleãt, vnde nomẽ his inditum est, quomodo & murmur & susurrus, & reliqua factitia nomina dici incœperunt? Censendum id propterea fieri, q̃m uas, cum: nullã continet aquã, plenum aeris est, corporis longe tenuioris. itaq;, cùm aqua in id uniuersim 93

uersim irrumpit, autem tenuem facile pro sua grauitate extrudit. simul enim eodem in vase cótineri aquã, & aerem fieri non potest. demõstratum quippe habemus, nunquã duo corpora loci eundem per idem tempus posse occupare. quod cùm aer sursum vniuersus per locum expellatur compressiorem, strepitum excitari illum necesse est, neque vnum, sed plures. agitur enim veluti pugna inter humorem, & aerem, cũ deorsum aerem humor premat, aer sursum humorem cópellat. hoc enim cum vicissim crebro agatur, merito accidit, vt etiam strepitus percrebrescat.

95 Cur vasa, quæ harpagia nominamus, si digito admoto foramẽ eorũ superius obturetur, aquã nullã ꝑ foramen sui fundi emittãt: sed si apertũ sit, libere emittere possint? Censendum hoc propterea fieri, quoniam ore aperto aer ingrediens aquã deorsum compellit, cum etiã humor ipse labi deorsum aptissimus sit. Ita efficitur, vt aqua quæ ore per digitum clauso effluere nequit, reserato liberè effluat. hinc omnem fere fabricam machinalem per aerem, atque humorem construimus, vt horologia, clepsydras, vt sonos simulachrorum cæteraque generis eiusdem.

96 Cur tam vinum, quàm aqua delirium, atque insaniam faciat, si inopportune febrientibus detur, cum hæc cõtraria inter se sint, frigida enim aqua, vinum calidum est? Quoniam vini calor efferens sese ad partem superiorem, cerebrum cum febre deurit. itaque primũ illud animi instrumentũ, quod spiritus gerens specimẽ ętherium est, commotũ, vexatumq́; vim, qua sapimus, delirare, atque improbe agere cogit. constat hoc argumẽto multorum qui cũ corpore, & animo essent integro, suæ mentis esse per vsum meri frequentem

quentem atque immodicum desierunt. aqua sane, quoniam obtrudit foramina, & iter claudit, quo putris materia possit exhalare, putredinem febresque auget: itaque facit, vt mens de suo statu moueatur. sæpe etiã feruore nimio corporis aqua iniecta pro alimento febribus est, quemadmodum, & fabri ferrarij nonnihil humoris conspergere consueuerunt, vt carbones ardentius candeant.

97 Cur mulieres, spadones, & pueri vocem reddunt acutam? Quoniam eorum arteria propter humoris copiam se dilatare nequit: deducere.n. amplificareq; meatus caloris vnius interest. Vt enim angusta tibia sonum reddit acutum, ita ẽt canalis spirandi, quæ arteria nominata est aspera, vocem pro sua angustia extringit acutiorem. Haud enim audiendi sunt, qui mulieres propterea vocem acutiorem emittere censeant, quoniã in parturiendo, vociferare iuuat ad partus facilitatem.

98 Cur infantes destillatio perexercet, quæ Siriasis appellata est? Aestu tantisper detineri infantes multitudo dicere consueuit: febriunt enim parte interiori febre tenui. oculis subsidentibus redduntur, vigilant omnino, debilitantur. Censendum propterea hoc fieri, quia infantes perquàm facile affici possunt, & pituitam lagiorem suo in capite continent. ergo per æstus pituita recalescens, putrescensque febrem accendit, & membranas cerebri feruefacit, vt insomnia agantur. Feruor deinde per arterias ascendens ad sedem cordis, & spiritum animalem feruefaciens, febrem sine putredine accendit. & vero bilis augeri per febrem solet, quę mouere proflu uium potest, aluum mordens, & intestina. cãm

atque

atque originẽ mali esse in cerebro intelligimus, eo quod capiti admota quæcunque refrigerant, prosunt, quasi feruor extinguatur, qui inde ortus corpus totum infestat. Accidit hoc idem etiam firmę ætati cùm pituita redundat in capite, aut flaua bilis vel colligitur, vel etiã putrescit. Quin etiam per aerem, quem feruidum trahimus, mẽbra spiritalia recalescunt, & febrem per feruore nimium excitant.

99 Cur difficulter vlcera rotunda curent? Quoniam per bilem acrem, atque exedentem consistunt: exulceratur quippe in orbem, quoties bilis guttatim confluit, & exedit. itaque fit, ut medicamenta, quæ admodum sicca, & prope deurendi vim habent, afferre necesse sit: Medici ita uolunt. naturæ vero, & sapientiæ studiosi curari hęc difficilius propterea dicunt, quoniam principium nullum est, vnde cicatrix adduci incipiat: circulus enim & principio caret, & fine: vnde figuram hanc ulceris ferramento immutandam censent in angulos, vt pars idonea sit, vnde cicatrix oriatur.

100 Cur sæpe eueniat, ut locum, quem statuimus petere, p̃tereamus? Quoniam noster sępenumero animus rebus alijs occupatus diuersus ita est, vt sensibus non plane insistat ad ea ipsa percipienda, quæ sua singulis sensibus habẽt: fit igitur, vt quasi uidentes non uideamus, quoniam illa ui non aduertit, quæ iudex rerum sensibilium est.

101 Cur mel, quod omnibus dulcissimũ est, amarum ab ijs sentiatur, qui morbo laborant regio? Quoniam eorum lingua bile amara redundat, sic etiam quæque pars alia corporis. mel igitur materiã excitet quiescentẽ, & gustus bilem amariorem percipientis, falsam affert imaginationẽ

quasi

quasi mel sit amarum, quod dulce est.

Cur hominum admodum iracentium oculi ruffi efficiantur? Quoniam ira sanguinis cordi suffusi, & spiritus calidi feruor est. Hic igitur, vt tenuis ad caput effertur, atque ad oculos, quoniam perlucidi sunt, se ostendit: & vapores ascēdunt sanguinei, vnde facies quoque rubicunda existit. hoc & Homerus cū ita fieri aduertisset, ex ritu ardentis cādebant lumina flāmæ, retulit. 102

Cur serpentes aqua aspersi infestentur, & fugiant? Quoniam natura sunt frigida, sicca, neruosa, exangui: hinc enim refrigerationem immodicam fugiant necesse est: habitu vero serpētes esse eiusmodi constat, eò, quod per hyemem latebras, & terræ profunda, quæ per id tempus calidiora sunt, petunt: contraque per æstatem, quòd terræ ima refrigescunt, inde discedunt, & loca poscunt tepidiora: quinetiam Sole occidente aerem sæpenumero fugiunt, vt frigidiorem. 103

Cur ouum, non quemadmodum cum assatur, sic etiam cum in aqua feruenti decoquitur rumpi possit? Quoniam ignem sine aqua experitur, humor contentus in eo immodice recalescens copiam spirituum parit largiorem, quæ cùm per angusta exire cogatur, disrupto oui tegumento exiliat necesse est, quod idem fit etiam in dolijs, cæterisque fictilibus, si prius, quàm mustum efferueat, obturentur. Adde, quòd flamma nimia testam oui corripiens rumpit. Quod etiam vasis fictilibus euenit, cum vltra modum terrētur. quapropter ouum, plerique ante quàm igni admoueant, aqua diluunt. at vero aqua ebulliens paulatim pro sua mollitudine humores effundit. absumitque relaxando, non subito corrūpit. 103

105 Cur per venereum coitum oculi paulisper co-
niueant? Censendum id propterea fieri, quon
in concumbendo ita voluptati nos dedimus, t
tique dilabuntur, vt erigere oculos, animum
que & sensum in sublime euehere nequeamus
quo fit, vt animus minus corporeas sentiat affe-
ctiones.

106 Cur nonnulla ex medicamentis simplicibus
res contrarias simul contineant, vt experimen
latissime patet? Mastiche enim & abstergit, &
gerit, & firmat: acetum calfacit, & frigefacit D
xerim vires illas contrarias propterea contine
quoniam eorum particulæ indiuiduæ per apPo
tionem non per confusionem coeunt. Vt arena
lento conglutinetur humore, inque vnum co
pus coagmententur, non per confusionem co
pusculorum suorum in corpus, quod vnum vi
tur, concrescit, sed per coniunctionem, cont
ctumq; consistit. ergo, si ita est, contrarias qua
tates diuersis particulis mastichæ, aut aceti inc
tas, confundiq; inuicem recusantes, existima
absurdum non est.

107 Cur per ostēsionem digiti, pedis inguem int
mescere soleat? Qm̄ natura subuenire parti cu
que dolenti soleat, & cum materia, quæ esculen
ta, cognata, & benignior est, sanguine inquan
pro vehiculo vtatur, cum in digitos pedis desc
dit cum sanguine, venas amplissimas inguinis i
pleri, & perinde adenes, quæ corpuscula rotu
da sunt posita inter sanguinis conceptacula. n
cesse est ergo per immodicam sanguinis rare
ctionē inflāmatio excitatur, & tumor, q̄ quidē i
inguē a parte, qua orit̄, corporis nomē acceper

108 Cur auium generi vesicam, & renes natu
dare noluerit? Quoniam larga humoris cop
opus

opus erat ad pennarũ ortum, & incrementum, quinetiam continens volandi euibratio potest absumere humorem. Aues igitur hac de causa vsu mingẽdi caruerunt, cum tamen bibunt, stercus larga cum copia humoris eijciunt.

Cur pueris calculi in vesica nascũtur, senibus vero in renibus? Qm̃ renes puerorum meatus cõtinet præangustos: hinc.n. terrena, crassaq; permanens materia per renes ui arctioris meatus ab vrina, & renibus, canaliculatisq; conceptaculis propellitur ad vesicam: hęc locum prę sua amplitudine dat tum excernendi, quà affluat vrina, tum consistendi, qua materia subsideat calculi. At seniorum renes, quoniam meatu sunt amplio ri locum, & vrinæ effluendi præbere possunt, & terrenæ materiæ subsidendi, & concrescendi. Colore autem calculi, quænam materia sit, quæ peperit, nosci potest. 109

Quam ob causam cum calculus per calorem consistat (pueri nanque calidi sunt) & in senibus non nisi per illam eandem causam concrescit? Haud enim tantam refrigerationem esse in illis putandnm, quantam nix & gelu contrahunt. Quippe cum summum frigus renes omnino interimere possit. cur inquam si ita est, non medicamentis contrarijs ad resoluendum calculi cõcretionem vtamur, sed similibus, id est calidis: vt saxapio & fœniculo, & eiusmodi cæteris? Ipsum per nimiam vstionem, exaslationemque accidit, vt calculus in arenam frangatur modo pulueris, qui ex fictilibus immodicè torrefactis dilabitur. Itaq; minuti calculi facile cum arena minguntur. fieri tamẽ põt, vt etiam per frigidam potionẽ calculus expellatur, videlicet cum renes ita corroborentur, vt bonis admodum viribus 110

per vim excernendi eijciant, necnon renum feruorem immodicum qui calculorum concrescendorum causa est, frigida potio extinguit.

211 Cur vlcera tam renum, quam vesicę difficulter curentur? Quia vrina per suam acritudinem recentem cicatricem relacerat: vnde fit, vt & difficilius curentur, quæ in vesica constiterint: manet enim in ea vrina, transit vero tantummodo per renes.

212 Cur aquam ingressi balnei calidiorem postmodum sentiamus, si moueamur? Quoniam vbi ingressi sumus, aqua, quæ calida nobis obducta est, non solum egit, verùm affecta etiam est: quippe quæ & corpus calfecerit nostrum, & refrigerata ex eò aliquantulum sit: res.n. omnes, quæ sub ortum, atque interitum ueniunt, dum efficiunt, afici etiam ipsas demonstratum plane habemus. Quoniam igitur aqua refrigerata parumper non ex æquo præterea calfaciat, minus post, q̃ principio calida sentiatur necesse est, præsertim cum nec assuescendi ratio desit. ꝙ si aquam mouerimus, partem, quæ obducta nostro corpori, & proinde moderata iam est, diuertimus, calidioremq; aliam, quæ non affecit, affectaq; est, alliciemus, quàm suum item immodicum seruantem calorem, merito calidiorem, & merito prope vrentẽ tantisper experimur, donec etiam hæc afficiat, atq; afficiatur, itaq; suo in calore frãgatur, quod vice pari facere licet per successionem: quandiu enim aquam mouemus, tandiu calida, ut est, quæ accedit, percipitur. vnde qui amplius sese calfieri velint, aquam assiduè mouent, quandiu libeat calfieri.

213 Si omne, cum moueatur calidius se ipso effici solet, præsertim si aere, atque loco feruentiore

mo-

moueatur: cur aer agitatus, ventilatusq́; frigidior sentiatur, & quidem per æstatem cum Solis calore feruescit ardentiori? Hoc.n.rationi pugnare videtur superiori, quandoquidem aqua calida, si mouetur, caldior reddatur: aer autem calidus si ventilatur, frigidior occurrit. Censendum hoc fieri propterea, quoniam quod qualitate, aut viribus superat, quanquam euincere id potest, quod eodem in genere minus est: tamen ita euincit, vt etiam ipsum mutuo aliquantulum afficiatur à minori. Aqua igitur, quæ admodum calida corporis nostri comparatione est, dum calfacit, refrigeratur: nec eandem seruare qualitatem præterea potest. At circunfusus aer, cum per æstatem mediocriter calidus, videlicet aquæ illius feruentis comparatione nostri, obducatur corporibus, quę statu cœli calidiori referuent, calfit, itaque nos mutuo calfacit. Quod idem linea quoq; faciunt vestimenta: frigida.n.primum calore nostri corporis obrepescunt. deinde nos mutuo calfaciūt. Ergo cum aer, qui iam calfactus à nobis est, per ventilationem è nostro semoueatur corpore, atque alius non calfactus accedit, merito is sentitur frigidior, qui subinde accessit.

11. Cur vlcerum cicatrices, quæ in pupilla oculi constiterunt, albæ videantur: cum extra pupillā, parte inquam oculi nigra, cicatrix nulla alba induci possit? Quoniam liquidus, ac per lucidus ille spiritus, cui videndi vis data est, per pupillam tantum permanat. Idcirco euenit, vt vbi cicatrix meatus tunicæ corneę obcœcauit, spiritus ille transmeare præterea nequeat: itaque coctus cicatricem pro sua copia maiorem in modum illustrando, reddere albam potest: & facultas quoque videndi propterea tollitur, quoniam per

condensatione ocelli, spiritus non emanet.

Cur vt paleæ aquam seruare calidam, ita niuem continere integram possint, cum aduersæ sint istæ inter se qualitates? Naturam palearum certa, explorataq; qualitate vacare censeo. Quā ob rem nonnulli paleas apœas, quasi sequales, id est, qualitatis expertes nominarunt. cum igitur media, & (vt ita dixerim) dubia temperatione constent, qualitatem eorum quibus obducta sunt, celeriter capiunt. itaque seruare modo calida, modo frigida possunt.

116 Cur vbi per hyemem imber desiit, stellæ illustriores videantur? Quoniam tam aer superior quàm inferior per agitationem extenuatur, & quasi per imbrem detersus conspectum synceriorē corporum cœlestium præstat, & trāsitum liberiorem oculis præbet, & ampliorem. constat hoc argumento eorum corporum, quæ aquis demersa puris atque dilucidis, clara, & nitida percipiuntur: turbulentis verò, & fœculentis, aut nullo modo videri possint, aut obscurè, & dubiè.

117 Cur sæpenumero accidat, vt inter mingendum inhorrescamus? Quoniam bilis acrior confluens, & mordens vesicam, totum excitat corpus ad consentiendum, protendendumque paulisper sua excernēdi vires. horror enim talis excitatio est: quod quidem pueris potissimum accidit, quoniam illa ætas largiore excrementorum copia redundat, propter nimiū edendi vsum, & variū.

118 Cur dolores per noctem magis soleant augeri? Quoniā p id tempus animus otiosus est, nullis videndi, aut audiendi, aut gustandi, aut cuiuslibet sensus negotiis occupatus, tractusq; ad exteriora: hac de causa corporis affectiones per sensum tangendi amplius percipit. Actiones enim

enim paucæ per noctem animales seruantur, spiratio inquam, & cogitatio. Animum vero ductũ per actiones proprias ad exteriora, minus corporis affectiones percipere constat, eò, quòd cũ aut lugemus, aut ægrotamus, aut alia qualibet molestia angimur; amicorum præsentia, & seruo leuat nostrũ malum, & mitigat. Neq; vero ignorare debemus naturam suis actionibus minus interdiu fungi solitam, coctione inquam ciborum, materiarũ mutatione, sanguificatione, digestione, nutricatione, agglutinatione, assimulatione cæterisque generis eiusdem: animum autem suas per id tempus exequi potius actiones ad vsum mouendi, sentiendi, imaginandi, cogitandi, reminiscendi, & quicquid eiusmodi, contraque per noctem naturam magis animum minus agere consueuisse.

Cur vitra per hyemem, si quid vehementer calidum immittatur, rumpi soleant? Quoniam frigoris multum ex aere ambiente gelido hauserunt. quoties igitur ante, quàm vitrum tepefacimus, aquam feruentem indimus, caliditas cõtrariã sibi frigiditatem persequitur. tum illa de repente fugiens vnà cum ipso spiritu distrahit corpus continens vitri atque dirumpit. foramina quippe corporis vitri etsi visum, sensumque nullũ partiuntur, tamen nonnihil aeris tenuioris contineant, naturæ ratio exigit. Sunt qui per nimiũ rigorem frigoris exiccari, indurarique corpus vitri existiment: quoniam quantum in eo est tenue, vel humoris, vel aeris exprimatur inde, & euanescat. itaque ruptioni fractioni que reddi opportunum, sicut lignum cum exaruerit. Hinc enim Hippocratem quoque medicum venas rumpi à frigido scripsisse affirmant.

119

Ergo si ita est, cum nimius calor amplius vitrum
resiccet, quod sicciusculum occuparit, merito i
irrumpere potest: si tamen prius, q̃ subeat calor
molliter tepefiat, ac moderetur, nullum penitu
sentiet detrimentum. Quemadmodum Athletæ
cum perluctandi certamen adituri sunt, oleo se
se permulcent, ac reddunt ad flexus, tractusque
obedientiores: etenim & qui modulorum sun
studiosi, ante quàm ad rem veniant, promere
nonnihil consueuerunt, quo spirandi meatu
relaxent, & membra emolliant ad vocem elicie
dam elegãtiorem. fit enim, vt relaxatis meatib
rigor facile cum spiritu abeat, & mollior cons
tia vitri relinquatur, quæ cedens calori superu
nienti immunis ruptioni omni persistere valea
Vitrum autem foramina continere inuisibili
vel vasorum fictilium argumẽto probari potes
nam nisi pice intus crustetur, aquam large p
æstatem resudant, quam continent: quin etia
vitrum ipsum per æstatem aqua admissa frigi
resudare: per hyemem si aquam continet feru
dam, fumigare vidimus; & corticem vero ma
medici si vitrum admotum extrinsecus collida
humor contentus qualitatem corticis recipit,
possit eundem reddere odorem.

120 Cur pueri, præsertim infantes in terram c
dentes non facile, quemadmodum uiri infri
gantur? Censendum corpora puerorum prop
suam mollitiem sic duritiæ soli cedere, ut ei
vires intentas, rigidumque ictum resoluant,
haberent adeo, ut parum affici possint. At ui
quoniam duro sunt corpore, soli duritati, a
lapis cuiuspiam renituntur: itaque amplius id
intendunt, vt lapis pro sua acriori duritia age
efficacius possit. Hac eadem ratione spongia q

que

que frangi cadens non poteſt: vitrum autem, & fictile & aliud quodlibet generis eiuſdem, cum ceciderit, frãgitur. Hinc etiam cauſam duces, cur vehemens venti impetus quercum euertat, harũdinem illæſam prætereat: quercus enim ut prædura, valida, ampla, excelſa, vento renititur: itaque facit, ut impetus plenius intendatur, atque forteſcat: harundo vt mollis, leuis, tenuis breuis huc & illuc flatui cedens aduerſo vires noxias tuto tranſmittit, & hebetat: hinc & Athleta cũ ſuo reſiſtit, atque renititur aduerſario; vires ſibi contrarias auget, cùm aliquantulum cedit, & huc & illuc circumagit, reſoluit facilius, & proſternit.

121 Cur infantes, cum modulos audiant, primum vagitu ceſſent, deinde dormire incipiant? Quoniam modulandi ratio, quæ Muſica nominatur, eſſentiæ noſtri animi indita à natura eſt, vt etiã cæteras omnes ſcientias haberi inſitas opinio fert, non aliter quàm in igne calor intus ſit, neque per doctrinam quicquam acquiri, ſed per reminiſcentiam, atque recordationem omnia ſciri Plato author eſt. Igitur quoties animus concentum aliquem modulumq; comptiorem ſentiat, primum reminiſcens, ac repentes cogit infantẽ quieſcere, tum permultus in ſomnum vertit: ſic enim intelligendum, vt artes omnes habitu ſyncero promptoque in animo inſint, quandiu immunis luceat ſordibus corporis: demerſo in corpus, polutoque, omnia obliuioni mandentur, & deliteſcant.

122 Cur nutrices, cùm in ſomnum velint puerulos vertere, mouere eos conſueuerunt? Vt humores delapſi per agitationem cerebrũ moueant, quod homines ætatis perfectæ nunquam patiuntur.

Cur

Cur aliqui ex vinolentis gemina videant? Qm musculi oculorum varie humore cōpleti, factiq; proni & languidi, oculos deprauant, vertuntque alterum sursum, alterum deorsum: itaque radii oculorum non eūdem in locum præterea cōcursare possunt, sed diuersas partes eiusdem corporis adeunt: vt cum radii seorsum mittaatur, conspectum rei geminari necesse sit: cōstat hoc etiā eo, ꝙ qui alterum oculum præmit, sursumq; impellit, gemina omnia videt.

124 Cur qui ab ortu naturæ strabones sunt, gemina non conspiciunt? Qm̄ oculos non sursum, deorsumq; habent deprauatos, sed dextrorsum, ac sinistrorsum: ꝙ enim oculi suum obtinent sitū, id est directum, radij eundem in locum profluāt, atque identidem referant, necesse est.

125 Cur pubescentes adolescentuli, videlicet annū ætatis circiter quartumdecimum, vocem reddere asperiorem incipiant, quod turgescere à nobis hircina asperitate dici solet? Qm̄ per id tempus natura parens, & gubernatrix humani corporis magnam vniuersamq; agit mutationem: argumentum, ꝙ fœminarum mammas tum ampliari solitum est, vt lactis idonea sint conceptacula, & sedes quoq; augetur coxarum, vt capax sit fetus futuri virorum. pectus, & dorsa amplificantur, vt onera sustinere valeant grauiora. Testes item ampliores redduntur, vt semen satis gignant, & teneant, & coles insignem accipit magnitudinē, vt per ampliorem meatum genitura expeditius profluat. Quinetiam totum corpus ijsdem ipsis ampliari solitum sit, quod vel morborum mutationes abolitionesq; indicant. & vocis ergo asperitas, qua de re agimus, per spiritalis membri immutationem tunc euenit: cùm enim arteria aspe

ra,

ra, dilatetur, accidit, vt partim plus, partim minus incrementi proueniat, eiusq; pars interior inæquabili structura ad guttur, vsq; ascendat: igitur spiritus, cũ per eas partes emanet, quasi per itineris inæqualitatem impingat, vocem etiam inæqualem asperam, & raucam agit: quod idem etiam accidit ijs, quorum arteria destillatione infestante affecta per ductionem est; delapso nanque humore leuis interior membrana facta inæqualis, exitum etiam spiritus præstat inæqualẽ: talis hircorum quoq; arteria est, & guttur, ob nimium humorem: & qui immodice oleo vtuntur, illo eodem vitio non carent: quí cum per intentos, freqnentesq; clamores rauce proferant, hi denique siccitate arteriæ vocem reddunt inęqualem, & asperam. At verò gruum arteria, cæterarumque auium, quæ rauce vociferantur, facta est à natura omni ex parte aspera, quoniam ita esset ad id commodior, quod author illa, & parens omnium spectabat. Post pubem verò adolescentes tragescere desinunt, quòd iam in plenum arteria tota sit dilatata, suamq; naturalem æqualitatem receperit.

126 Cur oleum epotum vomitum moueat, & potissimum bilis flauę? Quia vt leue, & superiorum appetens, cibos ad stomachum inuitat & effert: quibus stomachus ipse oppressus, aggrauatusq; vim exercendi incitat ad euomendum: sed maxime bilem reijcit flauam, quia lęuis hęc, & tenuis est, & facilius petens superiora. Oleum vero factum sic esse à natura, vt semper ad locum tẽdat superiorem perspicuum est: quoties enim cuiquam miscetur humori, recepit se ad sedem superiorem, & innatat.

127 Cur oleum humidis nullis se permiscere patiatur?

tur? Quia cùm lentum, suiq; pertinax sit, in particulas secari indiuiduas, cæterisq; humoribus cōmisceri nescit: hinc dilapsum quidē in humum non potest celeriter subire.

128 Cur oleum, & aqua sæpe & facile gelu durentur: vinum, acetum, garum, aut nunquam, aut rarenter congelascant? Quoniam oleum nulla exuperat qualitate, sed medio potius constat temperamento: refrigerari ob eam rem cito potest, atque adeo vehementer, vt stringatur, & consistat. Aqua quia frigida est, facilius se ipsa frigidior redditur, itaque gelascit. At garum, quia tenue, & calidum est, idcirco minus perriget, & vinum quoque eadem illa de causa potest resistere. Acetum verò, quia partibus tenuissimis constat, incōgelabile est.

129 Cur quæ contraria sunt qualitate, efficere idē tidem valeant? Nam, vt frigus, ita etiam calor humorē stringit: aqua.n.gelu cogitur. Calculus calore in vesica concrescit. Per diuersas id effici vires censendum est. Calor.n.quia nimiū absumit humorem, indurat: gelu quia cogit, constipatque humorem omnium squalidiusculum exprimit, sicut spongia manu compressa humorem, quem suis in foraminibus continet emittit.

130 Cur sæpe contingat, vt frigus ægrotum affligens se remittat, si strepitus, aut aliud quodlibet terrificum per id accidat tempus, quo frigus vrget, aut si aquæ copia in ægrotum vniuersa iaciatur? Quoniam sæpenumero materijs iam per temporis spatium concoctis, attenuatisque calor naturalis ex cute ad partem corporis interiorem vniuersus irrumpens, materiam morbi digerit, & absumit: quod idem etiam facere theriaca potest, & pars magna generis calidi & sicci,

modo

modo opportune post concoctionem sumantur.

131 Quare qui diu circunagũtur præter consuetudinem, cadere solent? Quia cùm spiritus animalis in cerebro per illum motum necessario perturbatus, & cùm humoribus confusus, ineptus deinceps euadat ad suscipiendã animæ facultatem sensum motumque suppeditãtem: nulla vi ad neruos & musculos peruadente, fit vt moles corporis, quæ sustineri ac vehi ab animali spiritu desinit, feratur in terra pro suo pondere ac nutu insito? Hinc autem offenduntur oculis tenebræ: quod spiritus videndi facultate præditus sit perturbatus, nec perinde vt sensus reliqui suum tueatur munus. At ijs, qui paulatim & diu circũ agi consueuerunt, raro istud accidit: quia per illam consuetudinem anima desinit haberi apud naturam peregrina, ac ipsi conciliatur. Quod enĩ paulatim, diu, & continenter fit, desinit tandem esse insolens, ac sensum fugere incipit, ut nihil omnino percipiatur.

132 Quare vitrea specula splendeant plurimum? Quoniam stanni natura, quo intus illinuntur, cum sit pellucida, vitro ex se perspicuo commista, magis resplendet: & radios suos per vitri exiguos meatus transmittens, ac externã illius corporis faciem duplicans, reddit magnopere lucidam. Qualitatum porro aliæ quidem vires suas in profundum nequaquam transmittunt: vt album, nigrum, fuluũ, & huiusmodi: aliæ penitus transfundunt per trãsmutationem: vt frigus, calor, siccitas, humor, quæ propterea ad discrimen & cõparationem supradictarum, effectrices qualitates à Philosophis & Medicis appellantur.

133 Quam ob causam in speculis, atque aquis dilucidis nostram speciem conspicere valeamus?

Quo-

Quoniam oculorum radij profecti in corpora, quæ nobis splendida obducta sunt, refringãtur, ac suam repetant sedem: speciem enim nostrã iam sibi habent obductam postquam refracti sunt, itaque illam conspiciunt.

134 Cur vastæ, synceræque speluncæ, & loca excelsa, puraq; soleant resonare? Quoniam loca eiusmodi, vbi aerem ictum, quæ uox est, exceperũt, refringunt, nobisque reddunt eundem aerem, quem nos percussimus, afformauimusque in vocem: vox enim aerem, aer locum ferit; & quò plenius percussus hic percutit, eò vehementius resonare necesse est. loca humida, vtpote molliora illato ictui cedunt. itaque omnis impetus elanguescit, vt nulla effici possit reciprocatio. errore igitur vulgus Echo tanquam numen reueretur, & colit errore Pana, Deum illam arsisse credidit. Pan enim homo doctus causam resonantiæ primus indagauit, ductusque auiditate noscendi, cùm aliquandiu in scrutãdo elaborare, moleste ferebat, more eorũ, qui puella quam arserint, potiri non queunt. Vt etiam Endymion homo cœlestium cursuum studiosus, cum Lunę cursus, faciesque varias quæreret, noctesque vigilaret, interdiu dormiret, delicię Lunę fuisse, somnoq; dormiuisse inexpugnabili, edoctusq; ab ea ut Philosophus, causæ ipsius solutionem fingitur. Illum etiam pastorem fuisse ferunt, quod in solitudinibus ac excelsis montibus Lunę motum specularetur. citharam vero habuisse, quia quæ alta sunt, à uentis magis efflũtur, siue quod concentum cœlestium figurarum indagauerit. Quinetiam Prometheus, quòd studio rerũ cœlestium flagrarit, naturamq;, & sitũ, & causam syderex aquilę indagando elaborarit libidineque

per-

pernoſcendi tabuerit, dum beneficio Herculis hominis doctoris rem didicerit, quam deſiderauit, fabulam de ſe præbuit cruciatibus liberari opera Herculis, qui aquilam iecur lacerantem, exedentemque amouerat.

135 Cur aqua manens, parumq; alta, acto in eam lapide, orbes agat permultos? Cenſendum lapidem per ſui iactus uehementiam undiq; aquã à ſe propellere; atque ita orbem agere, primum pleniorem. ſed cùm ad terram uſque lapis deferatur, ſuaque mole aquam deinceps ſecet, diſpellatq;, merito non vnum, ſed plures orbes cõficere poteſt: primùm enim aquam, per ſumma feriens dirimit, inde ſuo continenti delapſu depellendo, alium atque alium orbem ducit, idq; tantiſper uice agitur ſucceſſiua, dum lapis ſtet, atque quieſcat: quod tamen ſe lapidis cõtentio paulatim remittit, idcirco orbem poſteriorem eo, qui proxime anteceſſit, minorem obduci neceſſe eſt: quando enim aqua uarie hunc ſcilicet in modum lapidis iactu depelli conſueuit.

136 Quare multi exiſtimant riſum ex liene oriri, hoc argumẽto, quod quibus lien ſchirrho, ideſt tumore duro vitiatus eſt, non perinde ſint ad ridendum comparati, ut qui ſunt incolumes: ſed ſint mœſtiores? Lien non proprio, ac per ſe, ſed ex accidenti riſus cauſa cenſendus eſt. Quandiu enim eſt ſanus omnino, fęculentum & melãcholicum ſuccum ex iecinore trahit: atque ita dum ſanguis purus & defæcatus totum corpus cerebrumq; peruadit, naturam ſimul & animã non aliter quàm uinum oblectat, exhilarat, & in trãquillam rectamque conſtitutionem traducit: inde autem riſus excitatur.

137 Cur mulę parere nequeant? Quoniam ex ani mali-

malibus constant specie diuersis: mistio enim seminum, quæ tam habitu, quàm natura inter se discrepant, aliud quidpiam præter vires suorum simplicium conficit, & naturam eorum penitus abolet: quemadmodum albi & nigri mistio abolitis extremis coloribus, alium parit colorem fuscum nominatum, qui neuter extremorum est. igitur habitus genitalis aboletur, & specierum habilitas omnis destruitur, quæ creatrix certi in diuidui est.

138 Quam ob rem qui surdi ab ortu naturæ sunt iidem & muti viuant. Quoniam quæ nunquam audierunt, hęc fari nequeunt: medicis tamen placet, vt par idem neruorum sit cuius pars altera ad linguã, altera ad aures vsque porrigatur, atque ita necesse sit communem accidere affectionem. Verùm mutos fieri, qui ex morbo surdescunt negant: propterea quòd pars altera tãtum, quæ scilicet audiendi officio delegata est, suas uires amiserit: & mutos quoque eadem ex causa, nõ etiam surdos reddi affirmant: uidelicet, quòd alterius nerui linguæ accommodati læsio est.

139 Cur plerique, post quàm ieiunarunt, cibo ingesto frigore incipiant? Quoniam usu solito cibi prætermisso bilescunt, & materiam aggregã acriorem: post enim cibo ingesto membris iam confirmatis, bilis cutem uersus expellitur: itaque fit, ut rigor oriatur, cùm bilis mẽbra remordeat, excitetque ad repellendum.

140 Cur sues, cùm sursum uidere cogantur, sileãt? Quoniam genus id animantium unum semper pronum in terram est, cibi auidum, & rebus gaudens fœdis, ac sordidis: idcirco subita mutatione conspectus stupescit, lucisq; copia percussum, uocem emittere nullam potest: sunt tamen qui

qui asperam huius animalis arteriam comprimi per angustiam velint, cum in sublime erigitur.

Cur stercoribus sues gaudeāt? Medici rationē reddunt, ꝙ iecur habeant maximum: quod quidem membrum sedes cupiditatis, siue libidinis est. Aristoteles Philosophus aliter docuit: quòd enim sues naribus crassis, interceptisq; sunt, idcirco vim hebetem olfaciendi habere, itaque fętorem nequire percipere scripserat. 141

Cur ulceribus sanescētibus inflammationeq; cessante, prurigo soleat excitari? Quoniam membrum iam corroboratum reliquias materiæ noxiæ, quæ vlcus commiserit, expellit: cum enim per cutem illæ digerantur, atq; excutiantur, pruriginem pariunt. 142

Cur alterius oculi morbus grauior, multoque diuturnior esse, quàm vtriusq; consueuit? Ratio bifariam reddi potest; aut enim quia fluxio in alterum tantùm oculum tota decumbit: redditur nanque infirmius, quod diuiditur, eoq; magis hebetatur, quo sectum numerosius est; aut quia cū alter integer oculus frequenter se moueat, cogit etiam ægrum toties moueri, quod noxium est; quietē enim summum esse remedium membri affecti nouimus. 143

Cur homo amplius, & crebrius & uehementius, quàm cætera animalia soleat sternutare? Quoniam cibo, & potione largius magisque varie utitur, & sæpe numero vltra satietatem repletur: hinc em̄ cū cibos satis cōcoquere nequeat, multū spiritus ob humoris copiam mouet: spiritus verò præ sua tenuitate efferens se ad cerebrum, cogit id crebro ad se expellendum incitari: strepitus itaque mouetur, quoniam per nares meatus deniq; arctiores spiritus extrudatur 144

vniuersus: quemadmodum etiam ad partes infe-
riores spiritus idem euolutus murmur per inte-
stina excitat, & per sedem insigni cum sono ex-
cedit: atque etiam ad superiora enixus ructum
per stomachum agit, & vocem per guttur, & so-
nitum, ac tinnitum per aures.

345 Cur defunctorum pili & vngues augeri ali-
quandiu soleant? An non augeri cēsendum, sed
carne emacerata, consumptaque partes imas,
quæ antè opertè latebant, detegi, atque patere
itaque fallere quasi per adiectionem auctū quic-
quam sit. An, quod nonnulli volunt augeri vn-
gues vel mortuo homine propterea possunt, quo-
niam per excrementa vacantemque materiam
oriantur: mortua autem corpora incremēta per
cariem resoluuntur: quæ cùm per foramina ex-
tremaque corporis effluant, merito pilos augēt,
& vngues.

346 Cur digitis manuum potius, quàm pedum na-
scātur, quæ albugines appellatæ sunt: & per pue-
rilem magis, quàm per firmam ætatem? Quoniā
pituitæ excremento oriuntur, quæ in pueris po-
tius, vt edacioribus, atque otiosioribus superat.
Vnguibus autem pedum minus, propterea hoc
accidit vitium, quoniam pedes per ambulationē
frequentem, & agitationem amplius exercētur:
itaque vacantem illam materiam digerunt me-
lius, atque absumunt.

347 Cur pili pedum non cum barba, aut capillis,
sed lentius canescere soleant? Eadem illa reddi-
da ratio est: pedes enim per continentem, con-
tentioremq; ambulationem excrementum pi-
tuitosum, quod canos efficit, digerunt, atque
consumunt. & pubes quoque sero canescit. qui
pars calidior est, & pituitam absumere per coi-

tum

rum venereum poteſt.

Cur homini vox, atque ſermo lente perficiatur: cœtera animaliũ genera aut ſtatim, aut paulo pòſt vocem ſuam reddere plene incipiant? Quoniam vox hominum multiplicior, artificioſior eſt, & doctrinam magis deſiderat: beſtiarum ſimplicior, & naturalis potius eſt, quàm animalis. 148

Cur plurima ex animalibus ſuas peruibrare caudas ſoleant, cùm notos ſibi agnoſcant: & cur leo iratus coſtas per caudam uerberet, atq; etiã taurus? Quoniam dorſi medullam ad caudam vſque habent porrectam, quæ vim continet animalem, & motionis autorem: igitur, cùm animal notum ſibi agnoſcat, per caudam quaſi per manum ritu hominum excipit, & partẽ ſui corporis mouet, quæ agilior, & promptior eſt. Leonum uero & taurorum anima, ut per iram affici poteſt cum natura: ſic eandem naturam propterea moueri vehementius cogit, vt etiam homines ſæpe manus, aut aliquam ſui corporis partẽ per iram percutere nouimus: cùm enim illico vlciſci animus nequeat, alio quodam modo fauorem ſuum extinguit, id eſt ictu, aut ſtrepitu, aut alio quolibet generis eiuſdem remedio. 149

Quam ob cauſam hordeũ toſtum, redactumque in puluerem cicatricibus equorum conſperſum, faciat vt pili non albi, ſed cœteris unicolores oriantur? Quoniam uim diſcutiendi purgandique obtinens detergit, atque abſumit excremẽtum pituitæ, atque materiam omnem vitioſam, quam vulcus per mẽbri infirmitatem collegerat. 150

Cur hominibus pili per cicatricem oriri nequeant, equis uero queãt? Quoniã cutis hominũ ſpiſſior eſt: quod pili indicant ipſi, qui molles, ac 151

tenues sunt:& cicatrix vero quod lõge quàm cutis spissior, foramina omnino obducit, & excæcat. at uero equis laxior cutis est: quod pilis eorum percipitur, qui duri crassique exeunt: quare cutis foramina claudi ex toto per cicatricem nõ possunt: ergo cùm subiecta, collectaque excrementa per meatus tenues, qui relicti sunt, exeãt, & concrescant pilos gignunt, & augent.

252 Cur hominibus morsis à dipsade, sitique ob eã rem intolerabili detentis, theriaca, quæ calida & sicca est, sitim epota extinguat, non augeat? Censendum non sui habitus ratione theriacã sitin posse extinguere, sed auxilio quod membris afferre offensis potest, & suæ penitioris naturæ ratione: constat enim ex pluribus herbis, quæ singulæ membris principalibus subueniunt singulis. Dictamum enim cordi accommodatur: quippe quod mirifice cor firmet atque conseruet. Eupatorium iecur adiuuat. Scolopendrium lienem. Petrapium os ventriculi. Hyssopus transuersum septum, atque pulmonem. Inula campana renes. Ruta laxum intestinum. Gentiana cerebrũ. Seseli vesicam. His omnibus vituperatum carnes miscentur, quæ vi suæ naturæ contra venenata omnia genera, omnemque illatam iniuriam, auxiliantur. Igitur cùm membra omnia præsidiũ sibi ex theriaca trahant, merito malum sedatur, quod sitim creat, atque ita extingui sitim congruum est.

Libri Primi Problem. Alexan.

F I N I S.

ALEX-

ALEXANDRI PROBLEMATVM

Liber Secundus.

QVam ob causam qui per arduam febrem insaniunt, vt laxius, sic plenius soleant respirare? Animam p neruos, ac musculos, fungi suis muneribus certum est. Pectus igitur totusq; thorax per ea ipsa mouetur media: sed quoniam vires animæ læsæ sunt, deserunt suum officium: nec neruis, & musculis ex æquo præterea imperant: itaque merito fit, vt spiritus interstitione reddatur laxior: plenius tamen eius gratia rei effunditur, vt cor satis possit refrigerari: uis enim vitalis exurgit, & vim animalem stimulat, interitum planè minitans, nisi suum ad munus redeat, spiritūque reddat, & trahat. Ergo quod anima exequi assidue propter morbum nequiuit, hoc vires cordis ob sui vsus necessitatem amplitudine spirandi compensare consueuerunt.

Quam ob causam æstuosos esse necesse sit, a quorum pulmo inflammatione laborat? Quoniam eorum pulmo humoris copiam continens calorem excipit aduētitium: factus enim sic est, vt assidue moueretur; hinc vapores quoque citantur, qui suam ob leuitatem sese ad sedem

cerebri efferunt, à qua concreſcunt, & in naturã ſuæ originis tranſeunt: quod idem etiam in balneis, atq; opertis leberibus euenire uidemus: vapores enim ſuum omnem calorem amittũt, redduntur q; ex natura cerebri longe ortu ſuo frigidiores, atq; ita morbũ creare aliquem poſſunt.

3 Cur tabe ij conſumantur, quibus gargar penitus abſciſſum eſt? Quoniam quandiu gargar tegmẽtum gutturis extet, aer, qui per os trahitur, recaleſcit, & antequam adeat pulmonẽ, deſiſtit à ſuo immodico frigore. Contra uero illo detracto, aer prius ad pulmonem defertur, quàm moderetur. itaque ſupra modum refrigerat, & ſanguinem contentum in conceptaculis indurat, & pulmonem facit ad motum tardiorem: quod cùm per uim pulmo moueri enitatur, rumpũtur conceptacula ſanguinis: quam ob rem tabem oriri neceſſe eſt. Hic addidiſſe non ab re forſitã ſit, quid gargar, quid columella, quid uua oris ſignificet. Gargar illa carnicula eſt, quam gutturi pro tegmento natura addidit, nomine à ſoni genere indito, ut etiam ſuſurrum, & murmur, & reliqua huiuſcemodi noſtri maiores nominarunt. Columella uitium gargaris eſt, cum ſcilicet in lõgum per fluxionem adducitur, & Vuam quoque gargat idem per morbum appellare ſolemus, quoties per inflammationem ſpeciem accipit uuę acini. Sunt qui fundibulum gargar ipſum appellent eo, quòd ſuprà amplius, infrà arctius eſt.

4 Cur hominum malæ rubeant, quorum pulmo inflammatione laborat? Quoniam ſanguinis, cũ in pulmone ebuliat, uaporem ſibi ſimilem emittit: quod enim oritur, ſimilitudinem ſuæ originis præferat, eſſe neceſſe perpetuum eſt. Hic

igi-

igitur uapor, cùm præ sua leuitate ad malas se extulit, consistit, atque ita per cutis tenuitatem, ueluti per vitrum colorem suum ostendit.

Cur priuatim per hyemem nasci, augeriq; solitum est, cùm per id tempus parte interiore corporis simus calidiores, ut Hippocrates medicus libro Aphorismorum scribit? Quoniam cibos, quos, per hyemem largius sumimus, uenter minus concoquere potest. Ergo larga ista ciborum copia pressus, calore insito quasi extincto, pituitam per refrigerationem gignit: quæ sanguis imperfectus quidam non perperam potest appellari.

6 pitui

Cur in terra Aegipto, quæ calidissima ast, uinū fieri frigidum soleat: contrà in Scythia, quæ frigidissima est, calidum fiat? Vinum omne calidū est: uerùm quoniam aliud magis, minusue alio hanc obtinet qualitatem, nomen illud contrarij habitus accipit, frigidumque uocatur, quia longe minus calidum est. Terra autem Aegyptus uina frigidiora cœterorum scilicet comparatione affert, quoniam calor illius cœlis immodicus ita humum elaxat, vt calorem omnem soli intestinum euocet, atq; absumat. Scythia quòd frigida est calorem ad ima terræ compellit, atque includit: itaque vina efficit calida, & ualidiora. Quod idē etiā incolis terræ Scythię, & Aethiopiæ accidit. Aethiopes enim loca inhabitantes feruētissima, timidi sunt, & æffœminati, & nigri. Scytharū gens sedem gelidam tenens, animosa, fortis, & candida est: quippe, cùm calor Aethiopibus eductus ad summa corporis sit, quod atro cutis colore indicatur, Scythis interiora teneat, situsque in sedibus sit principibus, id est corde, & iecore: quod coloris candor plane ostendit.

7

7 Cur æstate frigida sunt olera & fructus: cuiusmodi sunt pepones, cucurbitę, intybas: hyeme autem calida uelut brassica, radiculæ, rapa, pastinacę? Quoniam Solis motus circa polum, non est vniusmodi. Aestate enim superiorem zonam tenet: sicut declarat dierum longitudo: unde calefiunt quidem quæ super terram extant, plantæ uero refrigerãtur. At hyeme, inferius percurrẽs hemisphærium, ac terram penitus calefaciens, plantas reddit calidiores.

8 Cur ex febre ardua pulmonis inflammatio excitetur, inflammatione pulmonis febrem oriri arduam haudquaquam necesse sit? Quoniam ardor ex bili proficiscitur flaua, quæ ad uentriculum, & pulmonem è suis refluere conceptaculis solita est. Igitur natura, cum uariè materiam noxiam reijcere tẽtet, si tenuis materia sit, & uires suppetant, & tempus calidum iuuet, per sudorẽ causam morbi exhaurit: si è contrario, per aluũ educit, aut per os euomit: quod magna ex parte facere solita est, quoniam & oris habitus in propinquo est, & bilis flaua efferri aptior est, quàm deferri: quod cum se bilis pulmoni insinuet, mẽbrumque id impleat totum, extat inflammationem, quam Peripneumoniam nominamus. Ardor tamen nullus oritur, quoniam prius extinguitur, quàm ut possit committere ardorem.

9 Quare Hippocrates, qui in febrium uigore cibum offerre uetat, permittit in morbo lateris & pulmonum inflammatione? Dicit enim ubi de ptissana scribit, non esse eam præbẽdam, nisi pus in sublime feratur: non ferri autem sursum, neque expui, morbi initium ostendit. Quoniam in alijs quidem morbis, natura coquit humores, in alijs uero etiam morborum causas expellit per

vrinas

vrinas & deiectiones. In his porro non oportet cibum assumere, ne causa morbi neglecta ad illum conficiendum natura incumbat, quã oportet singulari certamine cum morbo pugnare. In morbo autem lateris, natura quidem coquit uitiosum humorem, anima uero euacuat, accedẽte masculorum auxilio. Hæc enim thorace contracto, ui propria expellit reliquias infectãtis humoris. Accidit, ꝙ natura quidem inutilibus humoribus proprij alimẽti loco interim abutitur: animales uerò partes, cum sensu sint præditæ, quod paruum est, secernunt; quod utile, sibi asciscunt. Quamobrem, nutrire consentaneum est, ut musculis roboratis, ad expellendam humorũ molestiam insurgamus.

10 Cur febris tertiana, quæ ea bili, materia calida agili, efficaci creat, die uno prætermisso accedat: Quotidiana quæ ex pituita prouenit, materia frigida graui, habere nullũ intermittat diem: Quartana diebus duobus intermissis conflictare incipiat? Quartana, cum exiguum materiæ hẽat, statim à sudore, aut uomitu põt digeri, itaq; accessio ad tertium usque diem protollitur, donec tãtum materiæ moueatur, quantum ualeat infestare. Quotidiana ꝙ ex larga, crassaque materia orit, freqnens est; morbũ uerò per copiam augeri materiæ cõstat ex febre continente: hæc enim quia sanguine abundãte prouenit, nullam obtinet intermissionem. Quotidiana tamen quia minus, quàm continẽs habet materiæ, nonnihil intermissionis, quod uel sensu percipi potest, ostendit. multoq; amplius tertiana, quam materia calida & tenuis cõdidit. itaq; etiam longe amplius quartana: quò enim minus materiæ subest, eo lẽtiꝰ venit accessio; qn & quintana, & septana, &

nonana

nonana committi poteſt, prout minus, minuſue materia vitiatum eſt, ſic enim natura ſtatuit, vt ſanguis, qui noſtra aleret corpora, cæteris omnibus materijs eſſet largior, pituita locum teneret ſecundum. nam hæc quoque alere poteſt, bilis flaua tertio loco haberetur: hæc enim ſuam ob acritudinem vſum nullum præſtat alendi. atra bilis fortis eſſet poſtremę, quoniam naturæ eſt inimica: quippe qui membra exedat, atque interimat.

31 Cur vbi altera gena reſoluta eſt, non ei remedia admoueamus, ſed alteri? Quoniam cum duo muſculi obiecti inter ſeſe genas moueant, ſi accidat ut eorum alteruter reſoluat, reliquus ſuā vim integram p̄terea obtinet, trahitq́ue ad ſe alterum languentem, ita vt pars ſana rugetur ægra diſtendatur, trahaturq́ue hoc idem etiam euenire oculis diſtortis nouimur. Nam ſi pupilla in angulum vergat ampliorem, minoris anguli facta reſolutio eſt; ſi ad minorem, è contrario.

32 Cur ſi pes offendatur, inguen intumeſcere ſoleat? Quoniam uis animalis ad poſtremas vſque corporis partes per neruos ſe porrigit, atque ita cum oblæſus pes ſit, crus quidem totum perreptat, ſed nihil agit, quoniam l. cum nullum idoneum inuenit: poſt vero ubi in inguem ipſum decubuit, nacta iam ſedem aptiorem ſubſiſtit, aggreſſaq; adenem, vitiat eius habitum, inque tumorem excitat contrarium naturę. Adenes corpora ſunt parua, rotunda, laxa, inter amplas uenas, & arterias poſita modo cuneolorum, ne conceptacula ipſa humida ex copia ſanguinis mutuo putrerent adeſu. & equidem eo ipſo venarū humore nutriuntur, & inflammatim inguina faciunt, concaleſcentes ſcrofulas committunt.

Cur

Cur capitis pars anterior calueat, vnde caluitia nominata est, tempora hirtiora reddantur? Quoniam partes capitis eminentiores humoris indigent. Quamobrem suos continere pilos nō queunt, inferiores autem, vtpote humidiores, pilorum copiam, & gignunt, & seruant: quomodo etiam telluris loca excelsa, atque saxosa parum fructificant, submissa, & humecta fœcūdiora sanè experimur.

13 Quam ob cām, cùm ex quatuor elementis cōsteınns, id est, igne, aere, & aqua, & terra, nō quatuor, sed tria illa contineamus genera, humidū, solidum, animale siue spirabile? Quoniā, ut aliquibus placet, ignis in aeris trāsit naturam, quēadmodum, & aerem concoctum extenuatūque ignem gignere nouimus. Sunt tamen qui uel igneam ipsam naturam actu esse opinentur, ut non tria, sed quatuor enumerent genera igneū, animale, humidum, terrenum.

14 Cur in abscessuum doloribus frigus præcedere, febrem sequi solitum sit? Quoniā calor naturalis vehementia doloris conflictus cedit, ac recipit se ad loca interiora. qūa de cā, corporis sūma refrigerantur, & sanguinis conceptacula cō crescunt. post tamen, vbi calor se recollegerit, expulsusque bonis viribus partes sui corporis omnes aduersus iniuriam frigoris occuparit, sanguis concretus recalescit, atque diffunditur: itaque conceptacula vaporis repleta, accendere febrem possunt. Adde, quòd cum membro affecto cæteræ omnes partes consentiant, iniuriam collectionis quasi propulsando, vires excernendo intendunt, ac excitat horror itaque, frigusque exultat: febrem verò posthac sanguis putridus accendit, & auget.

Cur

16 Cur ex fructibus alij partem inutilem intu
cōtineant, vt palmulæ, pruna, persica: alij extri
secus ea ipsa contineant, vt nuces vt mala puni
ca? Quoniam natura, cum ortū æternum, vice
que succedendi perpetuas moliretur, prætegen
da occultandaque semina, quę ortum præstarē
censuit. Sic tamen, vt ne pulpam quidē suorum
fructuum nudam relinqueret.

17 Quamobrem aut semen, & pulpam eodē teg
mento muniuit, aut semen ligno intus inclusit
Pulpam autem membrana, aut corio, aut ali
quolibet eiusmodi quantum satis esset, operuit
denique variè de custodia fructuum, prout re
exigebat, & patiebatur, curauit.

18 Cur fieri potest, vt qui carnes bubulas conco
quunt, pisces saxatiles concoquere nequeāt? Ca
nes bubulæ, quoniam duræ sunt, vi magna calo
ris conficiuntur, & concoquantur materiam.n
patientem causæ respondere efficienti cōuenit
aliter fieri non potest, vt effectus is prodeat, qu
vel natura, vel hominis ingenium spectet, quò
si uenter supra modum calidus sit, piscis nō pau
latim cōcoquetur, sed subito corripietur, deure
tur, fumigabitur, vt cruditatem pene quod acci
dit, imitetur.

19 Cur homines qui tabe laborāt, vnguibus red
di aduncis videātur? Vngues quia corpore con
stant solido. tabescere nequeūt: quippe cùm affi
ci difficulter possit, quod solidum sit: verū carn
undique tabefacta speciem aduncā illam emer
tiuntur, sensumq; decipiunt. Licet hic de tabe i
la adijcere. Vlcus, quod ex hoc vitio in pulmone
committitur, insanabile propterea est, quoniam
nunquam pulmo quiescit: natura enim ita con
struxerat, vt per motum cordis perēnem pulmo

affi-

assidue moueretur, atque agitaretur. Quinetiã, cùm pus per tussim efferatur. vlcus amplius laterari necesse est.

Cur in febriendo carnes minuantur, pili augeantur & vngues; contrà in conualescendo pili defluant, corpus augeat? Quoniam alimẽta pilis per excrementa administrari natura voluit: quæ quidem excrementa redundare in febriendo solẽt per adustionem humorum. ergo vt corpus propter habitum malum nutriri non potest, sic pilus abundè iam habet, quo nutriatur. verũ, cùm uires suas colligere corpus incipiat, cõsumptis iam materijs omnibus, redactisque quasi in puluerem vapores desistunt, atque ita ꝑ alimenti inopiam pili defluunt: corpus tamen effœtum cibos auidius trahit, liberaliusque replens sese augetur, & viget. 20

Cur si quod in vrina subsidet albũ sit, bonum dari indicium existimemus? Quoniam partes solidiores firmioresque nostri corporis, id est ossa, neruos, venas, arterias colorẽ habere huiusmodi certum est. Coloris enim similitudo naturales iã vires reconciliari, corroborarique indicat: quippe, cum natura partibus solidis & firmis circa humores & spiritus sedem suã crediderit: fit enim, vt cùm morbi materia in cõceptaculis cõcoquatur, & per vrinam quod concoctum inutile est, excernatur; color quoque rei concoquentis, qui albus est. distinguat atque (ut ita loquar) delibetur. Quamobrem, cùm vires per febrẽ debilitatæ paulatim materiam cõcoquant uitiosam, principio parum agũt, itaque exiguum admodum cum vrina mittũt, quod pro sua leuitate sublime specie araneæ supernatat, facitque, quod enæorena, id est Sublimitamentum vocatum 21

tum est: deinde cùm proficiant, ampliusque po-
sint concoquere, plus excernunt: quod in medi-
vrinæ consistens, facit, quod nubeculam appella-
mus: eo nanque magis delabitur, quo factũ gra-
uius est post, ubi per materiæ morbosę omnis c-
coctionem plenè excernitur, iam, quod ante le-
ue pendebat, graue pro sua copia subsidet, fun-
doq; vasis coniũgitur: redditq; quod hypostasin,
id est subsidens, siue substãtiam nominamus: q-
plane sanitatis est indicium. materiã enim vitia-
tã, quæ integro permista sanguini est, demum n-
tura ex toto per concoctionem secernere, atqu-
reijcere potest. Albedo igitur subsidentis, color-
solidiorum membrorum, hoc est sedis uiriũ ser-
uari significat, leuitas materiæ concoctæ æqua-
litatem ostendit. quod partim enim crassius, par-
tim tenuius est, inæqualitatem concoctæ mate-
rię indicat: continentia talis uidelicet, ut nihil
distractum, discussumue sit, plenã uirium efficiẽ-
tiam præfert. Respondet pus in collectionibus
subsidenti in urinis. verùm pus fœtidum est
quoniam in angusto arcetur, quod putret, u-
neque difflari, neque misceri possit cum san-
guine: quippe quod per summa corporis cut-
substare solitum sit. Subsidens illud urinæ, quo-
niam è contrario se habeat, meritò fœtore im-
mune est.

22 Quam ob causam febrem bilis & faciat, & to-
lat? Facit cũ excitata acrior reddatur, ut putreat.
Tollit cum uiribus naturæ intentis ad id expellẽ-
dum quod detrimento est, ea quoque foras uer-
sus concurrat, atque ita educta, causam morbi
per suam detractionem aboleat.

23 Cur oculi subsident eorum, quos angor deti-
net? Quoniam per angorem animantius vergit

itaque

itaque corpus considet, atque tabescit: cuius rei cõtrarium illis euenit, qui vehementer irati sũt. [illegible]alis enim redduntur propẽsioribus, videlicet ob animæ impetum ad exteriora. fit enim, vt quocunque vis animæ tendat, eodem etiam instrumenta, materiæque moueantur.

24 Cur ossa, quæ ualidiora sunt, ex lapsu, casuque frangantur; caro quæ mollior, & mobilior est, ictus iniuriam euadit? Quoniam, quæ ualidiora sunt, ei noxam inuehenti renituntur: itaque sua persistendi contentione corrumpuntur, quæ autem infirma, & mollia sunt, locum rei dant occurrenti, & cedunt: itaque tutius subterfugiunt: licet hoc etiam in stirpibus, & in quibusuis alijs rebus conspicari.

25 Quid est, ꝙ spadones, proceros, blæsosque faciat? Proceros humoris copia reddit, & caloris inopia, blæsos imbecillitas facit. Cùm enim eorum partes inferiores nequeant sustinere superiores, facilè peruertuntur: itaque vitium, quod blæsitatem pedum uocamus, committitur: quod idem etiam ædificijs accidit, nisi superior moles fundamentis respondeat.

26 Cur partes corporis nostri postremas rigere maxime soleamus? Quoniam tenues, neruosæ, vesangues, atque ob eam rem frigidæ sunt.

27 Cur per metum aut horrorem pili erigi solẽt? Quoniam affectus omnes refrigerant: refrigeratio autem foramina cutis adducit, & condensat: pilus quippe, cùm undique astringatur, intenditur, atque erigitur.

28 Cur homines melancholici munera quidem naturæ exequi valeant, quippe qui cibos concoquant, atque in sanguinem vertant; animi nullum munus integre exequi queant? Haud enim

rectè

recte hi cogitare possunt, quibus atra bilis red-
dat? Quoniam vitiosus hic habitus sedem ani-
mi, qua sapimus, id est cerebrum occupat, & d
prauat.

29 Cur morbi, qui crebrius veniũt, curari possu
facilius, quàm qui raro? Quoniam quod sæpi
euenire solet, minus naturam infestat, uidelic
ratione assuetudinis. Adde, quòd crebriores co
mittere parua deprauatio habitus potest, grau
magna inducit. curatur autem facilius, quod
causa prodijt leuiore.

30 Quam ob causam qui febriunt, plus siti, quàı
fame affligãtur; qui conualescunt plus famescã
quàm sitiant? Quoniam sitis ex nimio calore fe
bris consistit; quemadmodũ etiam ijs, qui ben
valent, si multum meri hauserint, sitis oriatur, n
cesse est: fit. n. sitis ex nimio calore, vt modo d
xi, aut à siccitate, uidelicet humore absumpto
quod ijs accidit, qui ieiunarunt; verum famem
non sentiũt, quoniam multum uitiosæ materi
suo in stomacho continent: contrà qui conuale
scunt, propterea fament, ꝙ febris latè humore
consumpserit: siti non infestantur, ꝙ febre sub
lata, corpus refrigeratur, & rehumescit.

31 Quare cum moritur homo, pediculi suis emi
grant locis? Quoniam desiderant teporem, & ali
mentum, quæ à sanguine petebãtur; qui cùm si
refrigeratus & consumptus, discedunt loci m
priori similem vestigantes.

32 Quare quæ iugulantur animalia, assidue calci-
trant? Propter dolorem potius, quàm quod con-
uellantur.

33 Quam ob causam caudæ quorundam anima-
lium abscissæ magis, quàm reliquum corpus mo
ueantur? Quoniam propter meatuũ suorum an-
gustiam

gustiam magis seruant naturalem calorē, quo vis mouendi, & sentiendi continetur: vnde fit, vt etiam si quiescant, rursus moueantur, si tangas.

Cur medicina purgante epora oculi, primum perturbētur & caligent: post purgatione peracta emendentur, atque acutius videant? Quoniam principio materias medicina mouet, trahitq; ad ventrem, quare vaporum copiam excitat, quæ ad caput effertur, perturbatq; cerebrum, ut neque sensus, neque cogitatio constare integre possit: post ubi materiæ excesserunt, extinctusq; est omnis uapor, nihil præterea est, quod vel sensum, vel rationem impediat. 34

Cur tabidis & purulentis copia interdum pediculorum oriatur? Quoniam pus humores corrumpit: humores denique vitiati calore naturali concalfacti, animalia creant; sicut etiam in cœno, aut quibuslibet fæcibus, enasci uermes consueuerunt. 35

Cur vehementius per ictū testium doleamus? Quoniam adpendices testium sentire maxime omnium membrorum possent. Adde, quod natura summā voluptatem ex pene oriri voluit, vt propensiores essemus ad rem veneream, qua vna genus humanum seruari potest. Atqui testibus cū pene, & cognatio, & sedes communis est: ergo communē etiam affectionem, sensionemq; fortiātur necesse est. At vbi magna sensio est, indidem etiam magna voluptas exultat: vbi autem magna voluptas est, dolor etiam itidem vehementior; bono.n.maiori, malū obijci maius certum est. Hic subiungere illa non incongruū censeo. Cōsensus rerum, atque affectus communis trifariā fieri solitus est: aut.n.per cognationem, vt cerebri, & stomachi: habent.n.communem 36

copiam neruorũ, aut per ſitus propinquitatem, vt cordis, & ſtomachi: ſic.n.cor ſentit, quoties materia acrior ſtomachum mordet, moueturq; ad id expellendum, quod moleſtum eſt, aut per imbecillitatem, & tranſitionem, ut cum pedis digito offenſo inguen tumeſcit. Dum.n.vis naturæ cum ſanguine ad partem læſam feſtinat, adenes inguinis ſanguine implentur, & contumeſcunt. Accommodari uel moribus, ac uitæ hominum tripartita hæc diuiſio poteſt: dolemus.n.uicem cuiuſpiam, uel quia parentela coniuncti ſumus, uel quia uicini habitamus, uel quia caſum audi mus miſerabilem: atq; ita efficitur, vt affectio ti propria quædam, tunc communis obueniat.

37 Cur ſuper lippitudine caput totũdiſſe ad cu tẽ iuuet? Quoniam melius caput diffluatur, libe riusq; per ſuos meatus digerit materiam uacan tem, & fluitantem.

38 Cur ubi ex tenebris ad lucem, aut ex luce ad tenebras uenimus, nõ ſtatim cernere ualeamus? An ꝙ tenebræ craſſiori, frigidioriq; conſtant ae re ?itaq; diducunt, confunduntque ſpiritum, cu cernendi munus accommodatum eſt: lux uero ꝙ clara, candida, & calida eſt, ſpiritum illum di gerit, atq; diſpergit. cum autem per temporis a quantulum ſpatium aſſueſcat, cernere integre poteſt. Adde ꝙ ex contrario, ſubito in contrari traducti, rei nouitate turbamur, vt minus cerne re ex æquo præterea valeamus.

39 Cur in beſtiis febres, omneſq; abditi affectu difficilius curẽtur, periculoſioreſq; ſint, quam in homine? An quoniam naturam ſentiendiqu poteſtatem parte intima ſui corporis gerunt im merſam, non ad exteriora per rationem euoca tam, quemadmodum homines habent? ergo

ita

ita eſt, merito ſenſus dolorem percipit uehemẽtiorem, vireſq; omnes naturæ proſternit, immergitq;. Adde, ꝙ beſtiæ, vt affici minus aptę, quàm homines ſunt, ſic etiã curari difficilius poſſunt: cauſam.n. mali uehementiorem urgere neceſſe eſt, quandoquidem id ægrotat, quod in morbum difficile incidit.

Cur bullæ, quas imber excitat, indicium afferant imbris vehementioris? Quoniam aquæ copia & uaporis ſpiritum multum gignit, & craſſum. qui, cùm undique aquam ſubeat, erigatque in deuexum, inflat, & facie ueſicæ afformat. quo modo etiam vitrum inflari poteſt, & genus omne humoris, cùm ebulliat, conuerti in ſpiritum, atque intumeſcere ſolitum eſt. 40

Cur minus doloris per ſectionem cutis caput integentis percipiamus, q̃ cum quęlibet alia pars ſequatur? Quoniam minus carnis muſculoſæ in capite, quam cæteris corporis partibus eſt. 41

Quam ob cauſam ex conualeſcentium pedibus ſquamæ magna ex parte diſtingantur, atque etiam ex manibus, quanquam raro? Propterea quia materia ferri deorſum aptiſſima eſt. & uero pedes à ſede cordis poſiti longius, & ob eam rem frigidiores, minus excrementa concoquere atque digerere poſſunt. 42

Cur tabes, ſcabies, lippitudo, mala contagioſa ſunt: aqua intercutis, febris, & ſtupor totius corporis, cui nomen apoplexia, tranſire in aliũ nunquam ſoleant? Quoniam oculus quidem, vt humidus, affectionique opportunus facile morboſis deprauatur radijs, qui cum ſpiritu à lippientis oculo proficiſcuntur: tabes autem expirando putrẽ aerem reddit, qui tractus ab homine ſano pulmonẽ, membrum affectu facile vitiat, & cor- 43

rumpit. Scabies quoque, cum per summa corpo-
ris sit, lentamque saniem emittat, facile sese pro-
pagare, cutemque integri corporis vitiare pote-
cæteri sane morbi, aut positi intus cutem atti-
gere nequeunt, nullamve reddunt delibation-
vt aqua intercutis, vt stupor attonitus; aut cu-
per summa corporis natent, nihil tamen hum-
ris præ nimia sua lentitate, & siccitate, & corp-
lentia emittunt, vt albugo, vt lepra, aut positi q-
dem parte interiore sunt: sed quoniam nihil p-
stilens, atque putrefaciens mittant, suum alio-
sum transmittere vitium non possunt, vt febr-
crebriores, & solitæ.

44 Cur nõnullis febre laborantibus lienes aug-
antur? An quoniam affluentius aquam hauriũ-
est enim membrum id laxius, atque fungosiu-
An quia debile est, materias illuc affluentes f-
cilius excipit?

45 Cur senes & pueri magis quàm qui ętate s-
firmiore calculosi sunt? Pueri vt edaciores, sen-
vt frigidiores & imbecilliores, multa per crud-
tatem colligunt excrementa, quæ calculum c-
trahunt.

46 Cur titillatio, & fricatio plantarum somnum
afferre possunt? Quoniam extrema neruorũ
concurrunt, & coeunt: his enim vehiculis pe-
tractatio illis leuis ad cerebrum vsque transm-
sa permulcet animum, atque ad requiẽ, somn-
que inuitat. Sunt qui excrementis causam tr-
buant, quæ tum sua proniore natura, tum m-
tione pedum frequẽtiore ad palmas delabamu-
rursusque per mediocrem fricandi motum r-
meent, neruisque aliquantisper ad cerebrum
peruehantur: itaque sede illa superiore opple-
somnum concilient.

Cur

Car ampliores crebrioresque Lunæ defectus fiant, quàm Solis? Quoniam Luna tam in termi-nos deficiẽdi coituum, quàm in turbine vmbræ ex terra per Solis diametrum ortæ incurrit. & quidem crebrius Lunam eo deuenire propter sui orbis celeriorem absolutionem necesse est: Sol per coitus tantum defectioni deputatos obũbratur, cum scilicet Luna cursum per eos agat occulteťque faciem super orem, quod tamen Sol longe maior, quàm Luna est, totus abscondi non potest, Luna sæpius tota occulitur. Mouere æs, ferrumque multitudo, quoties Luna aut Sol deficit, consueuit, quasi spiritus quosdam vitiosos velint depellere: haud enim per id tempus lumina benigne terram aspiciunt, neque benifica deliberatio inde manat, qua mali infestique spiritus repelli possint & coerceri. 47

Car infantes, qui septimo mense in lucem venerint, uiuere possint, qui octauo non possint? Quoniam septenarius perfectus numerus est, & vt Pythagoras censet, & omnes scientiæ numerorum professores autumnant, octonarius imperfectus est. Itaque quod tunc prodit, imperfectũ, minusq; aptum ad uitã est. Qua rõne etiam monstra viuere nequeunt: quippe quæ non ex consulto naturæ orta sint, sed imperfecta, vel p̃ inopiã, uel per superantiã & temeritatem materiæ forma diuersa contrà naturæ legem peruenerint: nihil.n. imperfectũ vel tempore, uel forma à natura creari solet quã ob rẽ si q̃d tale erũpat, id edurare non solet. Nasci infantes mense septimo possunt, quoties vis afformandi validissima est, & sanguinẽ sibi obtinet commodũ sic enim ocyus rem perficere potest: sed si è contrario est, decimo exeant necesse est. Numerum 48

tam ſeptenarium, quàm denarium eſſe per-
ctum uarie conſtat: orbem nanque terratum
ptem inſignibus ſtellis regendum nouimus. h
mo ſeptimo menſe dentire incipit. anno ſep
mo dentes permutat. quartodecimo, id eſt bi
ptimo, id eſt bis ſeptem annis peractis, pubeſ
re incipit. vigeſimoprimo firmã aggreditur æ-
tem: quod tempus ter ſeptem annis conſum-
tur. morbi numero ſeptenario iudicantur. Lu
per ſeptenarium ſuas accipit formas. menſes
ptenis conſtant diebus. uocales literæ ſepte
ſunt. & denarius quoque numerus ortum om
atque interitum rerum complectitur, author
riſtoteles eſt: & numerus omnis ex danario c-
tur per repetitionem. Vndecim enim & duo
cim, & reliqui omnes ſequentes, vnitates qu
denarius conſtat, repetunt. & homines priſci
tabulis, ſed dextris ſuis rem, de qua agerent, c
firmare ſolebant, uidelicet numeri denarij c-
ſa, quem diligit, explent.

49 Cur ouum preſſum utroque extremo am-
bus manibus frangi nequeant, preſſum latere
cile frangitur? Quoniam per angulos tantu-
modo ſuos manibus renititur opprimentib. ſi
enim angulus, quod quaque in ſtructura ui-
dius conſtet. Adde ꝙ preſſum per extrema, p-
te minima ſentit: preſſum per latera, parte a-
pla conflictatur, ut facile poſſit deſtrui.

50 Cur in tinnitu aurium digito in aurem ind
meatus diutius moueamus? Quoniam meatus
ampliatur, & ſpiritum, qui tinnitum excitat, i-
gerit, atque tranſmittit. Quinetiam ſpiritus ig
qui per contentiorem digiti motum attenuat
ſecerni melius poteſt.

51 Cur fœminæ omnes calculum ſua ueſica l-
te

te concipiant? Quoniam ceruicem uesicæ ampliorem quàm mares habeant. hinc enim fieri poteſt, ut cum urina excrementum quoque eijciatur, quod calculum contrahit.

52 Cur genus ſtirpium ſylueſtrium ualidius, & lætius eſſe ſoleat, quàm urbanum? Vnde dici ſolet tellurem eſſe matrem ſylueſtrium, nouercã autem urbanorum. Quoniam ſolertia naturę, nõ humani ingenij creantur. caret enim humoris nimia copia, quæ ſatiuas ſtirpes elaxat, atque effœminat.

53 Cur muſculi tranſuerſe inſecti difficilius uniantur, & curẽtur? Quoniam fibræ, filaq; neruoſa affatim ita inciduntur. Natura enim neruum carpſit, in quo fila diſcreuit permulta, quibus carnem undique ueluti deducto porrectoque ſtamine texuit, fecitque muſculum, nomine à ſimilitudine muris animalis translato, cui ſane oppoſitum neruum condidit, qui Tendo a tendendo uocatus eſt, cuius extremum artubus partiũ mouẽdarum annexuit. cumque rem mollẽ duræ coniungere ſine ullius interuentu (ſunt. n. contraria) per oſſa, medullamque membrum quoddam neruaceum edidit, quod copulam nominamus, eoque tẽdonis partem poſtremã alligauit: ex quo uſu nomen copulæ accepit. Muſculũ ſolers naturæ ingenium alibi in globi ſpeciem collegit, alibi in membranę planum attenuauit. Denique pro uſu membri mouendi muſculum quoque aptiſſimè accommodauit. Nã ubi membrum magnum, ac ualidum trahi deberet, vt crus, coactiorẽ, plenioremque muſculum afformauit. Talẽ. n. res poſtulabat, vt mouendi uim ampliorem cõtinerent, ubi paruum, aut in ualidũ eſſet regẽdum, ut palpebra, aut lingula, muſculũ mẽbranę

similem addidit. Quoniam membra eiusmod
parum potentiæ mouentis desiderarent.

54 Cur aliqui fascinari possint, præsertimq; pue
ri? Quoniam talem sortiuntur naturam, vt affic
perquàm facile possint & immutari: genus id v
tij tale est. Qui summa animi nequitia perpollut
liberalem aliquam, exosculandamque forman
conspicati mouentur, radios sui conspectus viti
tos trasmittunt, quasi veneno quodam vitio su
animi radios velut telum illinant, iaciantque in
rem, cuius inuidia tenentur, & desiderio. prodit
igitur de pupilla radius exitialis, qui per oculo
obducti hominis subit, vertique quàm aggressu
naturam est, maloque habitu deprauat, vt mox
corpus languescat, morboq; laboret. quàm uero
aditus per oculos pateat contagioni, constat etiā
ex ijs, qui mortua hominum corpora contuer
recusant, ne radij sui conspectus aliquā sibi luē,
pestemq; referant. Sed omniū maxime pueri vi
tio illo capiuntur. Quoniam natura tenerrimæ
sunt, facillimeque affici à quolibet possunt.

55 Quam ob rem nonnullis uehementer tussien
tibus, aut euomentibus splendorum quædā ima
gines ante oculos obuersari appareant? Quoniā
abductio uehemens pectoris & uentris humo
res sursum compellit, & spiritus: qui, cum ad o
culos veniant, spiritum conspiciendi perturbāt,
atque deprauant, ita vt foris illas imagines emi
tiantur. quod si vapor ductu oblongiori est
imagines etiam hac eadem forma apparent, item
si bilis ex uitello cognominata vaporem excitat,
aurum imagines imitantur. si pituita mouet, al
bi suspitio occurrit. Ad summam pro figura co
loreque causæ visa quoque imaginamur. Qui
tamen per febrem arduam delirant, atque insa
niunt,

niunt, ijs de cerebro ipso vapores ad conspecto-
rium spiritum funduntur, & verò qui oculorum
suffusione infestantur, easdem illas sibi videntur
videre imagines.

Cur qui aquam bibere consueuerunt, acutius videant? Quod uini copia flatus nimium exci-
tans, spiritum conspectiuum, sensusque omnes
perturbat, & vitiat. 56

Cur qui oculis cesijs sunt, vehementius ex lip-
pitudine doleant, nec pati possint acerbitatem
medicamentorum? Quoniam oculorum humo-
rem omnem, & à crystallo illum cognominatum
propensiorem ad partem exteriorem patentiorē
que sensui continent: at qui nigris sunt oculis,
minus ob causam contraria sentiunt. 57

Cur qui leuiter euomunt, pituitam egerant, q
plenius, bilem, qui supra modum, etiam sangui-
nem? Quoniam qui uehementer intendunt, ma-
terias quoque imis infixas possunt euellere: pi-
tuita verò vt crassa, illinitur, atque ob eam rem
vel à leuiore excitatione moueri, ac reijci potest.
quod si bilis quoque per uentrem innatet, ocyus
mouebitur, quàm pituita. Verùm materiæ, quæ
in uenis continentur, egeri per medicamentum
hoc modo consueuerunt. Natura cum corpus
male habitum purgatione indigere animaduer-
teret, postrema venarum ad ventriculum finiuit,
quemadmodum ad vuluam alias duxerat venas
propter menstruam purgationem, atque ad na-
res etiam alias, & ad sedem coniecit, vt inde
morbis remedia per purgationem paterent. quæ
quidem ora venarum coniuncta lex tandiu cōti-
net naturalis, dum aperiendi necessitas sit. hæc
igitur quoties febres vrgent acutæ, sponte suæ
naturæ per uim excretoriam patefacta, mate- 58

riam

xiam amplis in uenis, atque arterijs concoct egerunt, aut per os, aut per aluum . at, cùm n dicina epota sit, per vim ampliantur, permitt que ex conceptaculis materias attrahi. Piper & scamonea, & cætera generis eiusdem suo n turali calore ora aperiunt, deinde sibi quodq couenientem materiam attrahere naturali q dam proprietate potest, vt dictum inter ini est: sanguis tamen, quoniam amplexus est à n tura, clarusque habetur, non nisi tractus per va nouissimè exit, cùm scilicet vltra modum exa nitur.

59 Cur pondera facilius parte læua ferre po mus, cum hæc infirmior sit, quàm dextra? Qu niam dextera ut validior læuæ subuenit, læu que aliquantulum onus: quod quidem officiu læua præstare dextræ suam ob imbecillitaten non potest.

60 Quam ob causam vnum, aut quemlibet a humorem per fistulam exugendo attrahere u leamus? Censendum per vim inanis humorē p se efferri, non per oris attractionem: fistulæ n que meatus plenus aeris videlicet corporis pr tenuis est. & cum fieri non possit, vt duo corp ra per idem tempus eodem in loco maneant, v pote humor & spiritus, atque etiam cùm locu esse inanem, id est, corpore omni vacanten natura omnino recuset (omnis enim locus co tinet, aut corpus solidum, aut humorem, aut sp ritum) necesse est, dum aer canalis interior p oris suctionem detrahitur, humorem tantisp consequi, ut inane spatium relinquatur. qu idem etiam per id agitur instrumentum, quo missо urinam elicimus: lana enim obturante tracta, spiritus etiam internus educitur, atque

ita ne inane ſit, vrina attrahitur. Quinetiam medicinales concurbitæ eadem illa ratione ſanguinem attrahunt: ignis enim admiſſus, vbi extenctus eſt, facit vt tantum ſanguinis attrahatur, quantum loci ipſe occupabat, ne inane ſit, à quo penitus natura abhorret. denique omnia quibus hunc in modum quicquam attrahimus, ad rationem inanis referre omnino debemus: neque.n. calor, neque oris attractio cauſæ potiſſimę ſunt, vt latè in vrinaria illa fiſtula patet, quæ neutro eorum attrahit vrinam: ſunt tamen alia quæ ſui caloris ratione poſſint attrahere, vt tapſia illita: nec non & inualidum à valido trahitur, & proprietate quadam occulta pleraque attrahunt, vt ferrum magnes, ſanguinem membra.

61 Cur naturales potentiæ natiuæ, atque inſitæ ſint, animales aduentitiæ omnes habeãtur? Quoniam naturales, id eſt, attractoria, retẽtoria, immutatoria, & ſecretoria ad ipſam tantum viuendi pertinent rationem, neque plus quicquam obtinẽt, quàm neceſſum ſit: animales vero, & ſenſales, & motales ad bene viuendum non commodæ plane adſunt: membra enim niſi alantur, interire neceſſe eſt: at ſi non vel moueantur, vel ſentiant, non idcirco intereunt: quanquam pulmo, quoniam vires habet trahendi, reddendiq; ſpiritus, idque aſſiduè ex periculo ſtrangulandi exercet, inſitam ſibi ſimulet motionem. Naturales uero potentiæ ordine atque numero illo ob hanc cauſam habentur: cibus, & ſanguis, quoniam vacant anima, non ex ſeſe poſſunt adglutinari membro, quod ali debet. Quamobrem vim adeſſe oportet trahendi, quę fungi officio poſſit. Item cùm corpus omne quod mutatur, non ſine vllo tempore, ſed per temporis ſpatium immu-

mutationem patiatur ab re, quæ agit, atque im-
mutat vim secundam adesse necesse est, quæ cõ-
tineat, subministretq; ad tempus, quantum sati-
sit immutandi potentiæ. Vnde etiam tertiã quo-
que vim esse oportet. cuius officium sit immuta-
re. Sed cùm vis hæc immutatoria concoquendo
partem quidem sanguinis vtilem membris adiũ-
gat cohærendam, inutilem autem relinquat,
quæ cùm permaneat, non iter tantummodo
claudat, & foramina, per quæ sanguis alimen-
tumque permeet, verum etiam putreat: con-
stat vim quandam subiungi quartam esse neces-
se, quæ partim per inuisibilem exhalationem,
partim per sudorem, cœterasque vias sensibiles
excrementum secernat. ordo hic est, & numerus
naturalium potentiarum. Membra autem non
omnia ex æquo potentias, quas enumerauimus,
omnes sortiuntur, sed ea duntaxat, quæ sibi tã-
tum operantur, vt neruus, vena, os. Nam quæ
non modo sibi, sed etiam cœteris omnibus mẽ-
bris victum emoliuntur, munereque funguntur
publico, hæc vnam habent potentiam intentã,
& potiorem verbi gratia, venter, & iecur vim
amplissime mutatoriam obtinent. Lieni, stoma-
cho, fellis folliculo, renibus atractoria potius da-
ta est; intestina, atque vesica excretoria plurimũ
valent. vulua insignis per retentoriam est proxi-
mum sanè, quod de sensibus animaduertimus,
est. haud enim pro compari modo genera ani-
malium omnia sensibus prædita omnibus sunt,
sed olfactu canes præcellunt, visu aquilæ, gustu
protogeustæ animalia Indica: vnde & nomen ac-
ceperunt: tactu serpentes & quædam aues, audi-
tu anseres.

62 Cur sensus quinque tantùm, non plures, neq;

pau-

pauciores habeamus? Quoniam pro rerum natura ſenſibilium, atque numero, ſenſus quoque cōdi debuerunt. Tactus enim aſperum, læue, durum, molle atque cœteras qualitates, quæ poſitæ in ſolidis ſunt, percipit. guſtus dulce, amarum, ſalſum, & cœtera ſaporis genera, quæ in humoribus, ſuccisve conſtant. olfactus bene maleue olentia, quę uaporibus tribuuntur. auditus ſonos & ſtrepitus, quæ ictu aeris efficiuntur. viſus colores, qui tenuiſſimo, ætherique finitimo ſpiritu continentur. quippe res ſolida reſoluta diffuſaque, humor redditur. humor in vaporem tranſit, uapor in aerem, aer in æthera, atque ſpiritum tenuiſſimum, ita vt quaſi ſeries quædam ex terra ad cœlum vſque deducatur perpetua. liceat hic quid ſpiritus aeri interſit ſubiungere. diſcrepat aer à ſpiritu tenuitate, & motu. ſpiritus enim aer concitatus eſt, qui cùm concitetur, etiã extenuetur, neceſſe eſt.

63 Quam ob cauſam caro corrupto oſſi ſubpoſita laxa ſit fungoſa, & liuida? Quoniam oſſis corruptio non niſi per habitum vitioſum fit, qui mutandi potentiam deprauat: qua deprauata, fieri non poteſt, vt caro integra, ſolida, colorataque gignatur. ſanguis enim mutari præterea ex naturæ ratione non poteſt.

64 Cur in omni tranſmutatione, id quod generatur, exprimit generantis & tranſmutantis colorem? Quoniam facultates tranſmutantes naturales ſunt: in partibus ſolidis tanquam ſedibus firmis, à natura collocatæ, vtpote oſſibus, venis, membranis, & arterijs, nõ autem in humoribus & ſpiritibus: nimirum fluxis infirmis ac facilè udituris creditas facultates. Porrò autem, cùm vniuerſum corpus tribus iſtis componatur ſub-

ſtantijs: & ſolidæ partes colore ſint albo prædita
conſentaneum eſt in vrinis percoctis contenta e
ſe alba & pus, lac, ſemẽ, mucum, lippitudinem
id eſt, humorem in oculis concretum, chylum
hoc eſt lacteum in ventriculo ſiccum, & ijs ſim
lia, ſanguineum vero eſſe rubrum, pro iecoris, à
quo generatur, colore. Cæterum, eorum quæ in
animalis corpore generantur, quædam ſunt om
nino contra naturam: vt calculus, vermes, lapido
ſa duritas in podagra, impetigines, & cætera hu
iuſmodi, quæ ex vitioſo naſcuntur humore. quæ
dam ſunt prorſus ſecundum naturam: vt ſemen,
lac, ſanguis, infans, caro, & huiuſmodi, quæ
vera ſunt naturæ germina: quædam denique
ſunt amborum media: vt pus, alui deiectiones,
mucus, aurium, oculorumque ſordes, & his
ſimilia facultatis concoctricis excrementa. Bo-
næ porrò temperantiæ gignunt naturales facul-
tates, atque vt nonnulli exiſtimant, etiam ani-
males, ſiue, vt verius dicam, ſunt ipſarum in-
ſtrumenta. Nam quemadmodum fidibus in ci-
thara & foraminibus in tibia recte conſtitutis,
artifex optimè modulabitur: malè autem diſpo-
ſitis, perperam agat neceſſe eſt, cùm ipſe in re
nulla ſit imminutus, ſed poteſtate tantum, non
etiam actu artem habeat incolumen: ita omnis
facultas pro inſtrumenti agit conſtitutione. Si-
quidem cerebro, verbi gratia, per intemperiem
deprauato, vis animæ rationalis nequit ſuo per-
fungi officio: cum tamẽ ipſa interitus expers po-
teſtate permaneat immutabilis: contrà autem
reſtituto organi temperamento idoneo, vim, &
poteſtatem ſuam exerit & confert ad actionem.
Itaque bona quidem membrorum temperies fa
cultates ſeruat incolumes: facultates uero pro-
ducunt

ducunt actiones, ſicut hæ viciſſim ipſum opus
roferũt. Nimirum moderato calida & humida
:cinoris temperies parit quidem vim ſanguinis
ffectricem, aut certè conſeruat: ſicut alij ma-
int. vis autem illa actionem egit, ſanguinis vide
icet confectionem, ex qua denique opus ipſum
tpote ſanguis, exiſtit. Vnde licet viciſſim, atque
rdine inuerſo hunc in modum colligere. Si ſan
uis generatur incolumen eſſe ſanguinis confe-
tionem: & ſi hæc ſalua eſt, validam quoque eſ-
e facultatem huius actionis parẽtem: qua item
uperſtite neceſſe eſt bonam hepatis temperiem
tiamnum extare: & ea integra, rectam denique
ſſe, quæ ipſam tuetur ac moderatur, elemento-
um commixtionem.

Cur acetum conſperſum vuluæ dolorem inue 65
hat uehementem? Quoniam vulua neruoſa ad-
nodum eſt: neruis enim ſentimus: & acetum ip
um per ſuam acredinem mordet, ac percutit. ſi-
cut etiam pectus aceto offendi nouimus, quoniã
membranis, & muſculis conſtat numeroſis; ner-
uoſam vuluæ eſſe texturam natura uoluit, ut ſen
iret præcipue, uoluptatemq́ue ob eam rem ſum
mam ex coitu uenereo caperet, ſeminis gratia
concipiendi, tum ut in partu multum extendere
tur. Sunt qui per diſcordiam quãdam naturalem
acetum vuluæ aduerſari exiſtiment: narrantes
obſtetricem, artem medendi ſibi vendicantem,
aliquando in partu, clàm ac dolo in vterũ puerpe
rę inieciſſe acetũ cum re alia quapiam, mercedis
gratia atque ita intuliſſe conuulſionem, & ſum-
mum dolorem: deinde ſimulantem ſe mederi, in
fudiſſe rurſus alia quæpiam, atque ita reſtituiſ-
ſe ſanitatem: tum autem in ipſo facto deprehen
ſam, ſceleris dediſſe pœnas. Nonnulla ſtrangula-
tioni-

tionibus vuluæ res bene olidas infra, male olid[illegible] suprà per nares afferunt, rati esse animal, & pr[illegible] pterea malè olida fugere, accurrere vero ad b[illegible] ne olentia atque ad propriam sedem redire. [illegible] hi verò videntur bene olida, cum vim habea[illegible] tenuiorem, & calidam, lentam materiam, mo[illegible] bum in vtero generantem concidere, & diger[illegible] re, quæ infestat: malè autem olida, cùm virib[illegible] sint crassioribus, foramina intersepire, vt vul[illegible] retrahi nequeat. Sed quanquam malè olida vu[illegible] uis prosint, tamen comitialibus auertenda om[illegible] no sunt: faciunt enim, vt qui eo morbo capi so[illegible] tus est, collabatur, & æstuet. Ergo vitandum pe[illegible] nas ignis iniectas, lapidem gagatem, bitumẽ, co[illegible] nu omne, lucernas, lanas pice illitas & deusta[illegible] lapidem thraciã, qui aqua uritur, oleo extingu[illegible] tur, deniq; omnia, quæ crassos reddũt humores[illegible] quippe cum tracti vapore eiusmodi crassent spi[illegible] ritum animalem, & cogant. præsertim cùm ia[illegible] aliquid ex se ipse habeat crassitudinis, & frigidi[illegible] tatis; atque ita efficitur, vt anima apto careat spi[illegible] ritu ad munerum suorum perfunctionem, cor[illegible] pusque suum spiritali orbatum uehiculo premi[illegible] collabi, prosterni patiatur.

66 Cur fieri potest, vt quæ qualitatum contraria[illegible] rum sunt, affectum eundem possint aduehere? r[illegible] gorem enim & calor concitat, & frigus. Cense[illegible] dum hoc causis agi diuersis; oritur enim rigor e[illegible] flaua bile ratione acritudinis, quæ membra pu[illegible] git, & mordet: excitatur enim corpus ad id repe[illegible] lendum, quod tentet: cumque ad ipsum frequen[illegible] ter faciat, vicissimque modo bilis superfluat, & [illegible] impugnat, modo membra concitentur, atque re[illegible] pugnent, rigor exultat: oritur item ex refrigera- tione, quoties natura per immodicam mutatio-

nem

nem conflictatur, suaq; membra rursus frequenter excitat ad rem expellēdam inimicam: modica enim refrigeratio chara, & accommoda naturæ membrorum est, immodica, abhorrenda, & noxia. Membra primum obtorpescūt, deinde inhorrescunt, tum autem inalgescūt, & rigent vario, scilicet refrigerationis incremento.

Quam ob causam, cum uinum cum pane febrientium imbecillitati concesserimus, febris nihilo per calorem uini aucta est, imo minor esse incipit? Quoniam exiguum, atque inualidum dedimus; hinc.n.facile concoctum, degestumq; in omnes partes membrorum est, membra autem recreata assumpti beneficio alimēti, firmiora ad concoquendam morbi materiam efficiuntur? habet enim panis, & uinum ex proprietate quadā plus virium, quàm cæteri cibi ad alendū, firmandumq; membra humani corporis: modo quis modice assumat. ex quo illud Homeri: Et Cerem, & Bacchum: nanq; hinc vires animumq;. Quinetiam odore suo hæc reficere, firmareque hominem possunt: & malum quoque sui odoris qualitate recreat, atque firmat, longeq; maris, si datur, & vero caprioli vitium, & myricę, & rosæ, & his similia olfacta in febriendo recreare possunt, atque firmare. 67

Cur oleum nullo cum humore misceri patiatur? Quoniam lentum, crassum, & continens est: neque ullas in partes tenues consecandum, idcirco nullum humoribus locum dat subeundi, miscendique. Iunguntur autem quæque autem p confusionem, vt elementa, quæ prima suas qualitates omnino amittunt, cùm coeant, corpusq; unum augmentent, quanquam resolui a natura, restituiq; possint ad pristinam conditionē, cùm 68

non sint reuera: aut per adiectionē, vt aqua iun-
gi cum oleo solita est: aut per mistionē, vt hor-
deum cū tritico: aut per adglutinationem, vt la-
pis cum lapide: aut per agnationem, intimatio-
nem & assimilationem, vt sanguis cū carne, ve
cum medulla, vel cum osse: aut per affixionē, v
lignum cum ligno clauo adacto: aut per mutu
retentionem, complexionemque, vt ansæ osti
les. In ijs vero, quæ animata sunt, vt qui per lu
ctam suas manus conseruerunt, quonammod
animus coniungatur corpori, nondum exposi
tum est: nullus enim ex prædictis modis cōueni
animo, sed per habilitatē potius cēsendum iūg
cum corpore animū medio quodam interueni
te, quod aliqua ex parte naturā continēs vtriu
que, atque familiare vtrique se exhibens, atqu
vtrunque ingenue simulās, miscet naturā inco
poream cum natura corporea, immortalem c
mortali, puram cum impuram, diuinā cum ter
na, videlicet hunc in modum: Oritur spiritus
dam vaporis propè speciem gerens, in iecore p
calorem humoremq;, qui ea in parte modice h
bentur: qui cùm per venam cauam cognomin
tam ad sedem cordis ascendat cum sanguine,
que amplius recaleat, & extenuetur, in specie
prope aeris transit: rursusque per arterias caro
des ab aggrauatione cognominatus ad basim,
est, partē subditam cerebro effertur, qua in pa
te frigiditate cerebri moderatur, naturaliq; q
dam proprietate afficitur, transformaturque
spiritum æthera planè immitātem quo anim
instrumento aptissimo vtitur actionum suaru
Quinetiam aer, qui naribus trahitur, extenu
tus in corde, ascendit ad cerebrum per arteri
alimentumq; offert sese spiritui æthereo illi

anima

animali. hic igitur ſpiritus, vt non incorporeus, accõmodari corpori põt: vt tenuior, ſyncerior, atque clarior, quàm natura vulgaris corporis patiatur, iungi cum animo poteſt. Denique vinculum per quam idoneum corporis, atq; animi hic accedit, naturasq; oppoſitas copulat, & ſuo familiari interuentu conciliat, atque continet. hic quandiu conſtans, atque integer ſit, facultatem recte cogitandi, agendiq; omnia animo præſtat: at cùm à ſua natura deſciſcat, ſi leuiter refrigeretur, indenſetur, craſſetur, ineptum deniq; reddatur ad intentas animi actiones, committit, vt animus retardius, ſegnius, atque veternoſius aget. ſed ſi nimium refrigeretur, factusq; ſit corpulentus, efficit, vt animus ſuas penitus deſerat actiones: quod his plane euenire videmus, quibus ſedes memoriæ torpet, vitioque tenetur lethargo: aut ijs, qui toxica hauſerunt. Contrà ſi immodice recaleat, moueaturque ſæuire inſanireque cogit, vt tantiſper animus diſiungi à corpore per ſui vinculi deprauationem videatur. Conſiderãdum porro mihi aliud diuinum opus: cum enim animam à corpore cæleſti & diuino demiſſam terreſtri corpore claudi oporteret: deſcenſum ipſi excogitauit per corporis figuram, conſtructionem & colorem. Ipſum enim caput rotundum formauit, tanquam paruum quoddã cœlum. Cerebrum vero purum ac perlucidum conſtruxit, largitus ſpiracula ſeptem, velut feneſtras, pro planetarum numero denique ſuperpoſuit toti corpori: quia cælum eminet rebus omnibus generationi & corruptioni obnoxijs.

Cur animantium alia parere plura, alia pauciora cõſuenerunt? Cenſendum naturam ſic ſtatuiſſe, vt quæ breui tempore viuerent, hę partu

69

essent numerosiori, videlicet ea de causa, ut u
tæ breuitas partus copia compensaretur: gene
eiusmodi sunt sues, canes, aues complures, p
sces omnes; quæ autem diu viuerent, hæc pau
procrearent: quippe cum temporis amplitud
posset rei, quam natura spectaret, satisfacere.
Sunt hoc in genere elephanti, serpentes, corn
ces, cerui. quæ vero mediocriter uiuerent, h
etiam partu essent mediocri. Stipes quoque m
do eodem illo fructificant: annua enim omni
quoniam vitam breuem sortita sunt, largam s
minis copiam effundunt, ut triticum hordeum
millium. Arbores parcius ferunt, eo quòd vita
agunt diuturniorem. Mammæ quoque anima
tibus pro partuum numero datæ sunt. Quadr
pedibus item intra sese fœtificare, atque vteru
ferre natura voluit, ob eam scilicet causam, q
niam & corpore sunt ampliori robustiorique,
terram pro sede sortiuntur, gradiq; non mag
cum labore consueuerunt. Volucribus partus
ris conficiendos censuit, vt eo immunes esse
onere & labore, quoniam & corpore sunt imb
cillo, & per aerem agitantur.

70 Cur febrium accessiones certo uenire ordi
soleant? Quoniam tantum materiæ putret, qu
tum à natura concoqui potest; quod cum mat
ria concoquenda certa sit, potentiam quoq; c
tam; tempusque certum esse necesse est. subiu
gendum nic illa, quodq; materiæ genus suum
habet vaporem. Sanguis enim uaporem hu
dum & calidum reddit, more aquæ feruenti
quod in beletum tegminibus patet, atque in b
nearum tectis, & in aere: sic etiam nubes con
stant, & quemadmodum vapor aquæ in rorem
concrescit, & rursusque speciem aquę recipit,
etiam

etiam ſanguis ſtringitur, & ſanguis iterum fit: bilis flaua veluti fuliginem agit calidam, & ſiccam ritu lapidis ignem ſentientis. Atra bilis quaſi fauillam emittit modo lignorum, quæ deuſta in cinerem aridum vertuntur: pituita fumum humidum craſſum, mordacemque reddit inſtar lignorum viridium, cùm vrantur: eſt enim quodque ortum eadem eſſentia, qua ſua origo eſt.

71 Qua de cauſa mel inueteratum, aut ſupra modum coctum, amarum euadat, neceſſe eſt? Quia ſuum omnem humorem amittit, qui calorem temperare immodicum poteſt; quemadmodum etiam quilibet humor alius dulcis affici ſolitus eſt, vt uinum, & defrutum. unde fit, vt etiam temporis ſpatio craſſeſcat, & minuatur. & quemadmodum uinum quatuor illa cõtinet, florem, qui leuiſſimus innatat, fæcem, quæ corpulenta ſubſidet, humorem, qui temporis abſumitur ſpatio, partemque illam vinaceam, atque idoneam alimento: ſic etiam mel ex quatuor conſtat, eiuſque humidum recrementum; illud vim quandã obtinet deterſoriam: quapropter incoctum tergit, & purgat. coctum alere tantum poteſt, eo ſcilicet, quòd ſors ſuperuacua omnis igne abſumitur. Vt vero mel in vetuſtate amareſcit, ſic pinguia omnia, & oleoſa, rãcida efficiuntur, vt butyrum, oleum, adeps. Hic de ſaporibus illa addidiſſe non ineptum fortaſſe ſit, dulcedinem plus caloris minus humoris parit; acritudinem caloris, & ſiccitatis copia producit; ſalſuginem plus ſiccitatis, minus frigiditatis committit: acorem frigiditatis humiditatiſque copia gignit; auſteritatem ſiccitas largior, & frigiditas dant; amatorem ſiccitas, & calor plenior creant; pinguitu-

dinem ex humore pluri, & calore exiguo ori
censendum est.

72 Cur hominibus admodum vinolentis circun
uerti omnia videantur? Quoniam larga copia vi
ni exhalationem spiritus vaporosi ad cerebrun
mittit nimiam, qui spiritus cum digeri, atque co
sumi nequeat prius, quàm temporis spatium có
coctionem exhibeat, per cerebrum voluitur, &
quaque versus percurrit, atque ita perturbatu
profluit per neruum conspectiuum, pupillamq
ad res conspectui obuias, facitq; vt tales videar
tur, qualis ipse est. Affectum etenim interioren
foris esse imaginantur: quocirca efficitur, vt é
caligent, & vertigine tantisper tententur. cuiu
vitij nomen à conuolutione aquarum deductū
est. neque vero ex uino tantùm, sed ex materij
etiam corporis accidere illud potest: quoties va
porem ad cerebrum nimium efferant, affectum
que moueant, quæ caligo vocata est.

73 Quam ob causam cùm nerui ijdem à cerebro,
& dorsi medulla in partes membrorum omnes
transmittantur, nō eadem actio, sed varia soleat
prouenire? Quoniam nō modo ratione essentiæ,
verùm etiam structuræ euariat actio, alio enim
strues, & effigies nerui conspectui est, alia au-
ditorij, alia gustatorij, alia eius qui in ore ven-
tris positus est. Neruus enim conspectorius ille
perforatus porrigitur. Auditorius explicatior
tendit, atque etiam magis gustatorius simplici
ducitur serie, qui stomacho deputatus est, volui-
tur in anfractum. Porrò ampliorem in orbem
se agit qui uentrem perficit. quemadmodum &
cithara. quæ fidibus variè concinnatur: quippe
quæ crassioribus, tenuioribus, intentioribus, re-
missioribus constet, aliter enim nunquam illa

conci-

concinendi amœnitas reddi poteſt. Quinetiam in reliquis membris, quorum aliquod oſſiū eſt, varium perſpicere artificium licet. Iecur enim & lien carne quadam criſpa, atque tortitia conſtat. quam & materiaceam, quòd materiæ ſimilis eſt, nominibus Renum quoque, & cordis caro ſui generis eſt. Stomachi vero filia, quæ in directum porrecta ſunt, attrahunt: quæ tranſuerſa ducuntur, impellunt. Vulua profecto, & reliqua membra, quæ vim obtinent continendi, non niſi per obliquum filiorum tractum ſuo funguntur officio. Venæ, & arteriæ, & membranæ membris omnibus vſui ſunt, miniſtrique publici habentur. membra autem ipſa ſuis quæque diſtribuuntur muneribus, & ſingulis ſingula actionibus delegantur, vt perſpicuū ſit, cui præcipue tribuere actionem debeamus.

74 Cur mulieres, quæ vterum gerūt, ſecundo aut tertio menſe guſtare aliquid improbe appetant? quapropter picare tantiſper dicūtur à pica, quæ terræ glebas ſuauiter eſitat. Aut quia varius & alienus eſt eius color: vt harum appetitus. Natura ſanguinem omnem menſtruum colligere in matricem neceſſaria fœtus afformationis gratia conſueuit: qui ſanguis ſi vitiatus eſt, ſuum vitiū ad os, ventris tranſmittit, atque ita ſtomachus ipſe improba motus qualitate materię cibos alienos, atque incommodos appetit, idq́; ipſum varie peccat pro materiæ ſubditæ conditione. Nā ſi atra ſit bilis, carbones, aut lateres, & genus quolibet fictile appetit. ſi pituita acida, ſapores acidos concupiſcit. ſi bilis vitellina, pinguia quærit. ſi alia miſcella qualibet ſit, auiditas quoque guſtandi ratione illius oritur inſolens. verā hanc eſſe cauſam conſtat eo, quod non omnib.

prægnantibus hoc idem vſu eueniat, ſed compl[illegible]
res ſobrio appetitu degeant, quibus.ſ. ſanguis il
le collectus integer eſt, & vacuus extremento. V
tium id vltra menſem tertium non protrahitur
fœtus.n. iam perfectior copiam abſumere ſan
guinis poteſt, vt nihil præterea ſit, quod ſtoma
chum efferatur. Hoc idem etiam aliquibus eſu
rientibus vi famis illa intolerabili, quam buliſmũ
appellamus, atque etiam morbo maioris inteſti
ni laborantis accidit, ſ. eadem illa cauſa, ꝙ ſtoma
chus materijs vitioſis refertus eſt, ex quo fit, vt
his ſummopere proſit purgatio.

75 Cur autumnus inæquabilis ſit? Habet.n. eodẽ
in die frigus, & calorem. De hoc varia ſententia
eſt: alij.n. ad abditam, atque inexplicabilem cau
ſam illud referunt, alij ventos per id tempus va-
rios, & inæquales afflare aiunt, alij ꝙ terra ni-
mio æſtatis æſtu deuſta refrigeratur per autum
num, hinc calore adhuc extante viciſſim agi mo
do frigore, modo calore opinantur. Haud enim
illi audiendi ſunt, qui propterea inæquabilem
eſſe autumnum exiſtimant, quoniam medius in
ter hyemem, & æſtatem poſitus eſt: nam & ver
medium eſt, quod non ita euariat. Hic adijcere
illa non alienum eſt, diei & noctis ſpatium qua-
tuor anni tempora planè imitatur: prima.n. diei
pars, vſque ad meridiem veri ſimilis eſt, meri-
dies ipſa æſtatem ſimulat: hinc ad veſperam ſpe-
cies agitur autumni: nox deinde hyemem præ-
fert, vt quæ humida, & gelida ſit propter Solis
abſentiam.

76 Cur ſomnum laſſitudo afferre poſſit, cùm hæc
ſiccet, ſiccitas vigiliam pariat? Cenſendum non
interne à laſſitudine ſomnum proficiſci, ſed per
mediam frigiditatem, atque humoris conſum-
ptionem.

tionem. Quippe cùm laſſitudo ex ſe ſiccitatem
reet ſiccitas calorem aboleat (humor.n.caloris
ſt nutrimentum) abolitio caloris frigus augeat.
gitur natura humido alimento conſumpto, vi-
aliq; ſpiritu diminuto quieſcit, vt acquirat, re-
endatque, quod amiſerit.

Cur lapis, aut ferrũ, aut quid tale proiectum 77
n aquam ſine aliquo ligni ſuſtẽtamento demer-
gatur, ligno ſuſceptum deſcendere nequeat? Cẽ-
endum aerem per ligni meatus admiſſum, li-
gnum eleuare, ac facere, vt innatet, quanquã põ-
dus ſuſtineat: at vero lapis, & ferrum, quia ſoli-
diora ſunt corpora, prædenſoque meatuum con
entu ſtringuntur, nullum ſibi admitti ſpiritum
patiuntur, atque ob eam rem nequeunt innata-
re: ſic enim & qui per undas interierunt, pri-
mum ad imum delabuntur, poſt aliquot diebus
emergunt, & fluitant: cum enim corpus putret,
& tabet, ſpiritus oritur, quo pulmo meatuſque
omnes implentur, corpuſque eleuant ita, vt fa-
cultas ſit innatandi; vnde piratas quoſdam ho-
mines quos enecaſſent, pulmone exempto in al-
tum proijcere, ne efferrentur, proditum eſt. Hæc
eadem ratio eſt, cur oua integra demiſſa in aquã
demergi ſoleant, vrina & corrupta ſuſtineantur,
& ſupernatent: tabet enim humor eorum, &
inflatur.

Cur teſtes gallorũ gallinaceorũ, quos lacte 78
ſaginant, ampliſſimi, & concoctu facillimi effi-
ciantur? Quoniam ſanguis non modo ſerum in
ſe continet, quod renes trahunt, ſed etiam len-
torem, quem ſibi teſtes pro alimento hauriunt,
craſſiorem vrina, tenuiorem ſanguine, cuius ſpe
ciem prope imitatur. Sed quandiu natura co-
pia alimenti indigeat, quod quidem in ætate ac-
cidit

cidit puerili, lentorem etiam illum ad totū en
triendum corpus dispensare solita est. Vbi au
multus desijt alimenti vsus, videlicet tempore
pubescendi, colligit hunc ad testes: quę quide
res testium ipsorum amplificatione, pilorum
pubertatis ortu palam fit. Testes enim per id t
pus augentur, & pubes pilo integitur. Sed cùm
iterum sanguine natura indigeat largiori, scil
cet postea quàm fœmina concepit, ut & fœtu
nutriat, & lac molliatur; lentorem illum à test
bus reuocat, rursusque cum sanguine miscet,
que ita lac efficit. Sanguis etenim albens lac fe
est: ergo quod testes gallinaceorum plus lact
hauriunt, scilicet blandimento leutoris, quem
suum in lacte comperiunt, plenius augentur,
alentiores facilioresque redduntur.

79 Cur mel illud commendemus, quod acrit
sentitur, & mediocriter hoc idem calidum es
existimemus, cùm acritudo nō nisi per calore
immodicum consistere soleat? Censendum no
acre mel, sed temperatum id esse. Verum lingu
suo calore plenius calfaciendo in acritudinem
verteret: dulce etenim omne acre primum. po
nimium incalescens amarum redditur: quod a
tem sacchar Indi, appellāt, mellis coagulum es
Sole cogente rores, conuertenteque ad mell
dulcedinem: quod idem monte Libani fieri ce
tum est: fiat sacchar id proximum salis glebuli
candidum, fragile: vim id quoque tergendi pu
gandique melli similem habet, & coctum ri
mellis nostratis non æquè, atque incoctum pu
gare potest: cibo tamen ita assumptum aptiu
ad alendum est: mel item quod galbanarium
cognominamus discrimen tertium mellis ex
plet, pactu scilicet apum, quem galbana vitia
prodest

prodeſt hoc illitum ad oculorũ claritatem: quin etiam quod Thymum redolet, ventrem iuuat frigidiorem. Aegyptium verò, humidum dilutumque eſt, videlicet ea de cauſa, ꝙ flores tractus illius immodice hument ex larga Nili amnis irrigatione Omnium optimum inſulæ ferunt, & loca maritima: quippe quæ ſicciora ſint, & ſynceriora. Melli montis Hymetri, terræ Atticæ, laus præcipua datur, propter florum ſingularem præſtantiam.

80 Cur lac frigidum ſit, & cur facile concoquatur, probeque nutriat, cùm habitu ſit frigidiori? Cenſendum lac propterea facile tranſire poſſe in sãguinem: quoniam è ſanguine factum eſt, & fere ſanguis albefactus eſt: album vero, atque frigidiuſculum fit per mammarum adenes, qui albi ſunt, & ſanguine vacui, cùm tamen ſuo in fonte aliquid habeat caloris: longe frigidius à mulctra expoſitum aeri euadit, quemadmodum etiam ſemen. Cogendũ non coagulo animalis, ſed ſucco ficulneo eſt aut gutture gallinę, aut enico: ſic enim caſeus cõcoqui digerique expeditius põt.

81 Cur vlcera pulmonis curari nõ queant? Quia quód curatum iterum eſt, quieſcere debere. Vnde illud Hippocratis medici, Pedis remedium quies eſt: motus enim confluuium agit materiæ ſuperuacuæ, quę excitare poteſt inflammationẽ. Pulmo autem ob reſpirandi neceſſitatem in motu aſſiduo eſt. Adde, quòd purulenta pulmonis repurgari nõ niſi per tuſſim poſſunt, quæ ſuo intento motu vlcus lacerat, & dilatat. quinetiam quòd membrum illud humidum, calidum, laxũ putredini opportunum ſpiritus conceptaculum eſt. refici propterea nequit, niſi à natura vna, primordio ſeminis.

Quam

82 Quam ob causam homines, q ex ardua febr insaniunt, robustissimi, quãdiu insaniunt, sint: s luti insania admodum debilitẽt, & langueant Quoniam siccitas per cerebrum, & neruos agi immodica; robur.n. ex siccitate neruis acqui certum est: sedata autem insania, lassitudinẽ se tiunt, q̃ iam sensus integrior est, & nerui mo liores redduntur, & laxiores.

83 Cur pisces saxatiles concoctu faciliores sint Quoniam aqua saxis vicina moueri ẽt, cum ser nũ est, consueuit: durum enim ac molle quon contraria inter se sint, quiescere nequeunt, cũ inuicem tangant: at quod mouetur, tenuis red solet, quàm quod quiescit. Ergo pisces quoque agitati per aquam synceriores, puriores, & in concoctu faciliores euadant, necesse est: hæc e dem ratio est, cur auium alas concoqui facili res, quàm reliquas corporis partes experiam ur

84 Cur ijs balneum non præcipiamus, qui feb continua iam laborare desinunt? Quoniam m teriæ noxiæ, crudæ, crassaq; adhuc constant, c poreq; absolui nondum patiuntur: quantum m teriç autem utilis sit, id tenue, atq; liquidum su stat: ne igitur calor balnei prius utilem partem vt tenuiorem, quàm inutilem trahat, abstinen d à balneo est; neque per id tempus tantum, qu morbus minuitur, verum etiam, quo incipit, omnino quo materia minus concocta est.

85 Cur Medici hominibus febre laborantibus h ctica ab habitu nominata, parũ aquæ bibendu ante cibum præcipiant? Vt membra solida, qu persiccẽt, humefiant, reddanturque aptiora ad s lidioris alimenti adglutinationẽ, agnationem que: hinc artifices quoque tectorij operis pri quàm admoueant calcem, aqua parietem aspe

ere soliti sunt, vt tenacius incrustēt, & firmius.

Cur omnia dulcia lienam & iecur augēt? Iecur 86 per sui habitus similitudinem facilius rem dulcē attrahere potest: calidum.n.atq; humidū est: liē verò, cum partem sanguinis fæculentam de ieco re trahat, sanguinem quoque elicit largiorem, videlicet pro copia, quę posita in iecore est; quod quidam tantisper agit, quamdiu inualeat uis eli ciendi, unde nomen sortitus est.

Quamobrem vehementer percussi parte capi- 87 tis, quæ tempora appellantur, intereundum sit? Quoniam musculus, qui eam continet partem, ex cerebro oritur, vicinusq; illi positus est: consentiens igitur cerebrum, ictumq; communem accipiens, dolet, atque contrahitur: & spiritus quoque animalis vnà cum eo constipatur, atq; crassescit: itaque animus, cùm idoneo careat instrumento, à corpore confestim discedit: vinculi enim corruptio solutionem afferat rerum conuinciendarum necesse est.

Cur homines, quos ingens tonitrui strepitus 88 attonitos fecerit, intereant, aut certe amentes degant? Eadem illa ratio est, quam proxime diximus: ictus.n. immodicus aeris, cerebrum, atque spiritum animalem per aures subit: quamobrem spiritus ille contrahitur, crassescitq;, denique ineptus ad animi actiones redditur: & cū immodice incrassescat, etiam discessum animi à corpore agit, quæ mors est.

Quam ob causam oui vitellus concoctu faci- 89 lis, albumen difficile est? Quoniam vitellus calidus, albumen humidum & frigidum est, ouum quippe qualitates elementorum omnes complectitur, & quatuor illa remedia primordia plane in se sita ostendit: tegmentum enim testaceum

ter-

terræ proximum eſt, ſiccum nanq;, & frigidum albumen aquæ cognitionem gerit, humidum enim, & frigidum: ſpiritus in albumine conte tus pro aere eſt: calidus enim & humidus: vit lus ignem repræſentat; plus. n. calidus, mini ſiccus, neque colore igneo vacat. Denique orb vniuerſi, quem Mundum vocamus, ſpeciem ouo dixeris demonſtrari: nam & ex quatuor c ſtat elementis, & in ſphæræ faciem cõglobat & vitalem potentiam obtinet.

30 Cur ſtercus hominum, qui morbo maioris teſtini laborant, ſpeciem gerat bubuli? Quon morbus hic ex pituita, magna ex parte, oriri ſ litus eſt: pituitæ autem copia putreſcens ſpiri agit, qui fæces ſubit, inflat, tumefacit, atque ita miles bubulis reddit: vnde fit ſæpius, vt vel in qua valeat innatare. Bubulum autem, in flari p pterea arbitrandum, quoniam plurimum bou pabulum palea eſt, & fœnam, plurimuſq; pro de ſpiritus mouetur.

31 Cur membrana cerebri pleniore vulnerata, c ri per ſecturam ſoleant, quæ fungorum nomi appellamus? Quia vapores qui ex cerebro aſſidu proficiſci, digeriq; per rimas conſueuerunt, di iecto iam oſſe, amploq; patefacto itinere, efflu vniuerſi, oſſique gelido occurſantes concreſcũ & ſpeciem fungi capiunt: quippe qui ſupra an pliuſculi, infra prætenues, videlicet loci ratio perficiantur.

32 Cur pituita, quæ craſſa, & frigida eſt, & inde apta ferri deorſum, ſæpe ad caput ex pedibus ſcendat? Cenſendum non ex ſe pituitam poſſe aſcendere, ſed per vim ſecernendi, quæ indi mẽbro cuique eſt: hæc. n. quãuis in pede nocer illa materia ſit tamen depellere ſurſum poteſt

quod

quod cum membra omnia faciant, tãdem ea in
parte consistit materia, quæ minus depellere po-
test, quàm satis sit.

93 Cur per flatum aeris pestilẽtem homines mul
& inæquales malo eodem intereant? Quæ qui-
dem res tollere situm videntur, id est necessariũ
rerum consequentiam, quam stellarum ordini,
& motioni tribuimus. Cẽsendum illos homines
capi conditione cœli pestifera, qui concepti na-
tiq; sunt tali motu stellarum, vt longinquo tem-
pore uiuere nequirent: quemadmodum.n. ædifi-
cium vetus, atq; infirmum facilius impetu venti
corruit, quàm nouum & ualidũ: sic ẽt homines,
qui ex fato vitam sortiti sunt breuiorem, expedi
tius ab aeris uitio mouentur, & capiuntur: malũ
autem commune propterea est, qm̃ aer, qui syde
rum pestilenti de fluuio vitiatus est, idem conti-
net omnes, atq; ab omnibus trahitur.

94 Cur multitudo per crapulam vino vini mole-
stiam leuari, dicere soleat? Hoc etsi vulgare est,
verè tamen asseritur: quippe cùm membra per
nimiũ vini calorem resoluta, vini adiectione re-
creentur, firmenturq;, vt spiritus coactos, tẽtan-
tesque caput, discutiant, & depellant: præsertim
si temperatum est, quod secundo hauritur. De
vino hæc annotare non alienũ hic est. Vinum si
exiguum bibatur, salubritatem largitur, si modi
cum, facundiam parit. si immodicum, & menti
obest, & corpori, vt Theagenes quoque poeta in
quit, Meri copia noxia est: at si quis eo recte vta-
tur, non noxiũ, sed percommodũ est. Liberũ pa-
trẽ bacchis comitatũ non inepte effingunt: cho-
ream.n. quam vini hilaritas extruit, baccharum
cœtus designat. Satyros eidem coniungunt ra-
tione agilitatis, facilitatisque Lydiam etiam ad-
dunt,

dunt, quoniam per immodicum vsum vini hominem
resolui necesse est. Quinetiam pardi sectan
ob eam causam, quod multa, & varia imaginant
qui multum vini hauserint. Animal enim hoc
ria integitur pelle. vnam ex bacchis Agauen
trem Penthei suum discrepisisse filium narra
eo quod multi per vinolentiam facile in homici
ruunt. nudus fingitur Bacchus, quoniam vinu
mentem, atque animum detegit, & patefac
arsit Venerem Bacchus, arsit Ariadnam: vino
inebriatis libido maxima oritur. Neque calu
quidem Bacchi comitatui deest, scilicet prop
cerebri detrimentū, quod vsus vini immodic
inuehit. amittit. n. vires suas sedes hæc animi,
que marcescit. vnde vinum Maronem à marc
re plerique nominant: necnon & Pana hisce
esse volunt, videlicet ob summam vini potent
aut ob varium eius feruorē, viresque uarias. t
gitur Bacchus à fulmine prius quàm veniat
lucem. eximitur vtero matris, coniectus in f
mur patris clauditur: quoniā vinū persæpe fic
libus contentū Soli exponitur, atque ita uires
plenum accipit, & saporē. Sorores quatuor B
chus habet: quoniam vinum mutationes quatuor re
pit. sanguis ex materijs nostri corporis vino tu
in habitu, tū in natura respondet. Quemadmod
enim ex quatuor vinum constare partibus ex p
suimus: sic sanguis quadripartibus est: quippe
qui partem habeat dilutissimā, quam renes ha
riunt; & tenuē quanda, ueluti florem, quam fe
lis folliculis trahi; & crassam, ac fęculentam
quam lien capi; & purā, atque syncerā, quæ d
gesta in mēbra alere potest modo uini, quod su
tantum parte syncera præstare alimoniam pōt.

95. Quam ob causam præputium, & genitū par

tes

tes tenuiores discissæ coniungi adglutinarique nequeant? Omnino quæ ex semine natura creauit, hæc destructa recreari non queũt: non enim neruus, non vena, non membrana, nõ reliqua generis eiusdem suam possunt recipere integritatem. ergo non immerito ista quoque refici nequeunt, cum semine orta sint: at quæ principio sanguis constituit, hæc denuo gigni, recreariq; possunt, eò quòd sanguis nulla in parte ætatis deesse potest.

96 Cur vinacea, & zizania, & graua ficulna integra, vt ingessimus, per aluum egeri soleant? Vtrũ quia parua admodum sunt, & sicca, ideo concoqui nequeant? An qua semina sunt, & generãdi perfecte obtinent facultatem, resolui non patiãtur, sed peruicacius ad eum finem edurant, cui sunt destinata à natura: hac enim de causa specie quoque globi formata sunt, quæ omnium figurarum perfectissima est.

97 Quam ob causam parte iecoris gibba interseptа iugale collo subiectum grauescat, & dilabatur? Quoniã vena à trunco cognominata, quę ex parte iecoris gibba ad collum vsque ascẽdit, amplificata per interseptionem, infartionemq; grauius ponderat, tenditque deorsum. quemadmodum intestinum quoque carnibus, aut quolibet alio corpore inflatrum deferri cogitur, atq; collabi. Sic enim vena illa detracta iugalis interiora secum trahit, mouetque dolorem. Tussi quoque ijdem arida infestantur: malus enim iecoris habitus efferens sese ad membra spiritui deputata, excitat illa ad rem depellendam, quæ viget, atque inde tussis exultat.

98 Cur vulua vna omnium membrorum aspera parte interiore est: habet enim quosdã excessus,

quos caliculos siue acetabula appellamus. Vt se-
men humidum possit retinere: humor.n.om-
facile per leuem corporis faciem labitur: hi-
enim & artifices tectorij operis scalptris parie-
bus calcē admouent, ut per caua, & summa as-
riora crusta contineatur, & hæreat hac vero de
causa semen quoque ipsum lentum, glutinosu-
que factum à natura est, videlicet vt tenacius i-
sidere possit, & firmius.

9 Cur multi, cùm suam vrinam exitum appet-
tem retinuissent, resoluti sint, atque destillati-
ne vrinæ laborarint? Quoniam vesica nimium
plena, extumescensq; vltra modum humorem
ex natura membranę inditū omnem expressi-
atq; ita siccior facta est, vt præterea contrahi n-
quiret, more pellis, quæ exiccata extendi nō p-
test, nisi aqua mista cum oleo diluatur; fieri au-
vrinæ destillatio solet, vel per musculi resolut-
nem, qui ceruicem vrinæ claudit, vel per exulc-
rationem ipsius vesicæ, vel per iniuriam calcul-
mordetur enim vesica, aut aggrauatur: itaque
cernere incitatur quantum vrinæ receperint n-
nimum. difficultas vèrò vrinæ nomē, generaliu-
quàm destillatio est, sicut & coquendi, aut aud-
di, aut spirandi difficultas.

100 Cur vehementer ij sitiant, quorū uentrem i-
feriorem fluxio exercet? Quoniam humorib-
deorsum collapsis stomachus resiccatur: sitis a-
tem non nisi per siccitatem oriri solita est.

101 Quid est quod lachrymas moueat, cùm ang-
mur? Spiritus qui per angorem affectus est: h-
enim ad cerebri membranam effertur, atq; h-
morem ibi positum exprimit: quod idē uel p-
nimia lætitia potest euenire.

102 Cur barba spadones careant? Quoniam calo-
vacant

[v]acant, quo pili & oriuntur & augentur.

Quam ob rem qui pueri execti sunt vocē red- [103] [d]unt acutiorem, quàm qui adultiores, quos gal[l]os nominamus? Quoniam per id tempus exe[cti] [s]unt, quo meatus sunt arctiores. spiritus autem [e]o tenuius sonat, quo per angustiora extruditur.

Cur cibo tam humido, quàm sicco ingesto eru[c]temus? Quia spiritus vel cū cibo admittitur, vel [p]ost, ex concoctione mouetur: qui cum tenuior [s]it, petit superiora. itaque per os extruditur, [q]uam rem ructum appellamus. [104]

Cur alij magis, alij minus cōcumbere valeāt? [105] Quòd alijs alij sunt calidiores.

Quare qui ex luce amplissima ad mediocrem [106] [u]enerunt, cernere protinus nequeant? Quoniā [l]ux mediocris propius ad tenebras, quàm am[p]lissima illa accedit, tenebræ autem suā ob cras[s]itudinem uim conspiciendi obfuscant.

Cur mulieres vulua malè affecta mente labā- [107] [t]ur, & delirent? Quoniam membrum id natura [c]onstat neruosa, suaque primordia è stomacho, [a]tq; membranis cerebri ducit, quod vel ipso cō[t]extu palam est.

Cur mulierum menstrua colligantur? Quoniā [108] [p]er vitam, quam otiosiorem degunt: amplius ma[t]eria superuacua redundant; at sanguis largior [i]n homine, quàm cętera materiarum genera est; [e]rgo merito ijs, cùm amplius vacet, egeri leuan[d]i corporis gratia solitus est.

Cur pestem lippitudo magna ex parte præce- [109] [d]ere soleat? Quoniam pestis spiritus affectio est: [q]p cum spiritus motus, vitiatusq; efferatur ad ca[p]ut, oculos perturbat, eosq; prius quàm cætera [v]itiat, vtpote qui tenuior, atq; mobilior sedem [ha]beat oculorum.

108 Cur homines tremuli cùm bibant, circunfer[illegible] soleant? Quia vini calor immodicus neruos [illegible] bit, & spiritum contentum in his perturbat, q[illegible] ex sede cerebri ducitur.

109 Cur bestiæ statim abortu naturæ ambulare [illegible] queant homines nequeant? Quoniam bestiæ c[illegible] lorem omni ex parte sui corporis partē cōtinē[illegible] homines plus caloris habent in capite. itaq; no[illegible] ante erigi, ambulareque possunt, quàm mo[illegible] equalis, calor in omnes partes corporis digerat[illegible]

110 Cur qui neruorum distentione laborant, si [illegible] due febriant, liberari distentione possunt? Quo[illegible] niam ex refrigeratione, afflictioneq; spiritus co[illegible] tenti in neruis distentio oritur, & ex calefactio[illegible] ne aboletur, febris autem calida est.

111 Quare qui bilem atram euomuerunt, pericu[illegible] lo pateant? Quoniam nulla præterea bile subs[illegible] te, sanguis ex iecore trahatur necesse est.

112 Cur à mictu spirit⁹ aluo excedere soleat? Qu[illegible] niam quandiu plena vesica est, rectū intestin[illegible] quod sibi subditum habet, premit: egesta aute[illegible] vrina relaxatur, atque ita spiritus in intestino i[illegible] lo detentus labitur, atque effluit cum sono.

113 Cur vbi eminximus, aut oscitati sumus, in h[illegible] rescere consueuimus? Quoniam aliquid spirit[illegible] calidi excurrit, cuius detractione corpus refrig[illegible] rari congruum est.

114 Cur albugines, aut vitiligines, acu adacta, n[illegible] lum sanguinem emittant? Quoniam calor om[illegible] nis summis ex meatibus vel recessit, vel diffiat[illegible] exactusque est.

115 Cur pleræque omnes mulieres cùm concep[illegible] runt, picare, id est appetere sapores minus cōu[illegible] nientes soleant? Quoniam conceptus præter n[illegible] turam est, affectus autem stomachi vitium id e[illegible]

quod

quod picam vocamus, quēadmodum auiditas, & fastidium.

116 Cur febres quartanę diuturniores cæteris omnibus esse soleant? Quoniã in ea materia peccatur, quæ terrena maxime est. terrenum autē omne graue est: quocirca merito quartanæ & lētius repetunt, & longius tenent.

117 Cur vlcera articulorum reduci in cicatricē nequeant, quod in plerisque aduertimus? Vtrum quòd plus materiæ in articulis est? Ergo cum materia largius illud confluat, acrior redditur: itaq; maturius siccat. An quoniam articulorũ postremum chartilago est: idcirco cicatrix firmari nequit, sed labitur.

118 Cur aqua pluuia leuior sit, cùm ex mari hauriatur, quod graue est? Censendum quamuis ex mari hauriatur, spiritus tamen agitatam tenuē efficit, & leuem.

119 Cur res frigida omnis, ossibus, dentibus, neruisq́ue inimica est? Quoniam hæc natura constant terrena: terrenum autem omne frigidum est: ergo ꝑ frigida qualitas augeatur, merito accidere detrimentum potest.

120 Cur qui per febris ardorem insaniũt, pulsum arteriarum habeant leuiorem: qui per lethargũ vitium memoria obtorpescunt, pleniorem reddant? Quoniam alteri spiritu relaxato cerebri delirant, alteri eodem illo spiritu crassescente, grauescenteque premuntur, & infestantur.

121 Cur febribus quibusdam per sudorem leuatis, cordis periculosę affectiones sedari soleāt? Quoniam materia vitiosa partim difflatur, partim resoluitur.

122 Cur per hyemē plus cibi assumere, pleniusq́; cōcoquere possimus? Quoniam calor nostri cor-

 poris

poris pulsus exterioris frigoris vehementia,
sedem interiorem se recipit: itaq; facit, vt cib
& concoquatur, & assumatur.

123 Cur qui nimis cõcubuerunt, si prçterea coe
sanguinẽ vice seminis emittant? Quoniam sem
ne omni exhausto nullus humor promptis sa
guine rei venereæ se offert.

124 Cur nerui non quemadmodum puncti, ita e
prçcisi excitent inflãmationem? Quoniam spi
tus inæquabili punctionis segmento occurren
retorquetur, atque in se coactus, stipatur, & re
lescit. at prçciso penitus neuo spiritus effluit o
nis, & abit.

125 Cur sudores, qui ante accessionẽ venerint, gr
ues sint, & molesti? Quoniam qui febrẽ sequu
tur, per relaxationem, remissionemque effluan
qui antecedunt, per expressionem vtique viol
tiorem extringantur.

126 Cur os ieiunum grauiter oleat? Quoniam st
machi acritudo, nisi cibo recenti temperetur,
suauem reddit exhalationem.

127 Cur nullus in corde morbus possit consister
Quoniam per mẽbri opportunitatem, antè mo
rapit, quàm morbus pateat.

128 Cur scrobe iuxta mare effossa, dulcis aqua c
periatur? Quoniam mare transmissum, liquat
que per terrã, suam crassitudinem omnem am
tit, inq; humorem dulcem extenuatur.

129 Cur ambusta difficulter cicatricem recipian
Quoniam per ignem meatus corporis omnes c
truduntur, obliteranturq;, vt caro propemodu
mortua sit: fit enim vt materia in hisce inclus
perquàm difficulter educatur.

130 Cur homines natu maiores vinosi esse consu
uerunt? Quoniam per ætatem refrigerati cal

rem

rem desiderant: vinum autem calorificum est.

Cur pondus facilius parte læua, quàm dextra efferre valeamus? Quoniam materia partis læuæ oppressa, plus durare patique, quam dextra potest: quippe cùm altera difficilius, altera facilius moueatur. 131

Cur pars dextra sanabilior sit, quàm læua? Quoniam per excitationem ampliorem, materię compescuntur, redduntur que sanitati opportuniores. 132

Cur mel vlceribus acre, gustui dulce sentiatur? Quoniam vlceribus horridis, resiccatisq; mellis tenuitas occurrit, tenue autem omne acre est. At gustus quia humidus est, mellis percipere potest lenitatem. 133

Secundi Libri Problematum Alexandri Aphrodisęi,

FINIS.

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS, Quæstiones Mechanicæ,

Nicolao Leonico Thomæo interprete.

Quæ sit artis Mechanicæ facultas.

MIraculo sunt ea quidem, quæ natu contingunt, quorum ignorantur c sæ: illa uero, quæ prçter naturam, quæcunque ad hominum vtilitate arte fiunt. In multis.n.natura ei, nobis usui esse potest, contrarium facit: natu etenim eundem semper habet modum, & simp citer: vtile autem multifariam commutat. Qu do igitur quippiam præter naturam oportue facere, difficultate sua hæsitationem præstat, a teq; indiget: quam ob rem eam artis partẽ, qu huiusmodi succurrit difficultatibus, Mechani appellamus. Quemadmodum enim Antipho sc bit poeta, sic se res habet: arte enim superam da, à quibus natura uincimur. Huiusmodi aute sunt, in quibus & minora superant maiora: quæcunq; momentum paruum habẽtia, mag mo-

mouent pondera: & omnia ferè illa, quæ mechanica nuncupamus, & problemata. Sunt autem hæc neque naturalibus omnino quæstionibus eadem, neque seiugata valde: verùm mathematicarũ contemplationũ, naturaliumq; cõmunia.

De dignitatibus, admirandisq; Circuli proprietatibus.

DE numero autem eorum, quæ hoc in genere dubitantur, illa esse dicuntur, quæ circa vectem fiunt. Absurdum enim esse videtur, magnum moueri pondus ab exigua virtute, cũ pluri præsertim pondere quod .n. una vecte quispiã mouere nõ potest, idipsum ponderis citius mouet, uectis ad illud pondus adiungens. Oĩum ãt huiusmodi causæ principiũ habet circulus. Istud verò ratione contingit; ex admirabili etẽm mirandum accidere quippiam, non est absurdum.

Maximè autem est admirãdum simul contraria fieri. Circulus vero ex huiusmodi est constitutus: statim enim ex commoto effectus est, & manente, quorũ natura ad se inuicem est cõtraria. quamobrẽ isthæc cernentes minus admirari cõuenit contingentes in illo contrarietas. In primis enim lineæ illi, quæ circuli orbem amplectitur, nullam habenti latitudinem, contraria quodammodo inesse apparent, concauum scilicet, & curuum. hæc aũt eo à seinuicem distant mõ, quo magnum & paruum, illorũ etenim medium est æquale: horum verò rectũ quapropter cùm ad seinuicem cõmutantur, illa quidem prius æqualia fieri necesse est, quàm extremorum vtrũlibet: lineam verò rectam, qñ est curua concaua, aut ex huiusmodi rursum curua fit, & circularis

Vnum

Vnum quidem igitur istuc absurdum inest ci-
lo. Alterum autem, ꝙ simul contrarijs moue-
motionibus: simul enim ad anteriorem moue-
locum, & ad posteriorem. Et ea, quæ circulũ d-
scribit, linea eodem se habet modo: ex quo. n-
cipit loco illius extremum, ad eundem rursus
dit: illa. n. continuò commota, extremum rur-
efficitur primum. quamobrem manifestum, ꝙ
de mutatum est. quapropter (vt dictum est pri-
non est incõueniens ipsum miraculorum oĩu-
esse principium. Ea igitur, quæ circa libram fiũ-
ad circulum referuntur: quæ verò circa vecte-
ad ipsam librã: alia autem ferè omnia, quæ cir-
mechanicas sunt motiones, ad vectem. Præter-
etiã, quoniam vnica existente, quæ ex centro e-
linea, nullum aliud alij, quæ in illa sunt puncto-
rum æqua velocitate feratur; sed citius semp-
quod à manente termino est remotius, pleraqu-
miraculorum accidũt in circuli motionibus: d-
quibus in ijs, quæ posthac adducentur, quęstio-
bus erit manifestum. Quoniam autem secund-
contrarias simul motiones mouetur circulus: &
alterũ quidem diametri extremum vbi A, in an-
tè mouetur, alterum verò vbi B. ad retro; effi-
ciunt nonnulli, vt ab vnica motione multi cõtr-
rio simul moueantur circuli: quemadmodum
sunt illi, quos in locis proponũt sacris. æneos, &
ferreos, fabricantes orbiculos. Si enim A B circu-
lum alter contigerit circulus in quo C D. mot-
circuli in quo A B, diametro in antè, mouebitu-
C D ad retro, diametro circuli vbi est A, circa idẽ
mota. In contrarium igitur mouebitur circulus
vbi C D, ad illum ubi A B. & rursus ipse conti-
guum ubi E F, in contrarium sibijpsi mouebitur
propter eandem causam. Eodem ẽt modo si plu-

es fuerint, idẽ facient, uno solo commoto. Hanc igitur in circulo existentem animaduertens naturam architecti, instrumentũ fabricant, celãtes principium, vt machinæ solùm manifestum sit illud, quod admirationẽ pręstat, causa verò lateat.

In primis igitur, quæ accidunt circa librã, dubitare faciunt, quamnàm ob causam exactiores minoribus maiores sunt libræ. huius autem rei principium est, quamobrem in ipso circulo, quæ plus à centro distat linea, eadẽ ui cõmota citius fertur, quàm illa, quæ minus distat. Citius enim bifariam dicitur: siue enim in minori tempore æqualem pertransit locũ, citius fecisse dicimus: seu in æquali maiorem. Maior autem in æquali tempore maiorem describit circulum: qui enim extra est, maior eo qui intus est. Horum autẽ causa, qm̃ duas fertur lationes ea, quæ circulum describit, linea. Quandoquidem igitur in proportione fertur aliqua id, quod fertur, super rectam ferri necesse: & hæc diameter efficitur figuræ, quam faciunt illæ, quæ in huiusmodi proportione coaptanẽ, lineę. Sit enim proportio secũdum quam latum fertur, quam habet A B ad AC: & A quidem fertur versus B, A B uerò subterferatur versus M C: latum autem sit A quidem ad D. ubi autem est A B, uersus E: quoniã igitur lationis erat proportio, quam A B habet ad A C, necesse est & A D ad A E hanc habere proportionem. Simile igitur est proportione paruum quadrilaterum maiori; quamobrẽ & eadẽ illorum est diameter: & A erit ad F. Eodem etiam ostendeẽ modo, vbicunq; latio deprehendatur; semper enim supra diametrum erit. Manifestum igitur, quòd id, quod secundum diametrum duabus fertur lationibus, necessariò secundum laterum proportionem

tionem

tionem fertur. Si enim secundum aliam quampiam, nō fertur ſm diametrum. Si autem in nulla fertur proportione secundùm duas lationes nullo in tempore, rectã esse lationem est impossibile. Sit enim recta. Posita igitur hac pro diametro, & circumrepletis lateribus, illud quod fertur, secundum laterum proportionem ferri necesse est: hoc enim demonstratum est prius. non igitur rectam efficiet id, quod secundùm nullam proportionem in nullo fertur tempore. Si autem ſm quampiam feratur proportionem, & in tempore quopiam, hoc necesse est tempus rectam esse lationem, per ea, quæ retro sunt dicta. Quamobrem circulare est id, quod secundũ nullam proportionem nullo in tempore duas fertur lationes. Quòd quidem igitur ea, quæ circulum describit, duas simul feratur lationes, manifestum est cùm ex istis, tum quia ſm rectum lata, ast perpendiculum peruenit, vt sit rursus ipsa à centro perpendiculum. Sit circulus A B C D: extremum autem vbi est B, feratur ad ipsum D: peruenit sanè aliquando ad ipsum C. Si quidẽ igitur in proportione feratur, quam habet BE, EC fertur vtique secundùm diametrum vbi B C. nunc autem quoniam in nulla proportione, in circunferentia certè fertur vbi B E C. Si autem duobus ab eadem potentia latis, hoc quidem plus ræpellatur, illud verò minus, rationi consentaneum est tardius moueri id, quod plus repellitur, eo quòd repellitur minus: quod videtur accidere maiori & minori illarum, quæ ex centro circulos describunt. quoniam enim proprius est manenti, eius quæ minor est, extremum, quàm id quod est maioris, veluti retractum in contrariũ ad medium, tardius fertur minoris extremũ. Omni quidem

igi-

itur circulum describenti istuc accidit: fertur-
ue eam quæ ſm naturam est lationem, secun-
um circunferentiam: illam verò quę pręter na
ram, in transuersum, & secundùm centrum.
aiorem autē semper eam, quæ præter naturã
t, ipsa minor fertur: quia enim centro est vici-
ior, quod trahit, vincitur magis: Quod autem
agis quod præter naturã est mouetur ipsa mi-
or, quàm maior illarũ, quæ ex centro circulos
escribũt, ex ijs est manifestum. Sit circulus vbi
C D E & alter in hoc minor vbi M N O P, circa
dem centrum A: & proijciantur diametri in ma
no quidem, in quibus C D, B E, in minori ve-
o ipsæ M O, N P: & altera parte longius quadra
um suppleatur D K R C: si quidem A B circu-
um describẽs ad id perueniet, vnde est egressa;
nanifestum est, quòd ad ipsam fertur A B. Simi
iter etiam A M ad ipsam A M perueniet. Tar-
ius autem fertur A M, quàm A B, quemadmo-
um dictum est: quia maior fit repulsio & magis
etrahitur A M. Ducatur igitur ipsa A L F, & ab
pso L perpendiculum ad ipsam A B, ipsa L Q in
minore circulo: & rursum ab L ducatur iuxta A
B L S & S T ad ipsam A B perpendiculum, & ip-
a F X: ipsæ igitur ubi sunt S T, & L Q, æquales:
psa ergo B T minor est, quàm M Q, æquales
enim rectæ lineæ in æqualibus coniectæ circulis
perpẽdiculares a diametro, minorẽ diametri re-
secant sectionẽ in maioribus circulis. est autem
psa S T æqualis ipsi L Q. In quanto autem tem-
pore ipsa A L ipsam M L lata est, in tanto tem-
poris spatio in maiori circulo maiorem, quàm
sit B S, latum erit extremum ipsius B A. Latio
quidem igitur secundùm naturam æqualis: ea
autem quæ præter naturam est minor, videlicet

B T, quàm

B T, quàm M Q. Oportet autem proportiona-
liter esse, sicut quod est secundũ naturã, ita qu
est pręter naturam, ad id quod est pręter natu
maiorem igitur circunferentiam pertransiuit,
sit ipsa S B. Necesse autem est ipsam F B in h
tẽpore pertransisse: hic.n.erit, quando proport
nabiliter vtrinq; accidit, quod est præter natu
ad id quod est secundùm naturam. Si igitur m
ius est, quod secundum naturam in maiori,
quod est præter naturam, magis vtique hic co
cidit vno modo: ita quod B sit latum per ipsa
B F in tanto tempore, in quo M punctum p
ipsam M L. hic enim secundùm naturam qui
signo B fit X F: est enim ab ipso F perpendicul
præter naturam verò ad ipsam X B. Est aute
quemadmodum F X ad X B, sic L Q. ad M Q. m
nifestum autem, si coniunguntur ab ipsa B M
ad F L. Si autem minor, aut maior quàm sit F
erit illa quam latum est B, non similiter erit, ne
que proportionale in vtrisque quod est secund
naturam, ad id quod est præter naturam. Qua
igitur ob causam ab eadem potentia celerius fe
tur id quod plus à centro distat punctum, ex ij
quæ dicta sunt, est manifestum.

Quæstiones.

1 CVR aũt maiores libræ exactiore
sunt minorib⁹. palã est ex ijs. Spa
tum.n fit centrũ: id nãq; manet
quod aũt libræ vtrinq; est, exeu
tes à centro. Ab eodẽ igiẽ põdere
citius moueri necesse est extre-
mũ libræ, quo plus à sparto discesserit. Et nõnul
la quidẽ in paruis libris imposita nõ manifesta

sensui

nsui sunt pondera: in magis aũt manifesta: ni
l enim prohibet minorem moueri magnitudi
em, q̃ vt visioni sit manifesta. In magna aũt li-
a idem pondus visibile efficit magnitudo. Quę
m vero manifesta quidem sunt in vtrisq;, sed
ulto magis in maioribus, qm̃ multo maior in
inationis fit magnitudo ab eodem pondere
maioribus. Quamobrem machinantur ij, qui
urpuram vendunt, vt pendendo defraudent, tũ
l medium spartum non ponentes: tum plum-
um in alteraturam libræ partem infundentes:
ut ligni qđ ad radicẽ vergebat, in eam quam de
rri volunt, partem constituentes; aut si nodum
abuerit: ligni enim grauior illa est pars, in qua
t radix. nodus vero radix quædam est.

ur siquidẽ sursum fuerit spartũ, qñ deorsũ lato [2]
õdere, quispiã id admouet, rursum ascendit li-
ra: si autem deorsum constitutum fuerit, non
cendit, sed manet? An quia sursum quidẽ spar
o existente, plus libræ extra perpendiculum fit:
partum enim est perpendiculum: quare necesse
st deorsum ferri id quod plus est, donec ascen-
at quæ bifariam libram diuidit, ad ipsum per-
endiculũ, cùm onus incumbat ad libræ partem
ursum raptam. Sit libra recta vbi B C, spartum
utem A D. hoc igitur deorsum proiecto perpen
iculum erit vbi A D M. Si igitur in ipso B pona
ur onus, B quidem erit vbi E, C, autem vbi H.
uamobrem ea quæ bifariam libram secat, pri-
o quidem erit D M ipsius perpendiculi: incum
ente autẽ onere erit D G. quare libræ ipsius vbi
H, quod extra perpendiculum est A M, vbi est
Q, maius est dimidio. Si igitur amoueatur
nus ab ipso E, necesse est deorsum ferri H. mi-
us enim est ipsum E. Si quidem igitur sursum
habue-

habuerit spartum, rursum propter hoc ascen-
libra. Si autē deorsum fuerit, id, quod substat,
trarium facit: plus enim dimidio fit libræ, q
deorsum est pars, quàm quod perpendiculum
cet, quapropter nō ascēdit: eleuata enim pars
uior est. Sit libra recta vbi N O, perpendiculu
autem K L M bifariā igitur secatur K G. Imp
sito autem onere in ipso N, erit quidē N vbi
ipsum autem G vbi R, K L autem vbi L P. qua
maius est K O, quàm L R, ipso P K L. Et abla
igitur onere, necesse est manere: incumbit en
ceu onus excessus medietatis eius vbi est E.

3 Cur exiguę vires (quemadmodum à princip
dictum est) vecte magna mouent pondera, vec
insuper onus accipientis? cùm facilius sit mi
rem mouere grauitatem: minor autē est sine v
cte. An quoniā ipse vectis est in causa libra ex
stens, spartū infernè habens, in inæqualia di
sa. hypomochlion enim est spartum. ambo n
que stant, vt centrum. quoniam autem ab ęqu
li pondere celerius mouetur maior earum, q
centro sunt: duo verò pondera, quod mouet,
quod mouetur: quod igitur motum pondus a
mouens, longitudo patitur ad longitudinē. se
per autem quanto ab hypomochlio distabit m
gis, tanto facilius mouebit. Causa autem est, q
retro cōmemorata est: quoniam quę plus à ce
tro distat, maiorem describit circulum: quare
eadem potentia plus separabitur mouens illu
quod plus ab hypomochlio distabit. Sit uect
vbi A B, pondus vbi C, quod mouet autē vbi D
hypomochlion vbi E. quod autem vbi est D m
uens, vbi F. motum autem vbi C. pondus vbi C

4 Cur ij, qui in nauis medio sunt remiges, ma
mę nauem mouent? An quia remus vectis est: h

pomo-

pomochlion autem fit ſcalmus, ſtat enim ille: pondus verò mare eſt, quod propellit remus: vectem autem mouens ipſe eſt remex. Semper aũt plus mouet ponderis, quanto magis ab hypomochlio diſtabit, quicunque id mouet. maior enim ea fit, quæ ex centro. ſcalmus autem hypomochlion exiſtens, centrum eſt. In medio autem nauis plurimum remi intus eſt: illia enim parte laxiſſima eſt nauis: quare maior vtrinq; remi pars vtrorunq; nauis parietum intrinſecus eſt. Mouetur autem nauis, quoniam appellente ad mare remo, extremum illius quod intus eſt, in ante promouetur. nauem vero ſcalmo alligatam ſimul promoueri contingit, quo remi extremum. vbi enim plurimum maris diuidit remus, eò maximè propelli neceſſe eſt. plurimum autem diuidit, vbi pars plurima remi à ſcalmo eſt. Et eam cauſam remiges, qui in media ſunt naui, mouent iam maximè. maxima enim remi pars à ſcalmo in nauis medio intus eſt.

Cur paruum exiſtens gubernaculum, & in extremo nauigio tantas habet vires, vt ab exiguo temone, & ab hominis vnius viribus alioquin modicè vtentis, magnę nauigiorum moueantur moles? An quoniam gubernaculum vectis eſt: onus autem mare: gubernator verò mouens eſt. Non autem ſecundum latitudinẽ, veluti remus, mare accipit gubernaculum: non enim in antè nauigium mouet, ſed ipſum commotum mare accipiens inclinat obliquè: quoniam enim pondus eſt mare, contrario innixum modo nauem inclinat. hypomochlion enim in contrarium vertatur: mare verò interius, ſi illud exterius. id autem ſequitur nauis, quoniam illi eſt alligata. Et remus quidem ſecundùm latitudinem

onus propellens, & ab eodem repulsus, in rectũ propellit: gubernaculum autem, ut obliquum ia cet, hinc inde in obliquum motionẽ facit. In extremo autẽ, & non in medio iacet, quoniam mouenti facilimũ est ab extremo motum mouere. Prima enim pars celerimè fertur; quoniã quemadmodum in ijs quæ feruntur, in fine deficit latio, sic ipsius cõtinui in fine imbecilissima est latio. imbecilissima autem ad expellendum est facilis. Propter hæc igitur in puppi gubernaculum ponitur. Nec minus, quoniã parua ibi motione facta, multò maius interuallum fit in ultimo: qa æqualis angulus semper maiorem spectat: tantoque magis. quanto maiores fuerint illæ, quæ continẽt. Ex ijs etiam manifestum est, quam ob caussam magis in contrarium procedit nauigiũ, quam remi ipsius palmula. eadem enim magnitudo ijsdem mota uiribus, in aere plus, quàm in aqua progreditur. Si enim A B remus, G uerò scalmus: A autem in nauigio sit remi principiũ, B uerò in mari palmula. Si igitur A ubi D translatum est, non erit B ubi E: æqualis enim B E ipsi A C. æquale igitur translatũ erit, sed minus. erit igitur ubi est F. minor enim C F, ipsa A D. quare ipsa G F, ipsa D F. similes enim sunt trianguli. Stans autem erit medium, ubi est C. in contrariũ enim ipsi, quod in mari est, extremo uidelicet B procedit, ubi extremum in nauigio est A. Non procedere autẽ ubi est D. nisi commoueretur nauigium, & eo transferretur, ubi remi est principium Idipsum etiam facit gubernaculum, nisi quod (ut dictum est terro) nihil nauigio ad id, quodantè est, confert, sed solùm puppim in obliquũ pellit, ubicunq; fuerit. in contrariũ enim eo modo uergit prora. Vbi igitur applicatum est gu-

berna-

bernaculum, id oportet rei motæ, ceu quoddam
ntelligere medium : & quemadmodū scalmus
emo. Medium autem procedit secundùm quod
gubernaculum trāsfertur. si quidē introrsus agit,
x puppis eo transfertur. prora verò ad contra-
ium vergit. in eodem enim existente prora, to-
um transfertur nauigium.

6 Cur quando antenna sublimior fuerit, ijsdem
elis, & uento eodē celerius ferūtur nauigia? An
quia malus quidem fit uectis: hypomochlion ue
ò mali sedes, in qua collocatur: pondus autem,
quod moueri debet, ipsum nauigium: mouēs ve
ro is, qui vela tendit, spiritus. Si igitur quanto re
motius fuerit hypomochion, facilius eadem po-
entia, & citius idem mouet pondus, altius cer-
è sublata antenna, velum à mali sede, quæ hypo
mochlion est, remotius faciens, id efficiet.

7 Cur quando ex puppi nauigare voluerint, non
flante ex puppi vento, veli quidem partem, quæ
ad gubernatorem vergit, constringunt: illam ve-
rò quæ proram versus est, pedem facientes rela
xant? An quia retrahere quidem multo existen
te vento gubernaculum non potest: pauco autē
potest, quem constringunt. Propellit quidem igi
ur ipse ventus: in puppim vero illum cōstituit,
gubernaculum retrahens, & mare compellēs: si-
mul & nautæ ipsi cum vento contendunt: in cō-
rariam enim se reclinant partem.

8 Cur ex figurarum genere, q̄cunq; rotūdę sunt
& circinatæ, facilius mouentur? Trifariam autē
circulum rotari contingit. aut enim ſm absidem
centro simul moto, quemadmodum palustri ver
itur rota: aut circa manens centrū, veluti tro-
chleæ stante centro: aut in pauimento manente
cētro, sicut figuli rota conuertitur. An celerrima

quidem huiusmodi sunt, quoniam paruá sui par te planum contingunt, veluti circulus secũdum punctum: & quoniam non offensant: à terra enĩ semotus est angulus. Preterea etiam cui obuiam fiunt corpori, id rursum secundùm pusillum tan gunt. si autem rectilineum esset, rectitudine sua multum plani contingeret. Ad hæc quò mutat pondus, eo motor mouet. cùm igitur ad rectum super plano circuli fuerit diameter, planũ secun dùm punctum, contingẽte circulo æquale vtriusque pondus disterminat diameter. cùm autẽ mo uetur, plus illico, ad quòd mouetur, ceu inde nu tans. ab impellẽte facilius in ante mouetur: quò enim vnumquodque vergit, mouetur ex facili: siquidem difficulter ad cõtrarium nutus sui mo uetur modum. Præterea nonnulli autumnant ꝙ circuli linea in perpeti versatur motu, quemadmodum manentia propter contrarium nixũ ma nent: sicut maioribus contingit circulis ad mino res. Celerius enim ab æquali mouentur potentia maiores circuli, mouentque onera, quoniam cir culi maioris angulus ad minoris angulum circuli nutum habet quendam: & sicut diameter ad diametrum, ita maior circulus ad minorem. infi niti autem sunt minores. Si autem ad alterum nutum habet circulus, similiter est bene mobilis. Et aliam sanè habet inclinationem circulus, & ea quæ à circulo mouentur, licèt planitiẽ absi de non contingat, sed aut iuxta planitiẽ, aut velu ti trocleæ. etenim hoc se habentes modo facillime mouentur, & onera commouent. An nõ quia parua sui portione cùm tangit, tum offensat circulus, sed aliam ob causam. ea autem est, quæ di cta est prius, quod circulus scilicet ex duabus effectus est lationibus: quam ob rem illarum alte-

ram pro nutu ſemper habet, & veluti continuo motum illum mouent, quicunq; mouent, quando ſecundùm circunferentiam illum mouerint: latam enim ipſam mouent. Eam quidem igitur, quæ in obliquum eſt, motionem ipſum impellit mouens: ſecundum verò illam, quæ ſuper diametrum eſt, ſeipſum mouet circulus.

Cur ea, quæ per maiores circulos tolluntur & trahuntur, facilius & citius moueri contingit, veluti maioribus trochleis quàm minoribus, & ſcytalis ſimiliter? An quoniã, qnanto maior fuerit illa quæ à centro eſt, in ęquali tempore maius mouetur ſpatium. Quam ob rem æquali inexiſtẽte onere, idem faciet: quemadmodum diximus, & maiores libras minoribus exactiores eſſe. ſpartum enim in illis centrum eſt: libræ autem vtrinque partes, quæ ex centro ſunt, exiſtunt. 9

Cur facilius quando ſine pondere eſt, mouetur libra, quàm cum pondus habet? Similiq; modo rota, & huiuſmodi quippiam, quod grauius quidem eſt, maius autem minore & leuiore? An quia non ſolùm in contrarium quod graue eſt, ſed in obliquum etiam difficulter mouetur. In contrarium enim ei, ad quod vergit onus, mouere difficile eſt: quò autem vergit, eſt facilè. in obliquum autem haudquaquam vergit. 10

Cur ſuper ſcytalas facilius portantur onera, quã ſuper currus, cùm tamẽ ij magnas habeant rotas, illæ verò puſillas? An qui in ſcytalis nulla eſt offenſatio, in curribus autem axis eſt, ad quẽ offenſant. deſuper enim illum premunt, & lateribus. quod autem eſt in ſcytalis, ad iſthæc duo mouetur, & infernè ſubſtrato ſpatio, & onere ſuper impoſito. in vtriſque enim ijs reuoluitur locis circulus, & motus impellitur. 11

12 Cur longius feruntur missilia funda, quàm manu missa, cùm alioquin proiector manu magis pondus comprehendat, quàm cùm illud suspendit? Præterea sic quidem duo mouet pondera, fundæ videlicet, & missilis: illo aũt modo solum missile. An quia in funda quidem commotum missile funditur, proijcit: fundam enim circulo subinde rotans, id iaculatur: ex manu autem à quiete est initium: omnia autem cùm in motu sunt, quàm cùm quiescunt, facilius mouẽtur. An & eam ob causam est, sed nec minus etiam, quia in fundæ vsu manus quidem fit centrum: funda vero, quod à centro exit. quanto aũt productius fuerit id, quod à cẽtro est, tanto citius mouetur. iactus aũt qui mãu fit, fundę respectu breuis est.

13 Cur circa idem iugum maiores collopes facilius, quàm minores mouentur? & item suculæ quæ graciliores sunt, ab eadẽ vi q̃ crassiores? An quia secula quidem, & iugum cẽtrum est: prominentes autem longitudines eæ, quæ sunt à cẽtro. Celerius autem & plus mouentur quæ maiorum sunt circulorum ab eadem vi, quàm quę minorum. ab eadem enim vi plus transfertur id extremum, quod longius à centro distat. Quam ob rem ad iugum quidem instrumenta faciunt collopas, quibus facilius versant: in gracilibus autem suculis plus fit id, quod extra lignum est. hoc autem id efficitur, quod à centro exit.

14 Cur eiusdem magnitudinis lignum facilius genus frangitur, si quispiam æquì diductis manibus extrema comprehendens fregerit, quàm si iuxta genu: & si terræ illud applicans pede superimposito manu longè diducta confregerit, q̃ prope? An quia ibi quidem genu centrũ est, hic vero ipse pes. quanto autem remotius à centro

fuerit,

fuerit, faciliùs mouetur quodcunq;. moueri autem quod frangitur, necesse est.

Cur eæ quæ circa littora appellantur Crocæ, rotunda sunt figura, cùm alioquin à principio ex magnis sint lapidibus, ostreisve? An quia ea, q̃ plus recedunt à medio in motionibus, feruntur celeriùs. medium enim fit centrum: interuallũ verò ea, quæ à centro. Semper autem maior ab æquali motione maiorem describit circulum. quod autem maius in æquali pertransit tẽpore, celerius fertur: quæ autem celeriùs ex ęquali feruntur spatio, uehementiùs impetunt: quę autẽ magis impetunt impetuntur & magis. quam ob rem ea quæ plus à medio distant, cõfringi necesse est, id autem cùm patiantur, rotunda fieri est necessarium. Crocis autem propter maris motum, quoniam simul cum illo agitantur, in perpetua esse accidit motione, eoq; versatas mõ semper offensare. id autem ipsis maximè extremis contingere partibus est necesse. 15

Cur quanto longiora sunt ligna, tanto imbecilliora fiunt: & si tollantur, inflectuntur magis: tametsi quod breue quidem est, ceu bicubitum, fuerit tenue: quod verò cubitorum centum, crassum? An qa & vectis, & onus, & hypomochlion in leuando ipsa fit ligni proceritas: prior nanq; illius pars ceu hypomochlion fit, quod verò in extremo est, põdus. quam ob rem quanto extensius fuerit id, quod ab hypocomochlio est, tanto inflecti necesse ẽ magis. quo enim plus ab hypomochlio distat, eo magis incuruari necesse est. necessario igitur extrema vectis eleuantur. Si igitur flexilis fuerit vectis, ipsum inflecti magis cùm extollitur necesse est: quod lõgis accidit lignis. in breuibus autem quod vltimũ est, quie- 16

ſcenti hypomochlio deprope ſit.

Cur à paruo exiſtente cuneo magna ſcindu-tur pondera, & corporum moles, validaque fi impreſſio? An quia cuneus duo ſunt vectes ſi inuicem contrarij: vterque autem & pondus ha-bet, & hypomochlion, quod diuellit, & compri-mit. Plagæ quinetiam ipſius latio pondus, quo percutit & mouet, magnum facit: & quoniã m tum mouet, ipſa celeritate valentius fit. paruo a tem exiſtente vecte, magnæ illum conſequunt vires: quam ob rem vltra magnitndinis decent latet mouens, Sit cuneus vbi A B C, quod ve cuneo ſcinditur, D E F G. vectis igitur ſit ip A B, pondus verò ipſius B inferior pars, hypom chlion autem D G, huic autem contrarius vect B C. percuſſa igitur A C, vtroque illorum vtit vecte: ſcindit enim ipſum B.

28 Cur ſi quiſpiam trochleas componens duas i tignis duobus ad ſe inuicem iunctis cõtrario a trochleas modo circulo funem circunduxeri cuius alterum quidem caput tigonrum append tur alteri, alterum varò troclheis ſit innixum, à funis initio trahere cœperit, magna trahit po dera, licet imbecillium fuerit virium? An qui idem põdus à minori potentia ſi mouetur, vect medio trãsfertur magis, quàm à manu: trochle autem idem vecti facit. quam ob rem ſi vna fac lius trahet, & ab vnico tractu multò grauius tr het, quàm facere poſſit manus, idipſum duæ tro chleæ plus quàm in dupla velocitate leuabunt Minus enim altera trahit, quàm ſi ipſa per ſe ip ſam traheret, quando circa alteram iniectus fu rit funis: illa nanque minus etiam pondus effe cit. Pariq; modo ſi ad plures iniectus fuerit funi in paucis trochleis, multa ſit differentia. quã o

rem

m à prima pondere quatuor minas trahente, vltima trahi multò minus. Et in re ædificatoria faciliter magna mouent pondera, traducũt nim ab una trochlea ad aliam, & rurſus ab illa d ſuculas, & vectes. hoc autem idem eſt, ac ſi multas facerent trochleas.

19 Cur ſi quis ſuper lignum magnã imponat ſecurim, deſuperq; illi magnum adijciat pondus, igni quippiam quod curandum ſit, non diuidit: i verò ſecurim extollẽs percutiat, illud ſcindit, ùm alioquin multò minus habeat ponderis id quod percutit, quàm id quod ſuperiacet, & premit? An quia omnia cum motu fiunt: & graue pſum grauitatis magis aſſumit motum dũ mouetur, q̃ dum quieſcit. Incumbens igitur conuatum graui motionem non mouetur, motum verò & ſecundum hanc mouetur, & ſecundùm eã quæ eſt percutientis. Preterea ſecuris ipſa efficitur cuneus: paruus autẽ exiſtens cuneus magna diuidit, cum ex duobus ſit vectibus contrario ad ſeſe inuicem modo conſtitutis.

20 Cur ſtatera, qua carnes ponderãtur, paruo appendiculo magna trutinat onera, cùm alioquin tota dimidiata exiſtat libra? vbi enim onus imponitur, ſolùm ſuſpenditur lanx: in altera verò parte, ſola eſt ſtatera. An quia ſimul libram & vectẽ ipſam contingit eſſe ſtateram. libram quidem, vbi ſpartorum quodcunque ſtateræ fit centrum: in altera enim parte lancem, in altera autem pro lance æquipondij appendiculum habet. quod libræ incumbit, ceu ſi quis alteram apponeret lancem, & illi pondus imponeret. manifeſtũ enim, quòd tantundem tradit ponderis ei quod in altera iacet lance. Quemadmodum autem ſi vna libra multæ ſint libræ, ſic talia inſunt ſparta mul-

ta in eiusmodi libra: quorum vniuscuiusq; q intrinsecus est ad appẽdiculum, ſtateræ est di dium. & omnino iſtud libra eſt, vnam quidẽ bens lancem, in qua pondus appẽditur: alte verò, vbi in ſtatera æquipondium. Quam ob appendiculum ad alteram ſui partem eſt ſtat huiusmodi autem exiſtẽs multæ ſunt libræ, to quot fuerint ſparta. Semper autem quod la propinquius eſt ſpartum, appenſoque oneri, ius trahit põdus: quoniam fit quidem omnis tera inuerſus vectis: hypomochlion nãq; vnu quodque ſpartum ſuperne exiſtens: pondus v id quod lanci ineſt. Quanto autem productior ctis fuerit longitudo ab ipſo hypomochlio, ibi quidem faciliùs mouet: hic autem æquilib brium facit, pondusque ſtateræ trutinat, qu ad æquipondij vergit appendiculum.

Cur medici facilius dentes extrahũt dentif cipis onere adiecto, quàm ſi ſola vtantur ma An quia ex manu magis quàm ex dentiforci lubricus elabitur dẽs? An ferro id potius acci quàm digitis, quoniam vndique dentem non c prehendunt: quod mollis digitorum facit car adhæret enim, & cõplectitur magis. An quia d tiforceps duo contrarij vectes, vnicum haben hypomochlion, eius ſcilicet inſtrumenti conn xionem. Hoc igitur ad extractionem vtuntur o gano, vt facilius moueant. Sic dentiforcipis alt rum quidem extremum vbi eſt A: alterum au quod extrahit B. vectis autem vbi A D F: alter v rò vectis vbi B C E. hypomochlion autẽ C G D connexio verò vbi G: dẽs autem pondus. Vtroq igitur B & F ſimul comprehendentes mouen quando autem commotus fuerit, faciliùs man trahitur, quàm inſtrumento.

Cur nuces absque ictu facilè cõfrigun t instru-
ẽtis, quæ ad eum fiunt vsum? multumeinim au
rtur virium, motionis scilicet, & violẽtiæ. Præ-
rea duro & graui comprimens instrumento ci
us confringet, quàm ligneo & leui. An quia sic
rinqne à duobus comprimitur vectibus ipsa
ux: a vecte autem facile diuelluntur onera. id
nim instrumẽtum ex duobus componitur vecti
us idem habentibus hypomochlion, connexio-
em videlicet ipsam vbi est A. Quemadmodum
itur fuere diductę secundũ extrema motis C D
sæ F E, sic à parua faciliter potentia conducun
ur. Quòd igitur cum percussione fecisset põdus,
valentiores illa E C, & F D vectes efficiunt. ele
atione enim in contrarium elati & comprimẽ-
s, frangunt vbi est K. Hanc etiam ob causam
uanto vicinius fuerit K ipsum A, con fringitur
elerius. quanto enim ab hypomochlio plus di-
at vectis, facilius & plus mouet ab eadẽ poten-
a. Est igitur A quidem hypomochlion: ipsa au-
em D A F vectis: & item ipsa C A E. Quanto igi-
ur ipsum K vicinius fuerit angulo ipsius A, tãto
icinius fit connexioni vbi est A, hoc autem est
ypomochlion. Ab eadem igitur potentia appli-
ante F E plus extolli necesse est. Quam ob rem
uoniã ex contrario est eleuatio, necesse est ma-
is comprimi. quod autem comprimitur magis,
itius frangitur.

Cur si duo extrema in rhombo puncta dua-
us ferantur lationibus, haudquaquam æquale
trunque eorũ pertransit rectam, sed multò plus
lterum? idem autem est sermo, cur quod super
tus fertur, minus pertransit, quàm ipsum latus.
lud enim diametrum minorẽ, hoc verò maius
atus. & hoc quidem vnica, illud verò duabus fer

tur

tur lationibus. Feratur enim ex ipsa A B, A qui-
dem ad ipsum B, B vero ad ipsum D eadem cele-
ritate. feratur autē & ipsa A B in ipsa A C iu-
C D eadem celeritate cum illis. necesse igitur
A quidem in ipsa A D diametro ferri, B vero
ipsa B C. & vtranq; simul pertransisse, & ipsa
A B ipsum latus A C. latum enim sit ipsum
sam A E, A B autem ipsam A E, & proiecta
F G iuxta ipsum A B, & ab ipso E similiter rep-
tur. Simile igitur fit, quod repletum est ipsi t
æqualis igitur A F ipsi A E. ipsa autem A B ipsi
A F lata erit. in diametro igitur erit secūdū K
semper necesse est ipsum ferri secundùm dia-
trum. & simul A B latus pertransit latus A C,
ipsum A diametrum pertransit A D. Similite
demonstrabitur & ipsum B in ipsa B C diame
latum. æqualis enim est ipsa B E ipsi B G Rep
to igitur ab ipso G, quod intus est, toti est sim
le: & ipsum B in ipsa diametro erit secundùm
terum connexionem. Et simul latus pertran
latus, & B ipsum B C diametrum. Simul igitur
multo plus ipsa A B pertrāsit: & ipsum latus, n
nus latus eadem lata celeritate: & ipsum lat
maiorem, quàm B, pertransiuit vna latum lati
ne. Quanto enim acutior fuerit rhombus, diam
ter quidem minor sit. A C autē maior: latus v
ro ipsius B C minus. Absurdū est enim (vt dict
id quod duabus fertur lationibus, aliquādo fe
tardius illo, quod fertur vnica: & vtrisq; posit
æquali velocitate pūnctis, alterū pertransire m
iorem. Causa autem est, quoniā ei quod ab ob
so fertur angulo ambæ ferè cōtrariæ fiunt lati
nes, & illa secūdū quā ipsum fertur, & illa secu
dū quā ipsum à latere defertur. Ei autē quod
acuto fertur, accidit vt ad idē feratur, coadiuu

enim

m quæ ipſius eſt lateris, illã quæ eſt ſuper dia-
:rum. & quanto hunc quidem acutiorem fe-
s, illum verò obtuſum magis: hæc quidẽ tar-
t erit, illa verò celerior. Hæ quidẽ igitur ma-
contrariæ fiunt, qm̃ obtuſior fit angulus: illæ
o ad idẽ magis, qm̃ lineæ coarctantur: ipſum
n A ferè ad idem fertur ſecundum ambas la
nes. Coadiuuatur igitur altera: & quanto ſanè
tior fuerit angulus, tanto magis ipſum A ad
trarium: ipſum.n.ad B fertur: latus autẽ de-
ipſum ad D. Et quanto ſanè obtuſior fuerit
ulus, magis contrariæ fiunt lationes: rectior
m efficitur linea. ſi autẽ omnino recta fieret,
itus vtique eſſent contrariæ. latus verò ſecun
n vnicam latuum lationem à nullo præpedi-
: rationabiliter igitur maiorem pertranſit.

Dubitatur quam ob cauſam maior circulus ę-
lem minori circulo conuoluitur lineam, qñ
a idem centrum fuerint poſiti: ſeorſum autẽ
oluti, quemadmodum alterius magnitudo ad
gnitudiuem ſe habet alterius, ſic & illorũ ad
nuicem fiunt lineæ. Præterea vno etiã & eodẽ
ſque exiſtente centro, aliquando quidem tan
t linea, quam conuoluuntur, quantam minor
ſe conuoluitur circulus, quandoq; verò quã-
 maior. Quòd quidem igitur maiorem con
uitur maior, manifeſtum eſt. angulus enim
ſu videtur eſſe cuiuſque circunferentia pro-
æ diametri maioris circuli maior, minoris mi
. quam ob rem eandem habebunt propor-
nem ſecundùm ſenſum ad ſe lineæ, ſecun-
n quas fuerint conuoluti. verùm enimuerò
od etiam æqualem conuoluuntur, quando cir
dem fuerint poſiti centrum, manifeſtũ eſt: &
fiant aliquando quidẽ æquales lineæ, ſecun-

dùm

dum quam maior conuoluitur circulus, aliqu
do verò secundùm quam minor. Sit enim circ
lus maior quidem vbi D F C. minor verò
E C B: vtrisq; autem centrum A. Et quam q
dem per se magnus conuoluitur, sit vbi F I: q
vero per se minor vbi G K, æqualis A. Si igitur
norem mouero, idem mouens centũ vbi A, n
ior autem sit annexus. qñ igitur A B fuerit re
ad ipsam G K, simul & A C fit recta ad ipsam I
quam ob rem ęqualem semper translata erit i
sam quidem G K, vbi est G B circunferentia: s
sam verò F L, quæ est vbi F C. Si aũt quarta p
æqualem conuoluitur, manifestum est, ꝙ to
circulus toti circulo æqualem conuoluetur. q
re qñ B C, linea ad ipsum peruenerit K, & i
F C circunferentia erit in ipsa C L: & vniuers
erit conuolutus circulus. Similiq; modo si m
gnum mouero, illi paruuũ annectens, eodem
stente cẽtro, simul cum A C ipsi A B perpend
lum & recta erit: hæc quidem ad ipsam F I,
verò ad G M. Quam ob rem quando hæc qu
æqualem ipsi G M pertrãsiuerit, illa verò ipsi
& rursum facta fuerit recta ipsa F A ad ips
F L. & ipsa A C rursum recta, velut à princi
erant in ipsis M I. Hoc autem neque aliqua
tercedente mora maioris ad minorem, vt. s.
aliquod temporis spatium staret in eodem pu
cto: neque transiliente minore aliquod punct
maiorem quidem æqualem minori pertransi
hunc autem maiori, absurdum est. Præterea v
ca etiam semper existente motione, centrũ m
tum interdum quidem magnam, nonnunquã
verò minorem conuerti, admirandum est. Id
enim celeritate eadem latus æqualẽ natum
est pertransire: eadem autem celeritate vtroq
modo

do æqualem licet mouere. Principium autem
nendum eſt circa iſtorum cauſam, ꝙ eadem
ntia & æqualis hanc quidem tardius mouet
nitudinem, illam verò celeriùs. Si enim fue-
uippiam, quod à ſeipſo moueri natū non ſit,
nul & illud mouerit, quod natū eſt moueri,
ius mouebitur, quàm ſi ipſum per ſe moue-
r. Et ſi quidem natum fuerit moueri, non ſi-
aūt moueatur, ſimiliter ſe habebit. Et impoſ
e certè eſt plus moueri, quàm mouens: non
n ſuam ipſius mouetur motionem. Si igitur
ulus maior vbi A, minor autem vbi B, ſi mi-
maiorem impellet non reuolutum ex ſe, ma
ſtum eſt, ꝙ tantum ipſius rectæ maior pertrã
uantum eſt impulſus: tantum aūt eſt impul-
quantum paruus eſt motus: æqualem igitur
s rectæ pertranſiuerunt. Neceſſe igitur eſt
uolutus minor maiorem impellet, reuolui ſi
cum impulſione: tantum aūt quantum mi-
reuolutus eſt, ſi nihil ipſe ſub ipſius motio-
nouetur. Qūo enim, & quantum mouit, tan-
motū eſſe neceſſe eſt, quod mouetur ab illo
profectò paruus circulus tãtum ſeipſum cir-
riter mouit, quantum eſt pedalis quantitas:
tum enim ſit id quod motus eſt) & magnus
r tantum motus erit. Similiq; modo ſi ma-
s paruū mouebit, motus erit paruus, queãd-
dum maior. Per ſe aūt motus illorum vtrum-
t ſiue celeriter, ſeu tardè eadem velocitate,
m quantum maior natus eſt circunferri li-
n: quod difficultatē facit, quod non ſimiliter
nt, quando fuerint connexi. hoc autem eſt,
eri ab altero moueatur, non quã natus eſt,
ue peculiarem motionem. Nihil enim refert
ponere, & annectere, aut cōiungere vtrum-

libet

liber alteri: similiter enim quando hic quid[illegible] mouet, ille verò mouetur ab isto; quantum vt[illegible] mouerit alter, tantum alter mouebitur. Quan[illegible] quidem igitur adiacens mouerit, aut propens[illegible] non semper conuoluitur: quãdo verò circa ide[illegible] positi fuerint cẽtrum, alterum ab altero semp[illegible] conuolui necesse est. Sed nihilominus non sua[illegible] ipsius motionem mouetur alter, sed veluti nu[illegible] haberet motionem: & si habuerit, illa autem n[illegible] vtatur, tantundem accidit. Quandoquidem i[illegible] tur magnus moueri sibi alligatum paruum, pa[illegible] uus mouetur quãtum ille: quãdo autem paru[illegible] rursùs magnus quantum iste: separatus aũt vte[illegible] que seipsum mouet. Quod autem eodem exist[illegible] te centro, & mouente eadem velocitate, accid[illegible] inæqualem illos pertrãsire lineam, paralogism[illegible] sophisticę vtitur is, qui dubitat. idem enim am[illegible] bobus est centrũ, verùm per accidens, veluti m[illegible] sicum & album. esse enim vtriusque circuli ce[illegible] tro nõ eodem vtitur. Quandoquidem igitur m[illegible] uens fuerit paruus, vt illius centrum & princi[illegible] pium: quando verò magnus, vt illius. non igit[illegible] idem simpliciter mouet, sed est quomodo.

25 Cur lectulorum spondas secũdum duplam f[illegible] ciunt proportionem, hanc quidem sex pedũ, v[illegible] paulo ampliorem, illam verò trium: cur ve no[illegible] secundùm diametrum illos restibus extendunt[illegible] An tantos quidem magnitudine faciunt, vt co[illegible] poribus sint proportionem habẽtes: fiunt enim[illegible] sic secundùm spondàs dupli, longitudine quid[illegible] cubitorum quatuor, latitudine verò duorũ. Ex[illegible] tendunt autem illos nõ secundùm diametrum[illegible] sed ex opposito, vt & ligna minus distrahantur[illegible] celerrrimè enim scindũtur secundum naturam[illegible] diuisa, & eodem modo distenta laborant ma[illegible] ximè.

mè. Amplius, quoniam opus eſt, vt reſtes pon-
us ferre poſſint, ſic certè pondere impoſito mi-
us laborabunt, ſi tranſuerſim, quàm ſi obliquè
tendantur. Præterea hoc etiam modo minus
ſumitur reſtium. Sit enim lectulus A F G K, &
fariam diuidatur ipſa F G ſecundùm B, æqua-
a certè foramina ſunt in ipſa F B, & in ipſa F A.
tera enim ſunt æqualia. nam totum F G duplũ
ſt. Extendunt autem, vt deſcriptum eſt, ab ipſo
ad ipſum B ita vbi eſt C, ita vbi D: ita vbi H,
oſtea vbi E, & eodem ſemper modo, donec ad
ngulum peruenerint alium. Duo enim anguli
eſtis habent capi a. æquales autem ſunt reſtes
ecundum curuaturas, videlicet A B, & B C ipſis
D, & D H. & aliæ ſimili ſe habet modo, quo-
iam eadem demonſtratio. ipſa enim AB æqua-
s eſt ipſi H E: æqualia enim ſunt latera ſpatij
G, M A, & foramina æquè diſtant, ipſa autem
G æquelis eſt ipſi M A: angulus enim B æqua-
s eſt angulo G: in æqualibus enim hic quidem
tus, ille verò extra. & B quidem eſt ſemirectus:
ſt enim F B æqualis ipſi F A: & angulus vbi F, re
tus eſt. B autẽ angulus æqualis ei vbi eſt G, quo-
iam quadratum altera parte longius duplũ eſt:
ad medium eſt curuatura. quamobrẽ A D ip-
E G eſt æqualis: huic verò ipſa H M. Similique
nodo demonſtrantur aliæ, quoniã æquales ſunt
uæ, quæ ſecũdùm curuaturas ſunt, duabus. Qua
e manifeſtum eſt, ꝙ tot ſunt reſtes in lectulo,
uot ſunt quatuor, ſicut A B. Quanta autem fora
ninũ eſt multitudo in ipſo F G latere, & in eius
imidio F B eſt medietas. Quamobrem in dimi-
iato lectulo tantæ reſtium magnitudines erũt,
uantum eſt A B: multitudine verò tot, quot in
G ſunt foramina. Hoc autem nihil refert dice

re, quàm quot sunt in ipsis A F & B F sim[...] sumptis. Si autem secundum diametrum exte[...] dantur restes, quemadmodum se habet in lecto[...] lo A B C D, dimidia non tot sunt, quot amb[...] rum latera F A F G. æqualia autem, quot in [...] sis F B, F A, sunt foramina: maiores autem su[...] ipsæ A F, B F, quæ existentes, quàm A F [...] quare restis in tantum maior, quantum ambo [...] tera diametro sunt maiora.

26 Cur difficilius est longa ligna ab extremo [...] per humeros ferre, quàm secundum medium, [...] quali existente pondere? An quia vibrato lign[...] ipsum extremum prohibet ferre vibratione m[...] gis retrahens lationem? An quoniam licèt nih[...] inflectatur, neque multam habeat longitudin[...] difficilius tamen ad ferendum est ab extrem[...] quoniam faciliùs ex medio eleuatur, quàm a[...] extremo, & ideo sic ferre est facilius: Causa aũ[...] q̃m secundùm medium quidem eleuato ligno[...] semper sese inuicem suspendunt extrema, & a[...] tera pars alteram bene subleuat medium eni[...] veluti centrum fit, vbi habet is, qui eleuat, a[...] fert. Extremorũ igitur vtrũq; deorsum vergen[...] sursum suspenditur. ꝙ si ab extremo eleuetu[...] aut feratur, non sanè facit: sed vniuersum pon[...] dus ad vnum vergit medium, quò eleuatur, at[...] fertur. Sit medium vbi A, extrema B C. Eleuati[...] igitur aut portato secundùm A, ipsum quidem [...] deorsum nutans, sursum eleuat C: ipsum aute[...] C deorsum nutans, B sursum eleuat: ambo a[...] tem sursum eleuata hoc faciunt.

27 Cur si valde procerum fuerit idẽ pondus diff[...] cilius super humeros gestatur, etiam si mediu[...] quispiam illud ferat, quàm si breuius sit? Quo[...] enim dudum dictum est, causa nõ est: sed vibra[...]

tio[...]

io nunc est causa. qñ. n. productius fuerit, vibran
ur extrema: quamobrem contingit portantem
difficilius gestare. Vibrationis aũt cã est, quoniã
ib eadẽ motione magis transferuntur extrema,
quanto procerius fuerit lignũ. Humerus quidẽ
it centrũ vbi A: manet. n. is. ipsæ aũt AB, AC, quę
unt ex centro. quanto aũt maius fuerit id quod
ex centro est, siue A B, seu A C, plus transfertur
patij. Demonstratum autem est hoc prius.

28 Cur iuxta puteos celonia faciunt eo qui visun
ur modo: ligno. n. plumbi adiũgunt pondus: cũ
alioquin vas ipsum & plenum, & vacuum pon-
dus habeat? An qm̃ duobus temporibus haurien
di, diuiso opere, (intingere. n. oportet, & id sur-
sum trahere) continget demittere quidẽ vacuum
faciliter, trahere vero plenum difficulter. Cõmo-
dum igitur est paulò tardius illud demittere, cũ
multo leuius effectum sustolatur pondus. id autẽ
facit in extremo celonio adiunctum plumbum,
aut lapis. demittenti quidem maius sit pondus, q̃
si solummodo vacuum oportet demittere: cum
verò plenum fuerit, sursum id rapit plumbum,
aut quicquid ponderis inerit. Quam ob rem faci
liora hoc modo ambo sunt, quàm illo.

29 Cur qñ super ligno, aut hmõi quopiam duo
portauerint homines æquale pondus, non simili
ter premuntur, si ad vnum non declinet pondus,
seu magis, quanto vicinius fuerit gestãtibus? An
quoniam vectis quidem lignum efficitur, põdus
verò hypomochlion: qui autem propior est pon-
deri ex ijs, qui illud gestant, id quod mouetur: al
ter verò portantiũ, quod mouet. Quanto igitur
plus distat à pondere, tanto facilius mouet, &
alterum premit magis inferius, veluti contrani-
tente pondere imposito, quod hypomochlion

factum Est. Si autem in medio inerit pondus, nihilo magis alter alteri fit pondus, aut mouet: sed eodem modo alteri alter fit pondus.

30 Cur surgentes omnes, femori crus ad acutum cõstituentes angulũ, & thoraci similiter femur surgunt? quòd si non, haudquaquam surgere poterunt. An quia id quod æquale est, quietis vbique est causa: rectus autẽ angulus ęqualitatis est, stationemq; facit: quamobrẽ ad similes fertur angulos ipsi terræ circumferentiæ: non enim quo ad rectum est ipsi pauimento. An qm̃ surgens fit rectus, stantẽ verò necesse est perpẽdiculum esse ad terram. siquidẽ igitur ad rectũ debet esse, hoc aũt est caput secundũ pedes habere, & fieri oportet, cùm surgit. Quandoquidem igitur fuerit sedens, secundum parallelum pedes habet, & caput, & non in æquali. Caput sit A, thorax A B, femur B C, crura C D. ad rectum autem sit & thorax vbi A B, ipsi femori, & cruri femur sic sedente. quamobrem eo se habẽtem modo surgere est impossibile. necesse autem est crus reclinare, pedesque constituere sub capite. hoc autem erit, si C D fiet, vbi C F, & simul surgere continget, & in eadem ęquali habere caput & pedes. ipsa autem C F acutum facit angulum ad ipsam B C.

31 Cur facilius mouetur cõmotũ, quàm manens: veluti currus citiùs cõmotus agitant, quàm moueri incipientes. An quia difficillimũ est pondus mouere, quod in cõtrariũ mouetur. aufert enim quiddam ex motoris potentia, licèt multò sit velocior: necesse nanque est tardiorẽ esse impulsionem illius quod repellitur. Secundo autẽ loco quieuerit: resistit enim ipsum quiescẽs. Quod autem mouetur ad id ipsum ad quod impellitur, impellenti simile facit, ceu si quispiam mouẽtis potentiam,

iam, & celeritatem augeret. quod enim ab illo pateretur, vtique ipsum facit ex se commotum.

32 Cur ea, quæ proijciuntur, cessant à latione? An quia impellens desinit potentia, vel propter retractionem, vel propter rei proiectę inclinationem, quando ea valentior fuerit, quàm proijcientis vires. Aut isthæc ambigere, principium relinquentes, absurdum est.

33 Cur quippiam non pecularem sibi fertur lationem, impulsore alioquin non consequente? An videlicet quoniam primum id efficit, vt alterum impellat: illudque rursum, vt alterum? Cessat autem quando non potest amplius facere primum impellens id quod fertur, vt impellat, & q̃n ipsius lati grauitas nutu suo declinat magis, quàm impellentis in antè sit potentia,

34 Cur neque parua valde, neque magna longè proijci queunt, sed commẽsurationem quandã illa habere oportet ad id quod proijcit? An quia necesse est quod proijcitur, & impellitur, cõtranit i ei vnde impellitur? quod autem magnitudine sua nihil cedit, aut imbellicitate nihil contranititur non efficit proiectionem, neque impulsionem. Quod enim multò impellentis excedit vires, haud quaquã cedit: quod verò multò est imbecillius. nihil contranititur. An quia tãtum fertur id quod fertur, quantũ aeris mouerit ad profundum: quod autem non mouetur, neq; mouebit quippiam. accidit autem illis ambo isthæc habere. Valde enim magnum, & valde paruum, ceù non mota existunt: alterum nanque nihil mouet alterum verò nihil mouetur.

35 Cur ea quæ in vorticosis feruntur aquis, ad medium tandem aguntur omnia? An quia magnitudinem habet quocunque fertur: quam

ob rem illius extrema in duobus sunt circulis, hoc quidem minori illo verò maiori: quare maior distrahit: quoniã celerius fertur, & transuersum impellit illud ad minorem: quoniam autem id quod fertur, latitudinem habet, & iste rursum idem efficit & ad interiorem propellit, donec ad medium perueniat. An quia quod fertur, similiter se habet modo ad omnes circulos propter medium. medium enim in vnoquoque circulo æqualiter distat. An quia quorum quidem circũauctæ quæ latio non superior propter magnitudinem sed grauitate sua circuli celeritatẽ excellunt, ea necesse est relinqui, & tardiùs ferri, tardius aũ minor circulus fertur. non idem enim in tempore æquali magnus cũ paruo reuoluitur circulus quando circa idem fuerint medium. quamobrem in minori circulo relinqui est necesse, donec ad medium perueniant. Quorumcunque autem superior à principio fuerit latio, ea finiens idem efficiet. oportet enim hãc quidem statim, alterum verò celeritate superare grauitatem, quam ob rem ad interiorẽ semper circulum relinquetur quodcunque. Necesse enim est, quod non superatur aut in exteriori, aut in interiori moueri: in illo autem in quo est, impossibile est ferri, quod non superatur adhuc verò minus in exteriori: celerior enim exterioris circuli est latio: restat igitur, vt id, quod non superatur, ad interiorem transferatur. semper autem vnumquodque proficit, vt non superetur. Quoniam verò peruenire ad medium, finem quidem efficit, vt quippiam nõ moueatur, stat autem solummodo ipsum centrum: ad hoc sanè omnia congregari necesse est.

Mechanicarum quæstionum finis.

ARI-

ARISTOTELIS LIBER DE MVNDO.

GVLIELMO BVDÆO interprete.

Proemium. *Cap. I.*

Mihi quidem ſępe diuina quędam res, Alexander, admirationeque digna viſa eſt Philoſophia: pręcipuè verò ea in parte, in qua ſola ipſa ſublime ſeſe tollens ad contemplandas rerum naturas, magno illic ſtudio cōtendit exi
entem in eis veritatem pernoſcere. Et cùm cæ-
ri quidem mortales altitudine ipſa rei, atq; ma
nitudine deterriti, eo inſtituto acceſſiſſent, di-
num id inceptum eſſe duxit Philoſophia, quod
trepidè ipſa, nec dubitanter aggrederetur. Ea-
m etiam rerum diſciplinam ſibi tum cognatiſ-
mam, tum maximè decoram arbitrata eſt. Si-
uidem cùm per rerum naturam negatum hoc
ſet homini, cęleſtem vt in locum corpore ſeſe
onferret, vtque veluti è terra peregrè profici-
ens, locum illum oculis perluſtraret, id quod
olidi illi Aloidæ quondam facere inſtituerunt:
o factum eſt animus vt humanus huius vię du-
em nactus intellectum, peregrinabundus il-
ic importaretur. Ex quo euenit, viam cùm

inueniſſet Philoſophia laſſitudinis vacuam ai
laboris, res vt inter ſe ſitu longiſſimæ ſeiunct
vna intelligentia complecteretur: facile nim
rum eas res noſcitans, queis cum ſibi natura
intercedit neceſſitudo. Eadem etiam cùm diu
no animę oculo diuinarum rerum naturā cōpr
hendiſſet, hominibus ſubinde ea interpretari
pit, qualique antiſtitis officio perfungi. Id enim
libens Philoſophia faciēdum ſuſceperat, vt qu
res cunque pręcipuæ comendationis eſſe exiſt
maſſet, eas quoad eius fieri poſſet, inter hom
nes erogaret, quibus vtiq; ipſi abundè, atq; pr
lixè conſultū ipſa cupiebat. Quapropter iſtos m
ferari quiuis iure poſſit, vt puſilli animi ſcript
res, res quaſlibet, vulgoque expoſitas ſumma a
miratione proſecutos, qui nobis vnius loci na
ram, aut vrbis cuiuſdam formā ſitumq;, aut m
gnitudine fluminis, aut denique amœni mont
aſpectū deſcribere inſtituerunt: cùm interim m
gnificè de ſemetipſi ſentiant, ob exilem quan
piam naturæ perceptionem. Cuiuſmodi nōnu
magno illi quidem ſtudio fecerunt, accurata
dictione deſcribent, hic Oſſam montem, il
Nyſſam, alij Coryceum ſpecum, alij quiduis e
rum, quæ inter Orbis particulas cenſentur. Id c
id euenit, quòd illis maiora vidiſſe non conti
git, mundum ſcilicet & præcipuas eius parte
Haudquaquam enim illi tantopere quælibet a
mirarētur, ſi hiſce contemplandis incubuiſſe
legitima contentione: omnia verò & parua,
floccifacienda duxiſſent, duntaxat prout horu
extat excellentia. Proinde dicere ipſi aggredi
mur de ijs omnibus Vniuerſum collectis, quā
fieri poteſt maxime, theologica commētation
ediſſerere, quæ nā ſit cuiuſq; horū natura, ſitus
motus.

motus. Tibi verò, vtpote Imperatorum præſtãtiſſimo, hoc quoque decorum cõſentaneumq; eſſe arbitror, cùm maximarũ rerum cõmentationem animo conſectari, tum verò ex Philoſophiæ ſtudio nihil iam nõ grande animo agitare, optimates etiam viros ijs rebus inuitare, quibus rebus ipſi ab eadem munificè prædicto eſſe contingit.

De Mundi partibus, ac ipſarum inter ſe ordine. Cap. II.

MVndus eſt compages ex cœlo terraq; coagmenta, atque ex ijs naturis, quę inter ea cõtinentur. Dicitur etiam aliter mundus, ordo & digeſtio vniuerſorum, quæ à Deo, & per Deum obſeruatur. Huius ſitum medium immotum & ſtabilem Terra, vitæ fœcunditate prædita, ſortita eſt: animantium quidem illa omnifariam diſtinctarum ſedes & parens. Huius vniuerſitatis ſuprema pars omnis omnem in partem finita eſt, & terminata. Cuius id quod in celſiſſimo loco ſitum eſt, Cœlum dicitur, Dei domicilium. Hoc cùm diuinis corporibus plenum ſit, quæ Sidera nos appellare ſolemus, motuq; ſempiterno agatur vno circum actu, orbiſq; ductu eodẽ, perenni vtique in æuum tenore rapta ſecum illa circũ agit corpora ad numerũ, in moremq; præſultoris. Vniuerſi autem mundi, cęliq; globoſa, vt dictum eſt, forma compacti, iugiq; vertigine exagitati, duo eſſe puncta neceſſe eſt inter ſe è regione obuerſa: itidem atq; ſi globus in torno circumagatur, ſtabilia quidem illa, globũq; continentia: circa quæ mundus vniuerſus videtur. hos Vertices appellant, aut Cardines. Per quos lineã rectã ab vno ad alterum porrectam intellexeris, quam nonnulli Axem vocitant, erit hæc vtique mundo

linea

linea demetiens, ita vt terram in medio, amb
autẽ cardines habeat pro terminis. Qui cùm i
fixi sint & immoti, alter eorum semper sublim
apparet super verticem, ad tractum cæli aquil
narem: ab. Vrsa appellatur Arcticus. At infra te
ram alter semper conditus circa tractum austr
lem. Antarcticus dictus est vt contrarius a ctic
Cæli porrò, siderumque substãtiam appellam
Aetherem: non quide ideo, q̃ ignita flagret ip
vt aliqui censuerunt, (plurimum vtiq; aberrãt
circa potentiam illam maximè ab ignea natu
abhorrentem) origine vero huius vocabuli in
ducta, q̃ semper æther curat motu circunduc
li, cùm sit illud elementum à quatuor illis diue
sum: tum diuinum, tum interitus expers. Eoru
vero siderum, quæ intus cohibentur, ea quę err
tionis nescia sunt, cũ cælo circunferuntur, ea
vtiq; sedes, positusq; eosdem tenentia. Quoru
medius circulus (cui signifero nomen est) duo
per orbes transuersus cęlum cingit, qui à cõue
sionibus ipsi solis, Tropici quasi conuersional
appellati sunt, in duodecim ille quidẽ region
totidem signorum diuisus. At vero quæ erratic
dicuntur, nec eadẽ ipsa celeritate cum prioribu
moueri suaptè natura comparata sunt, nec inte
se inuicem: sed in aliјs atque aliјs orbibus, ita v
orbium ipsorum partim propius terrã accedan
partim sublimè ferãtur. Est statariorum quiden
numerus iniri prorsus nequit ab hominibus: ta
metsi omnia eadem in superficie moueãtur, qu
vnica est totius cęli. At verò errabũdorum nume
rus septenario collectus, in totidẽ orbibus situ
est deinceps substitutis, ita vt subinde inferior s
periore minor sit, septemq; orbes sese cõplecter
tes inuicem atq; coercentes, à globo deniq; side
rum

m interrantium comprehendatur. Huic porrò
obo contiguam habet ſemper poſituram, Phæ-
ontis ſimul, & Saturni circus dictus. Cui proxi-
us eſt Phaethontis, qui & Iouis appellatur. Poſt
unc ſequitur Pyrois, Herculis idẽ, Martiſq; ap-
llatus. Ab hoc rurſus eſt Stilbon, qui ſacer Mer
irio eſſe creditur, à nõnullis etiam Apollini, ſe-
indùm quem Luciferi orbis eſt: quem Veneris
onnulli orbem, quidam Iunonis vocant. Ab eo
t orbis Solis. Et deniq; Lunæ nonis citimus, ad
rram vſque fines ſuos proferens. Aether verò
um diuina contineat corpora, ratas etiam vices
otuum complectitur. At verò ætheriæ diuinęq;
aturæ (quam certa lege cõſtare demonſtraui-
us, conſtitutiſque vicibus, mutabilitatis etiam
mmunem, atque in aliam, aliamq; ſpeciem con
erſionis) confinis eſt natura patibilis prorſus &
rtibilis, atque (vt in vniuerſum dicam) ſolubi-
s, & obnoxia. Cuius etiam ipſius principia obti-
et ſubſtantia tenuitate particularum prædita,
imuliſq; ignita, quas æthera natura magnitu-
ine ſua excitat, & motus celeritate. Iam verò
natura ipſa ignita, eademque incondita appel
ta atq; incompoſita, tum fulgores emicant, &
cula traijciuntur flagrantia: tum trapeculæ fo-
eæ, & crinitæ fixæ viſuntur, & ſæpe reſtingun-
ır. Hanc naturã excipit Aer illi ſubſtratus: ſuo-
te ille quidẽ ingenio, caligine, & gelu permix-
ıs cæterùm illuſtratis agitatione atque ſuccen-
ıs: vnde calorem concipit & claritatem. In hoc
utem ipſo vim patibilem ſortito, omnifariamq;
aturam commeare natura cõparato, nubes con
reſcunt, imbres cum ſtrepitu decidunt, niues,
ruinæ, & grandines: flatus etiam ventorũ tem-
eſtatumque cientur: ſimul tonitrua & fulgetra
exiſtunt:

existunt: fulmina inde calitant: sexcendæ den ibidem conflictationes aeriæ opacitatis fiunt Ab aeria porro natura, Terra protinus, & M situm habent fixum, & affirmatum, stirpibus quidem animantibusq; scatens: fontibus eti & fluminibus, partim per ipsam lapsus suos i plicantibus, partim aquas suas in mare eructa tibus. Insuper ipsa distincta, simul innumer herbarum indidem enascentium varietate, f ctificantiumque simul montium verticibus, morum opacitatibus, vrbiumq; frequentia, qu animãtes sapientiæ participes, homines scilic condiderunt: insuperq; insulis maritimis atq continentibus. Orbem verò terrarum, homin ferè sermo in insulas diuisit & continentes, licet ignorantium vniuersam ipsam terram sulam esse vnicam, Atlantici maris ambitu c cundatam. Multas autem, & alias longè q dem illas summotas, sed tamen veluti dirimen te freto, huic ipsi esse obuersas, nõ absimile v est, partim hac maiores, partim etiam minore sed quarum nulla præter eam sub prospectũ n strum sita sit. Nam quod in sulis nostris accid vndique vt nostra maria eas alluant, idem o quoque huic contigit, rationem insulæ vt ob neat Atlantico mari cinctæ. Complures item a terrarum orbes eadem positura cõstantes, ins læ naturam habent in vniuerso mari sitæ: qu latissimè patet: eorumque nonnulli prægrand prægrandibus quoque ipsis maribus circunfus Enimuerò humoris vniuersi naturam finitima meritò esse censeas naturæ animabili, & aeri ita vt ipsa innatabunda existere terrã faciat p quasdam saxosas eminentias, quas habitabil vocamus: postquam protinus in imis mundi p

tibus

eus & submersis, atq; in medio maximè mun
vniuersa iam terra stabiliter defixa compres-
que ita constitit, vt immota permaneat, atque
ibefactibilis. Atq; hæc est mundi viuersitas,
am inferni appellamus. Quinq; igitur hæc ele
nta in regionibus totidem globosè incuban-
, medium ipsum ita totum coagmentarunt,
nor vt deinceps atque minor regio à maiore
hibeatur: terra (verbi gratia) vt ab aquæ glo
, aqua ab aeris, hic ab ignis, ab ætheris deniq;
bo ignis coerceatur: cùm interim supremam
gionem, Deorũ fecerint domicilium: infimã
imalium in diem victitantium. Huius porrò
quod liquore constat, flumina & scaturigines,
maria vocare consueuimus: quod aridum est,
ram & cõtinentes, insulasq; appellamus. Iam
sulatũ nonnullæ grandes sunt, veluti hæc cun
habitabilis à nobis iam dicta est; aliæq;, quas
gentia maria vndis ambiunt circunfluis: aliæ
nores, nobis notæ & intestinæ. Quarum rur-
quædam memorabiles, vt Sicilia, Sardinia,
rnus, Creta, Eubœa, Cyprus, & Lesbos: quæ-
m longè exiliores, tum Cyclades, tum Spora-
s tum aliæ alijs nominibus nuncupatæ. Porrò
t pelagus, quod extra orbem nobis habitatum
sum est, & Atlanticum dicitur, & Oceanus: à
o ipsi circumluimur. Qui in facibus ipse an-
stis, quæ vergunt ad Occidentem, veluti via pa
facta, qua parte Herculis columnæ vocitatæ
nt, eliso fluxu irrumpẽs, mare interius efficit,
rmè vt dicere eum possis in portũ se recipere.
nsim deinde amplior infunditur: sinus interea
gentes complectens inter se contingentes, an-
stis etiam ceruicibus in fauces sese compri-
ens, vicissimque latiùs expatians. Ac primum
quid

quidem insinuari dicitur dextrorsus ab Hercu
columnis intro nauigantibus, circa vtranque
tim, alteram earum magnam, paruam alter
vocant. At verò in alteram partem non iam
dem sinuosus inundans, efficit tria maria,
doum, Gallicum, & Hadrium. A quibus cōtin
Siculum sequitur porrectum in obliquum: q
& ipsum excipitur à Cretico. Cretico coniur
sunt parte altera Aegyptum, Pamphylum,
xium: altera Aegeum & Myrtoum. At pont
velut antedictis obiectus, atq; ex aduerso pro
sus, multis partibus constat. pars eius in inti
penetrans Mæotis appellatur. quę autem ad H
lespontum vergit, in fauces contracta est, qu
Propontidem vocant. Rursus ab ortu Solis in
bem terræ exundās Oceanus infert sese velu
medium procedens, Indico sinu, Persicoque p
fosso, finitimum mare Rubrum intercipiens.
alterum autem cornu simul atque oblongo c
nice angustaque penetrauit, rursus amplifica
Hyrcaniæ fines, Caspiæq; amplectitur. Mare
rò, quod super Hyrcaniam est, vastum illum
tinet locum, qui est super Mæotin paludē. T
autem, qua parte Scythas, Celtasque comple
tur, sensim astringit orbem terram ad vsque
num Gallicum, supradictasque columnas,
tra quas Oceanus terram fluctibus suis ober
Quo ipso in mari insulæ duę sitæ sunt quàm
ximæ, quas Britannicas appellat, Albium
lerna: ijs etiam maiores, quas commemora
mus supra Celtas racentes. Que is tū ipsi ma
tudine nec Taprobane cedit, nec ea cui Phe
nomen est: illa super Indos posita, situ ad ter
rum orbem inflexo, hæc ad Arabicum sinu
Sunt etiam non paucæ, sed exiguæ, circa Brit

nicas,

as, & Iberiam, quæ quasi corona cingunt hũc
em hominum domicilium, quẽ superius in-
m esse disseruimus. Huius orbis latitudo quà
tinens est amplissima, paulominus quadra-
ta milla stadiorũ patet, vt quidã perhibuerũt
hores rectæ & exquisitæ geographiæ: longi-
o ad septuaginta millia. Diuiditur porro in
opam, Asiam, & Africam. Europa his fini-
circunscribitur: Herculis cippis, Ponti reces-
Hyrcano mari: secũdum quã angustiæ Isthmi
iles ad Pontum vsque pertinent. Nonnulli ta
n ab illo Isthmo Tanaim fluuium Europæ ter
num esse dixerunt. Asia est quicquid terræ
m est ab Isthmo iam dicto, à Ponto, Hyrca-
que meri ad Isthmum vsq; alterum, qui Ara-
um sinum interiacet & mare inferius, illud
idem cohibitũ, ab eo mari, & ab Oceano, qui
complectitur ambitu. Sunt qui fines Asiæ sta-
nt spatium, quod à Tanai protenditur ad Ni-
sque ostia. Africa ab Arabico Isthmo ad co-
nnas Herculis porrecta est: vel vt alij censue-
nt, ab Nilo. Nam Aegypti quicquid Nili ostijs
rum est, alij Africæ, alij attribuunt Asiæ: insu-
q; tribus terræ partibus adiacentes, scriptorũ
tim vt exemptibiles ab orbe terrarum cen-
ere, partim vt contributas ijs partibus, quibus
um quæque vicinitate coniuncta est. Proinde
ræ, marisque naturam, ac situm huiuscemodi
denda censuimus, quem habitum orbem ap-
llare consueuimus.

De his, quæ in Aere generantur. Cap. III.

QVas res aũt tum in eo orbe, tum circa eũ exi
stere contingit, quibus ille rebus quodam-
do afficiatur: earum ipsarum rerum vt quæq;
axime cõmemorandæ videbuntur, dicere por-

ro ag-

ro aggrediamus, summam quandam colligen
eorum quæ sunt necessaria. Duas igitur exha
tiones ab eo sursū ferri nouimus in aera no
impendentem, tenues illas quidem omnino, n
nobis conspicuas, nisi si quid est huiuscem
ad tractus orientales, & præter ea quæ ex om
bus, & locis irriguis sublimia ferri videntur. I
rum autem exhalationum altera sicca est, in
mumque conformata, è terra manās: altera h
mida rosidę expirationis plena, ab humida na
ra exhalata. Ex hac nebulæ, rores, & gelu om
genus, nubes pluuiæ, niues, & grandines oriu
tur. A siccà autem illa venti & flatuum differ
tiæ exoriūtur, tonitruaque, & fulgura, turbin
& fulmina, aliaq; his cognata. Nebula est exp
tio quędam rosida, aquę nequaquam genitrix
aere crassior ipsa, sic nube rarior. Gignitur vel
nubis primordijs rarescentibus, vel ex reliqu
nubis. Huius aduersaria, vt est ita esse dicitur S
renitas: nihil aliud ipsa existens, quàm aer nu
bus nebulaque vacuus. Ros est humidum qui
serenitate concretum, minutimq; delabens G
cies est aqua conferta à serenitate compactili
Pruina ros est concretus. δροσοπάχνη composi
nomine dicta, est ros semiconcretus, quasi n
pruinosus. Nubes est crassamentū exhalationu
conuolutum, vim habens aquę gignendæ Imb
fit expressione nubis magnopere addensatæ t
habens differentias, quotuplex est nubis co
pressio. quippe q̄ remissa si fuerit, molles stiri
dispergat: sin vehemens, pleniores. Hocque a
pellamus pluuiam, imbris conforta stillicidi
cùm maiuscula ipsa, tum verò iugi tenore ca
tantia. At verò nix gignitur densitate nubiun
ri nequeat, vt quod non eſt, factum ſit, aut
od eſt, interierit, quid impedit tamẽ, quin alia
nita ſint, alia æterna, quemadmodum etiam
pedocles inquit. Nam cùm omnia etiam il-
eadem conceſſerit, & quicquam eſſe impoſſi-
le ex non ente creari.

Quodq; eſt diſrumpi, & conſumitur interiturum, „
Semper enim ſtabit nixum, quocunque feratur. „

Ex ijs tñ quę ſunt, quędam ęterna eſſe inquit,
nem, aquam, terram, & aerem, reliqua ex his
genita eſſe, & gigni. Nulla enim alia ijs quæ
nt, vt exiſtimat, generatio eſt, mixtio ſed tan-
m, & mixtorum abſtractio, cuius vis hæc, na-
ra à mortalibus appellatur, Generationem au-
m ęternis non ineſſe, neq; ea genarari dicit, ꝙ
npoſſibile id prorſus ſit. Vnde in quit.

Quì fit enim vniuerſo eſſentia, & vnde profe-
a eſt? Sed, dum ignis & cætera miſcentur, &
omponuntur, multa hæc generari, dum ſegre-
antur & abſtrahuntur, corrumpi aſſerit. Verun
mẽ mixtione & ſegregatione multa eſſe, natu
a autem quatuor abſq; cauſis, vel vnum: uel ſi
tiam infinita ſtatim extiterint hæc, ex quibus
ompoſitis gignuntur, ſegregatis corrumpũtur
ætera. Quemadmodum Anaxagoram quoque
ffirmare nonnulli dicunt, ex ijs quæ ſemper
ſsent & infinitis generari ea quæ fierent. Quòd
ita eſset, nequaquam eterna omnia eſsent con

cedenda

cedenda, sed nonnulla etiam quæ & gignen-
tur, & genita ex ijs, quæ sunt, fuissent, nec
in substantias quasdam alias corrumperunt.
Accedit, quod nihil vetat, quin vna quęd
substantia & forma vniuersum sit. sicunt & A
ximander, & Anaximenes inquiunt, alter qu
esse vniuersum, Anaximenes aerem asserens
quicunque alij ita vniuersum esse vnum cen
sunt. Id enim & figuris, & multitudinibus
paucitatibus, & dum rarum & densum eua
multa & infinita ea quę & sint, & gignantur
cit. Cùm verò Democritus quoque aquam
aerem, & vnū quodque, quod ex multis his
fluxione differre asserat, quid prohibet eti
ita multa & oriri & interire, dum vnum ex e
in ens antedictis differentijs semper mutatu
nihilo tamen aut amplius, aut minus totū ips
efficitur? Quid item vetat, quin interdū ex a
corpora & gignantur, & è contrario corru
pantur; Si autem etiam hæc quispiam conce
rit, sintque aliquid ingenitum, quid magis id
finitum esse demonstratur? infinitum enim e
inquit, si sit quidem aliquid, sed genitum tam
minimè fuerit: quippe cum & generationis p
cipium, & finis, termini eius sint. At enim q
obstat, id quod ingenitum est, ex antedictis
nem habere? Nam si genitū est quippiam, id h
bere principium illud censet, unde ea quæ
gnuntur, existūt. Sed quid vetat quęso, quin e
si genitum nō fuerit quicquam, principium,
ex quo genitum sit, sed alterum habēt? sintq
ad sese mutuo terminatia ea, quæ æterna sun
Quid præterea impedit, quo minus totum in
nitum sit, & infinitum; ea verò, quæ in ipso
gnuntur, sint terminata, cùm & principium g

nera-

rationis, & finem habeant? Porrò etiam, ſicut
[Pa]rmenides inquit, nihil prohibet vniuerſum eſ
[se] vnũ & ingenitũ, & tñ eſſe terminatum, Orbi-
[cu]lare, vt ait, globoſæ per ſimile vndiq; moli,
[C]uius medio ſpatia in quaſcunq; ferantur Par
[a]equa, vt nec maius, nec firmius vllum. Cùm
[en]im habeat medium & extrema, finem habet,
[qu]amuis ingenitum ſit. nam etiam, ſi, vt ipſe in-
[qu]it, vnum ſit, atque id corpus, alias tamen ſui
[pa]rtes habet, quæ ſimiles inter ſe ſint. Simile
[en]im ita dicit vniuerſum eſſe non alteri alicui,
[qu]od terminatum eſſe arguit. Nam ſi infinitum
[e]ſimile, & ſimile alteri eſt ſimile, duo igitur,
[ve]l plura entia ſunt, non vnum, neq; infinitum.
[Ni]ſi fortaſſe ſimile ſibi eſſe ſimile dicit, ipſumq;,
[in]quit, ſimile eſſe vniuerſum, eo quòd ſimilibus
[par]tibus conſtet, cùm ſit vel aqua vniuerſum, vel
[te]rra, vel quippiam aliud huiuſmodi. Conſtat
[en]im hunc ſenſere vnum eſſe vnumquodque,
[qu]od duplicibus partibus conſtet, & corpus ſit,
[qu]od ſanè infinitũ minimè eſt. Nam vniuerſum
[ta]ntum eſt infinitum. Quare hæc licèt ingenita
[ſin]t, ad ſeſe mutuò terminant. Ad hæc, ſi æternũ
[&] infinitum ſit, quo pacto eſſe vnum corpus po-
[te]ſt? nam ſi ſit diſſimilium partium, erunt mul-
[ta]. & ipſe quoq; ita exiſtimat. ſint autem tota
[aq]ua, vel tota terra, vel quodlibet aliud vnum id
[&] multas proculdubio partes habebit: quemad
[mo]dum Zeno etiam ens eſſe conatur demon-
[ſtr]are id quod ita vnum eſt. erunt igitur etiam
[pl]ures eius partes paucioribus, & minoribus, &
[diu]erſæ prorſus, ſi ita nullo neque accedente,
[ne]que recedente corpore, alterabile ſit. At ſi ne-
[qu]e corpus ſit, neque latitudine, neq; longitu-
[di]ne vlla præditum, quomodo eſſe infinitum po-

test? Quid obstat, quin multa, & numerabili[...]
iusmodi sint? Quid prohibet etiam, quin l[...]
plura vno esse dicantur, infinita tamen ma[...]
tudine sint? Sicut Xenophanes quoq; ipse in[...]
tam esse terræ profunditatem, & aeris asseri[...]
quod etiam Empedocles declarat, cùm que[...]
reprehendens, qui ea nullo modo esse posse d[...]
bant, cùm tamen res ita esse videretur.

„ *Quandoquidem*, inquit, *est infinito terra ipsa* [...]
fundo.
„ *Necnon amplaque & immensa spatia ætheris alt*[...]
„ *Vaniloquo qui hominum multorum effunditur or*[...]
„ *Naturam vniuersi ipsius conspicientum.*

Nihil absurdi insuper est, si cùm vnum sit[...]
vsquequaque simile fuerit. Si enim sit aqua [...]
uersum, vel ignis, uel quodcunque aliud ta[...]
nihil uetat, quin plura, quàm unum ens esse[...]
camus. Quandoquidem unumquodq; non [...]
sus simile sibi ipsi est, cùm partim rarum, [...]
tim densum sit, etiam si in raro uacuum [...]
insit. Nihil tamen obstat, quin in raro separa[...]
aliquibus in partibus secretum uacuum i[...]
Quare si totum partim densum, partim ra[...]
sit, & simili modo plenum uniuersum, rara [...]
minus plena erat, quàm quæ densa est. Qu[...]
etiam ingenitum sit, ac propterea esse quo[...]
infinitum concedatur, ut neque aliud, at[...]
aliud esse infinitum possit, neque ita conti[...]
unum erit appellandum. Quo pacto enim i[...]
tum totum, uel uacuum non totum esse un[...]
potest? At uero immobile etiam esse inqui[...]
quidem uacuum non est. omnia enim dum[...]
tant locum, mouentur. Sed primum hoc [...]
omnibus probatur, sed esse vacuum quod[...]
aiunt, quod tamen corpus non sit. Quemad[...]

du[...]

m Hesiodus quoque in generatione, primum ,,
e omne aliud chaos inquit extitisse : quod ,,
ısi sedes quadam entibus substerneretur. Ta ,,
quid etiam vacuum quasi vas quoddam, ac re-
ptaculum, quod medium intercedat, requiri-
s. Deinde etiam si uacuum nullum sit, neque
quippiam fortasse nō moueretur. Nam Ana-
goras quoque cum hoc ante ipsum tractarit,
non solum satis sibi esse id pronuntiasse, ua-
um non esse, moueri tamen ea quæ sunt, in-
it, etiam si uacuum non sit. Simili modo
am Empedocles moueri quidem semper, in-
it, ea, quę simul tempus in omne mouentur
due, nihil esse in uniuerso uacuum affirmās,
de superueniens fuerit quicquam: sed cùm in
am formam concreuerit, unum ut iam sit,
icquam neque quod uacuum, neque quod su
effluat, ullum esse inquit. Quid enim prohi-
t, quin in sese mutuo ferantur, & deuoluantur
nia, dum hoc in aliud, atque aliud in aliud,
ue ita deinceps semper trāsmutatur, quo ad
mum ultimum redierit? Quin etiam forma
, licèt in eodem loco permaneat, mutationem
alterationē, cùm alij, tum ipse ille asserit: ut
ijs etiam, quæ ab ipso dicuntur nihil obstet,
o minus res, dum ex albo nigrum, uel ex ama
dulce fit, moueantur. Nam siue non esse va-
um concedamus, siue plenum admittere nihil
sse, id nulli impedimento est, quin alteratio
iciatur. Quamobrem neque omnia æterna, ne
e vnum, neque infinitum esse necesse est. Sed
que infinita multa, neque vnum simile, neque
mobile siue vnum sit, siue multa quædam. His
tem ita constitutis, nihil ex ijs, quæ ab illo di-
sunt, & transponi, & alterari res vetat, cum

 etsi

etsi vnum sit vniuersum, motio existat, dum multitudine & paucitate differt, & alteratur ... la re alia accedente. nam si modo quicquam est, quod accedit, corpus non est: & si multa ... dum ea inter se simul & commiscentur, & ... nuntur. Mixtionem enim neque super addi... nem eiusmodi esse, neque compositionem ... lem inquit verisimile est: vt vel statim sepe... inter se sint, vel in auersione dum alia alijs ... peroccurrunt, à sese mutuò scorsum ferant... sed ea quæ mixta sunt, ita esse composita, vt ... libet pars cum qualibet confusa ita sit, vt ... composita, sed mixta esse videantur, neque ... prehendi, qualèsnam partem eorum sint, po... Quia enim non est corpus aliquod, quod m... mum sit, vnaquęque pars, simili modo ac tot... commixta est.

De Zenone.

Fieri non posse inquit, vt si quid est, id fa... fuerit, hoc de Deo asserens: quippe cùm ... cesse sit, vt quod factum fuerit, id vel ex si... libus, vel ex dissimilibus extiterit, quorum ... neutrum queat. Neq; enim simili magis co... nire, vt à simili procreetur, q̃ similem procre... eo quòd æqualibus vel similibus omnia ea... erga sese mutuò insint. Neque dissimile ex ... simili posse existere. nam siue ex imbecill... robustius, aut ex minore maius, aut ex pe... melius, siue è contrario præstantiora ex dete... ribus fierent, ex nō ente quippiam efficeret... id quod esse nullo pacto potest. Aeternum ... tur hac de causa esse Deum affirmat. Si ... tem Deus est id, quod pręstantissimum omn... est, vnum debere esse ipsum inquit: nam si d... aut plures etiam essent, præstantissimum & ...

mu...

n omnium ipſum eſſe nullo modo liceret:
pe cùm vnuſquiſq; ex multis Deus ſimilis,
e iccirco talis foret. Deum enim & Dei po-
m eiuſmodi eſſe, vt pręſideat & dominetur,
ſubijciatur, vt in eo ꝙ non eſt præſtantior,
s non ſit. Si igitur plures cùm ſint, partim
ſeſe mutuò pręſtãtiores, partim inferiores,
s nullo modo fore. cùm Deum inferior eſſe.
bijci natura non poſſit. Si ſint æquales, non
ea natura Deum, vt præſtãtiſſimum omniũ
ropterea quòd æquale neque melius, neque
s æquali ſit, neceſſe eſt. Quapropter ſi eſt, &
eſt Deus, vnũ ipſum ſolum eſſe. neq; enim
er omnia poſſet, quæcunq; vellet: quippe cũ
ſent plures, minimè ipſe eſſe ſolus poſſet.
n verò vnus ſit, ſimilem quoq; ipſum ſibi vn
uaq; eſſe ait, quantum ad viſum, & auditum,
quoſq; omnes ſenſus ſpectat. alioqui enim
ceretur, ut non præſiderent, & dominarẽtur,
ſibi mutuò Dei partes ſubijcerẽtur. id quod
i nullo pacto poteſt. ſi autem undequaq; ſit
ilis, globoſum quoq; eſſe. nõ enim partim eſ
partim nõ eſse, ſed undequaq; eſſe huiuſmo
ebere aſſerit. Cùm itaq; ſit ęternus, & vnus,
lobofus, neque infinitum, neque finitũ eſſe
um cenſet. Eo quòd infinitum non ens ſit:
od neque medium, neque principium, neque
em, neque aliam quampiam partem habeat:
uſmodi infinitum eſſe inquit, ens autem tale
, quale eſt non ens, proculdubio non poſſe. ſi
ra ſanè ſint, ea ſeſe mutuò terminare. Sed
um neque nõ enti, neq; multis ſimile eſſe de-
re, unũ enim nihil habet, ad quod terminari
eat. Id præterea, quod huiuſmodi eſt vnum,
em Deum eſſe affirmat, neque moueri, neque

immobile esse inquit quippe cùm immobil[illegible] lud sit, quod non est: nam neque aliud in ipsu[illegible] neque ipsum pertransire in aliud potest: mou[illegible] tur autem ea, quæ plura vno sunt: alterum e[illegible] in alterũ moueatur, necesse est. Quòd si id q[illegible] non est, ne moueri quidem potest : cum id q[illegible] nõ est, nusquam sit: quæ verò in sese mutuò [illegible] mutãtur, plura vnos sũt: propterea sanè effici[illegible] vt duo, vel quæ plura vno sunt, moueãtur ; q[illegible] scat autem nihil, quod immobile est vnum v[illegible] neque quiescat, neque moueatur: cum nequ[illegible] quod nõ est, neque multis simile sit. In omni[illegible] autẽ ita sese habere Deum inquit, vt ęternus[illegible] vnus & similis, & globosus cùm sit, neque in[illegible] tũ esse, neque finitum, neque quiescere, nec[illegible] moueri ipsum asserat. Ac primum quidem [illegible] iste non secus ac Melissus, sumit, id quod fi[illegible] eo quod est gigni. At enim quid obstat quin n[illegible] ex simili, neque ex dissimili id quod fit, se[illegible] nõ ente existat ? Adde quod nihilo magis effi[illegible] tur, vt Deus sit ingenitus, quàm ut reliqua eti[illegible] omnia; quando quidem omnia ex simili vel d[illegible] mili constiterunt: quod fieri nõ potest. Quare [illegible] nihil erit præter Deum, vel reliqua etiam om[illegible] erunt æterna. Prætera pręstantissimũ esse De[illegible] sumit, potẽtissimum, atque optimum ita ap[illegible] lãs. Id autẽ ex lege minime videtur: sed in m[illegible] tis præstantiores sese mutuo esse Dij dicunt[illegible] non igitur ex eo quod videtur, hanc de Deo o[illegible] sensionẽ sumpsit. Accedit, quod Deum esse p[illegible] stantissimum non eo sensu dicitur, vt erga al[illegible] quippiam huiusmodi sit Dei natura, sed qu[illegible] tum tãtummodo ad suam ipsius affectionem [illegible] tinet. nam si ad alterum spectemus, quid pro[illegible] beret, Deum nõ sua ipsius ęquitatę & fortitu[illegible]

ne, sed

e, sed ex aliorum imbecilliate excellere? At
eum ita esse pręstantissimum intelligit nemo:
ed quia ipse quam optimè fieri potest, affectus
st: nihilque ei, quo minus benè & rectè sese ha-
eat, deest. quippe cùm ita sese habenti simul il-
ud ēt eueniat, necesse sit. Ita uerò esse affectos,
tiā si plures ipsi sint, nihil vetat: vt omnes quàm
ptimè fieri potest, affecti, & præstantissimi erga
lios, non erga se sint. nam sunt proculdubio
tiam alia. Cum enim pręstātissimum Deum es-
e dicat, id aliquorum esse necesse est. at verò
num vndequaqne videre & audire nihil conue
it. neque enim si non etiam, hac parte videt mi
us videt, sed ea parte nō videt. Sed fortasse cùm
nquit vndequaque ipsum sentire, id sibi vult, vt
psum optimè ita affectum esse signficet, si simi-
is undequaq; sit. At si sit talis, cur globosus po-
ius, quàm aliqua alia forma esse pręditus debet,
quia vndequaq; audit, & undequaque domina
tur? Quemadmodum enim cùm cerussam unde
quaque esse albam dicimus, nihil aliud significa
re, quàm in omnibus eius partibus albedinem es
se insitam volumus: quid impedimento est, quo
minus ita quoq; illic vndequaque videre, & au-
dire, & dominari dicatur, vt quancunque eius
partem quispiam sumpserit, eam hoc modo esse
affectam intelligamus? Sicut igitur neque ceruf
sam, ita neque Deum hac de causa globosum es-
se necesse est. Porrò neque infinitum, neque fini
tum esse, corpus cum sit, magnitudinemque ha-
beat, qui fieri potest? Presertim cùm infinitū id
sit, quod finis capax finem non habeat. finis au-
tē & terminus in magnitudine, & multitudine,
& in omni demum quantitate inest. Quocirca
quod finem non habet, magnitudo cùm sit, infi-

nitum est. Adde, quòd cùm sit globosus, fine
quoq; habeat necesse est. extrema enim hab
siquidem habet medium, à quo plurimum ab
habet autem medium, cum globosum sit. à m
dio vera extrema ignis circumeunt. extrem
enim corpus, an fines habere, nihil refert. Ne
præterea si non ens est infinitum, iccirco ens
finitum non erit. Quid enim obstat, quin nō
la sint, quæ eadem tam de ente, quàm de non
te dici queant? Nemo siquidem est, qui non e
nunc sentiat. sed ens quoque non sentire nu
quispiam potest. Quę vtraque & dici, & consid
rari sanè possunt. Non album item non ens e
nunquid igitur propterea omnia quæ sūt, esse
ba dicendum erit, ne quippiam idem de ente
de nō ente significemus? An nihil impediet, qu
ex ijs etiam quæ sunt, aliquid album nō sit. om
to, quòd ita alteram quoque negationem adm
teret infinitū, nisi id, quod antea dictum est, m
gis ex eo quod habet, vel non habet, vnumqu
que esse est existimandum. Quare etiam ens
infinitum erit, vel finem habebit. Fortasse etia
non enti infinitatem attribuere absurdū est. n
enim vnumquodque quod finem non habet,
finitum dicimus. sicut neque inæquale, id qu
non est. Accedit, quòd Deus unus cùm sit, fine
quantum ad alium Deum spectat, uon habet
verò vnum tātùm est Deus, vnum etiam tantu
partes ipsius Dei erunt. Nam illud quoque abs
dum est, si ijs, quę multa sunt, accidit, vt ad se
mutuò sint. finita, ac terminata, propterea sequ
vt nnum finē non habeat. multa si quidem sun
quę & multis, & vni eadem insint: nam etiam
se ipsum cōmune vtrisque est. Absurdum ita
fortasse esset, si propterea non esse Deum asse

mus,

nus, quia multa sunt, ne in hoc similis esse ipsis
ideretur. Ad hæc quid prohibet, Deum, etiam
i vnus sit, finitum esse, & fines habere? quem-
admodum etiam Parmenides vnum esse ipsum
nquit:

Orbiculare globosæ perquam simile vndique moli,
A cuius medio spatia in quascunque ferantur,
Partes æqua.

Terminum enim & finem alicuius quidem esse necesse est, non tamen ad aliquid. Non enim necesse est, vt quod habet finem, ad aliquid aliud finem habeat tanquam finitum ad id referatur, quod deinceps subsequitur infinitum. Sed finitum esse, nihil aliud est, quàm extrema habere. quod autem extrema habet, vt ad aliquid ea habeat, necesse non est. aliquibus enim non accidit, vt finita ad sese mutuò sint. Præterea quod inquid de eo, quod immobile est, & mouetur, simili modo vt superiora, absurdum fortasse est. neque idem esse non moueri & immobile esse, existimare quispiam posset: sed non moueri esse negationem, quemadmodum etiam non æquale, quod de non ente etiam verum est. immobile verò de eo iam dici, quod quodam modo sese habet, non secus ac inæquale. sicut etiam quiescere, cui moueri contrarium est. nam negationes, quæ à primo existunt, de contrarijs etiam ferè dicuntur. Non moueri igitur de non ente etiam verum est, quiescere autem non enti non inest. Simili modo autem neq; im mobile esse idē significat. At iste immobile esse pro quiescere sumit. & id quod nō est, quiescere inquit, quia trāsitionem nō habet Sed sicut superius etiā diximus, absurdū fortasse est, si, quia ali quid nō enti attribuimus, id de ente nō esse verū

dixeri-

dixerimus, præsertim si negatio fuerit, cuiusm
di est nō moueri, & nō trāsire. Multa enim, cum
dictum est, de entibus simili modo dñr. alioq
verum nō esset, si multa esse non vnum dicer
mus, eoq; non ens quoq; non vnum est. In qu
busdam verò contraria uidentur cōuenire, cùm
ex negationibus minimè loquimur. Necesse
quidem est, æquale vel inequale esse, quicqu
multitudine & magnitudine constat: par item
vel impar, si numerus sit, eodem modo moue
vel quiescere, si sit corpus. Præterea si etiam
de causa non mouetur Deus, & vnum, quia
quæ multa sunt, mouetur, dum in sese mutu
trāseunt, quid vetat, quo minus Deus quoq; i
aliud moueatur? Si autē ipse nō mouetur, qu
vetat, partes ipsius omnia ambientis Dei in se
mutuò moueri? quippe cùm vnum, quod Zen
inquit, multa natura esse videatur. Corpus enim
Deum esse statuit, siue vniversum hoc, siue quo
cunq; aliud ita appellet. Nam si esset incorpo
reus Deus, globosus esse qui posset. Ita quid
sanè, cùm nusquam esset, neq; etiam mouere
tur, neq; quiesceret. At cùm sit corpus, quin m
ueatur, sicut dictum est, nihil prohibet.

De Gorgia.

NOn esse quippiam inquit, & si sit, cognosc
non posse. & si cognosci possit, esse tñ eiu
modi, vt nequeat manifestari. Præterea se nequ
quam quę ab alijs fuerint dicta, composuisse
qui de rebus disputantes contraria, vt videntu
inter se sibi ipsi pronuntiant: dum alij vnum &
non multa, alij è contrario multa & non vnum
quidam ingenita, nōnulli genita esse omnia de
monstrant. Ipse enim aduersus vtrosq; ratioci
natur in hunc modum. Necesse, inquit, est, vt
quid

quid ſit neq; vnum, neq; multa, neq; ingenita, neque genita, id nihil ſit, Nam ſi quicquam horũ non ſit, altera his oppoſita, proculdubio erũt: hoc eſt, neq; vnum, neq; multa, neque ingenita, neq; genita non erunt. Atque hæc partim, vt Meliſſus partim vt Zeno aggreditur demonſtrare, poſt primã propriã ſuam demonſtrationem, in qua neq; eſſe, neq; non eſſe quippiam inquit. Si enim non eſſe eſt non eſſe non ens nihilo minus erit, quàm ens: quippe cum non ens ſit non ens, & ens ſit ens. Quare nihilo magis eſt res eſſe, q̃ non eſſe. at ſi ſimili modo, inquit, ſicut non eſſe, eſt eſſe, oppoſitum nõ erit. Nam, ſi non eſſe eſt eſſe, eſſe vel non eſſe conuenit. Quare nequaquam ita, inquit, quippiam erit, niſi eſſe & nõ eſſe idem ſit. eſt autem idem, atq; ita nihil quicq̃ eſt. Nam non ens non eſt, & ens entium q̃nquidem idem eſt quod non ens. atq; hæc quidem ipſa ratio illius eſt. Sed ex ijs, quæ dicit, nullo modo efficitur, vt nihil ſit. Cùm enim inquit, ſi non ens eſt, non ens & ens eſt ens ſimili modo & nõ ens, & ens eſt perinde ac ſi, eſt, abſolute ac ſimpliciter ſumatur: id neque apparet, neque neceſſe eſt. Sed ſicut de duobus ente & non ente alterum eſſe, alterum non eſſe dicitur. quapropter non ens eſſe, verum non eſt, Quia igitur nõ eſt, non ſequitur, vt neque eſſe, neque non eſſe vtrunq;, neq; alterum non ſit. At nihil erit, inquit, ſi non eſſe & eſſe ſimiliter ſunt. quandoquidem erit aliquid etiam non eſſe. Sed nemo eſt, qui non eſſe, eſſe prorſus dicat. Nam ſi non ens eſt nõ, ens, non proterea efficitur, vt ſimili modo vt ens, non ens ſit: quippe cùm illud ſit non ens, ens autẽ ſit adde quòd ſi etiam abſolutè, ac ſimpliciter verũ eſſet, cùm dicimus nõ ens eſſe,

mirum

mirum quidem profectò id videretur: sed si ta-
mē ita esset, vtrum ex eo magis eueniret, vt om-
nia essent, quàm non essent? Ita enim contrari-
proculdubio efficeretur Si enim & nō ens est, &
ens est, omnia sunt: cū & ea quæ sunt, & ea quæ
non sunt, simili modo sint. Nō enim est necesse,
si non ens est, vt etiam ens non sit. Veruntame-
sit ita etiam quispiam concesserit, vt & non en-
sit, & ens non sit, nihilo minus omnia essent, e-
ꝑ ea quæ non sunt, ex illius ratione proculdu-
bio essent. Præterea, si idem etiam sit & esse &
non esse, neq; ita magis vt non sit, q̃ vt sit, con-
ficietur. Nam, quemadmodum ille inquit, si non
ens, & ens idem est, non ens autem non est, etiā
ens non erit quamobrem nihil erit: ita quoque
vice versa dicere omnia esse non possumus: si e-
nim non ens est, & ens est, omnia erunt. Post hāc
rationem subiungit: si sit aliquid, est vel ingeni-
tū, vel genitum esse. si verò sit ingenitum, infini-
tū id fore ex Melissi enunciatis sumit. Infinitum
autem nullo modo esse, cùm neque in se sit, ne-
que in alio: duo enim ita, vel plura esset: ipsum
vnum quod est, & illud in quo esset. nunq̃ aut
cùm sit, neq; esse prorsus, ex Zenonis ratione de-
sede asserit. Hac de causa igitur ingenitum non
esse affirmat. quin etiam neq; genitum: eo quod
nihil neq; ex eo quod est, neq; ex eo quod non
est, gigni queat. Si enim ens, inquit, transmute-
tur, nequaquam ens amplius erit, sicut si nō ens
gigneretur, nō ens amplius non esset. Sed neq;
ex non ente genitū est. si enim non ens non est,
genitum nihil ex nihilo esset. Sin autem est non
ens, quia neq; ex ente quicquam gignitur, iccir-
co neq; ex non ente. Quocirca si necesse est, vt si
quicquam est, id vel ingenitum sit, vel genitum:

hæc

hæc autem fieri nequeunt: vt quicquam sit, fieri etiam nullo modo potest. Præterea, sic quicquam est, inquit, id vnum est, vel plura: si autem neque vnum, neque plura, nihil ex. † Si enim vnum esset, incorporeum id esset † sicut in Zenonis ratione dictum est. Si verò vnum sit, nihil esse. Quin neque etiam multa † Si enim vel vnum esset, vel multa, neque moueretur quidem quippam, inquit. Si enim moueretur, vel non vnum amplius esset, vel non simili modo sese haberet: sed partim non esset: partim non ens genitum esset. si itē mouetur, transfertur, si transfertur, non continuum ens diuisum est, neque quicquam hac parte est. Quare si vndequaque mouetur, vndequaque etiam diuisum est. vndequaque igitur etiam non est. Deficit enim ea parte, inquit, qua diuisum ab ente est: diuisum loco vacui appellans, quemadmodum in Leucippi rationibus quæ vocantur, Scriptum est. Si igitur nihil hæ demonstrationes conficiant, omnia esse. oportet enim, vt quæ cogitantur, sint: & non ens, siquidem non est, ne cogitari quidem possit. Quòd si ita sit, nullum esse mendacium inquit, neque si in mari currus decertare quispiam dixerit, eo quòd ea omnia etiam sint. Nam quę videmus quoque & audimus, singula propterea sunt, quia cogitantur. Si enim non propterea, cur sicut ea quæ videmus, sunt, ita magis quæ videmus esse dicendum est, quàm quæ cogitamus? quippe cùm, sicut illic multi eadem possent videre, ita hic multi cogitare eadem possemus. Ac quæ quidem cogitantur, talia sunt. Sed quęnā sint vera, incertū est. Efficitur ergo, vt etiam si quippiā sit, cognosci a nobis res minimè queant.

quęant.

quærant. Si verò, inquit, cognosci etiam possunt, quo pacto manifestare eas quisquam alteri poterit? Quod enim vidit quispiam, id quo modo oratione alteri explicabit? vel quo modo id alteri audiente, & non videnti poterit manifestari? Nam sicut visus sonos non percipit: ita neque auditus audire colores potest: sed sonos tantummodo. Et dicit quidem ille qui loquitur, sed non colorem, neque rem dicit. Quo modo igitur id quispiam ab altero vel verbis, vel signo aliquo alio sibi exponi petit, quam ille considerauit? Qui enim colorem intuitus non est, sed orationem an diuidit, ignorat colorem & orationem percipit: qui verò è contrario colorem inspexit oratione, auditu minimè percepta, non colorem sed orationem ignorat. Quare cogitari neque color, sed videri, neque sonus, sed audiri tantummodo potest. Sed si etiam cogitari potest: & cognoscit quidem, ac recognoscit ille qui dicit: qui audit tamen quo pacto idem cogitabit? non enim fieri potest, vt idem in pluribus, & seorsum collocatis sit, vnum enim duo esset. Verùm si etiam idem, inquit, in pluribus sit, nihil obstat, quin id non simile diuersis appareat, qui non prorsus similes inter se sunt. Quin etiam in eodem quamuis vnum, & non duo sint, idem non prorsus simile inest. quippe cum neque idem ipse sibi similia in eodem etiam tempore sentire videatur: sed alia auditu, visu alia, & antea & nunc diuerso modo percipiat. vt difficulter admodum omnia eadem quæ alter sentire quispiam queat. Ita fit, vt etiam si cognosci res possit, eam alteri explicare quisquam non possit propterea quòd, & res ipsæ explicabiles verbis non sunt, & idem prorsus quod alter, cogi-

tare

are poteſt nemo. Sed omnes quidem etiam hæ veterum aliorum, dubitationes ſunt. Quocirca hæ quoque perpendenda, atque excutienda in diſputatione de illis videntur.

*

Ariſt. De Xenophane & Zenone, & Gorgia, Finis.

ARI-

ARISTOTELIS LIBER

DE LINEIS INSECABILIBVS.

Apud Latinos nondum visus,

IVLIO MARTIANO Rota interprete.

Aristotelis textus.

NVnquid vllæ reperiuntur lineæ quæ secari nequeunt? & vt in vniuersum res ista pertractetur, est ne in omni quantitate, sicut nonnulli statuunt, aliquid carens partibus? An confitendum est lineas aliquas insecabiles esse: nam, si vt paucum, sic & paruum est aliquid in rerum natura: quod autem infinitas ferè sectiones sustinet, neq; paucum, neque paruum est, sed potius, & multum, & magnum, quæ pauco, & paruo sunt opposita: statim manifestum euadit paucum, & paruum finitas habere diuisiones. Quòd si finitas diuisiones habent, necesse est magnitudinem insecabilem liquam existare. Quare omni quantitati insecabile quid-

dam

m inerit, modo reperiatur quippiã, quod paum, & paruum nuncupari debeat.

Deinde si lineæ extat forma, atque idea, fatenm est lineam indiuiduam esse: nam constat eam omnium, de quibus prædicatur, primam se. At partes totum natura semper antecent. Quare diuidua erit ipsa linea. Et eodem odo ipsum quadratum, ipse triangulus, & alia m figurarum ideæ, ac denique superficies ip-, & corpus ipsum. Continget enim ideis, prius ia quædam esse. Amplius si elementa sunt cor ra, & elementis nihil est prius, suntque pars toto natura priores, indiuiduum proculduo ignis erit, & vniuersaliter quicquid corpo- alicuius est elementum. Quare non solùm rebus, quæ cognoscimus intellectu verùm eam in his, quæ sensu percipimus quippiam it, quod partes non habet. Præterea per Zenis argumentationem, necesse est aliquam ex re magnitudinem, quæ partibus careat, si mo- fieri nequit, vt res aliqua per singula quęque ngenda decurrens, finito in tempore tangant finita. Nam oportet vt ad medium mobile iùs veniat. At rei, quę partibus non vacat, edium sublime semper aliquod superest. Sin item tangit infinita, finito in tempore, id uod super lineam fertur, & mobile celerius quali in tempore plus spatij transigit, cogitaonisque nostræ velocissimus est motus, cogita o quoque finito in tempore in singulis rerum otibus, tangit infinita. Quare si cogitatioem in o ni rerum progressu singula tangere, ihil aliud est quàm numerare, continget fini- in tempore cogitationem infinita numera-. quòd si hoc fieri nequit, indiuidua sanè da

bitur aliqua linea. Postremo & ex ijs, quæ t
dunt Mathematicis imbuti disciplinis, quiui
neam aliquam insecabilem esse concedet.
Nam si, vt dicunt, illæ commensurabiles su
lineæ, quæ eadem mensura dimetiri queunt:
quæcunque sunt commensurabiles, vt dime
tur omnes, nihil impedit; nimirum longitu
aliqua extabit, qua mensurabuntur omne
hanc necesse est indiuiduam esse. Nam si di
dua statuatur, huius quoque mensuræ part
mensurā aliam aliquam habebunt partes en
toti commensurabiles sunt ita, vt partis port
quæ dimidia fuerat, efficiatur dupla quoni
vero hoc fieri nequit, indiuisibilis esse mens
debet. Eodem modo & quæ semel ab ipsa me
sura sunt mensuratæ, sicut omnes ex mēsura
positæ lineæ, ex indiuiduis componuntur. Id
etiam continget in figuris planis: nam omnes
ter se sunt à constitutis lineis procreatæ, co
mensurabiles. quare ipsarum quoque mēsu
indiuidua erit. Cœterùm si quis mensuram
uidet, constitutam quandam & determinata
lineam, non erit amplius neque constituta,
que irrationalis linea, neque aliarum vlla,
quibus modo dictum est, velut quam ἀποτό
vocant ex duobus nominibus compositam.
rùm neque secundùm se aliquam definitam
turam habebunt, sed collatæ sibi ipsis & c
stitutæ, & irrationales erunt omnes. An p
mò quidem nō oportet id quod infinitas ha
diuisiones, non esse paruum, aut paucum. N
locum lineam, superficiem, & summatim o
ne continuum, paruum dicimus, & in qui
conuenit paucum etiam, nec ob id tamen in
nitis diuisionibus ipsa carere affirmamus.

Deind

Deinde si de lineis hisce indiuiduis, quæ sunt compositо ex lineis, paruum dicitur, atque is puncta insunt infinita, fiatque diuisio secũ m puncta, & in quibusuis punctis æqualiter, terit infinitas sectiones suscipere omnis lineę quæ non sit insecabilis, & quadam ipsarũ in rua secari, eruntque infiniti puncti pauca. fie- verò potest, vt omnis non indiuidua linea tali- is soluatur diuisionibus, quibus coagmentata erit. Tertiò si magnum ex paruis quibus- m componitur, aut magnum nihil erit, aut uod finitas habet diuisiones non erit magnũ. am totum qualecunq; fuerit magni sectiones dmittit. Est autem probabile, & paruum, finitas, magnum infinitas habere diuisiones, sicque i etiam arbitrantur. Quare manifestum eua- t, non hac ratione paruum, aut magnum quic- uam dici, quia finitas, aut infinitas sectiones dmittat. Quod si quispiam propterea quod numeris paucum definitas sectiones habet, lineis quoque putet finitas paruum habere, olidũ se prodit, eo ꝙ numerus è rebus partiũ xpertibus procreatur, & ab initio quodam con tituto originem sumit. Hinc omnis numerus, nodo infinitus non sit, finitas diuisiones habet: nagnitudines autẽ tali ratione non consistunt. Qui vero lineis indiuiduis ideam constituunt, ninus credibilia fortasse decernunt, quàm prę ens affirmet opinio, quæ nunc in disceptatio- nem venit. Nam linearum ideam faciendo, mo o quodam ideas tollunt, quibus demonstra- e, quod instat, moliuntur. Hac enim ratione estruuntur ideæ. Rursus quoque stultum est rbitrari elementa corporea partibus carere. am etsi quidam sic affirmant, tamen quantum

ad præſentem quæſtionem attinet, principi[illegible]
petunt. Et quanto magis, quòd probandum
aſſumere videntur, tanto plus diuiduam, eſſe [illegible]
gitudine lineam, latitudine ſuperficiem, alt[illegible]
dine corpus apparet. Zenonis autem rati[illegible]
bi ipſa non conſonat, cum non ſic vno m[illegible]
velit finito in tempore rem motam tangere [illegible]
finita. Atqui tempus & linea ſimili modo [illegible]
ta, & infinita dicuntur, ac totidem vtraque [illegible]
uiſiones ſuſcipiunt. Neque numerare eſt ſin[illegible]
las infiniti particulas animi cogitatione, tan[illegible]
re etiam ſi quis ita nos cogitatione ſingula i[illegible]
niti puncta tangere concedat: quod quidam [illegible]
taſſe fieri non poteſt. Non enim in rebus co[illegible]
nuis, & ſubſtratis cogitationis motus conſi[illegible]
ſicut earum, quæ feruntur rerum. Sed ſi quis [illegible]
mi cogitationem ſic etiam moueri conſenti[illegible]
non erit is motus numerus, numerare non [illegible]
interpoſita quiete abſoluitur. Verum abſurd[illegible]
eſt fortaſſe quempiam præ ignauia ſuccum[illegible]
re, propterea, quod non audeat oblatas argum[illegible]
tationes diſſoluere, atque ſic imbecillitate[illegible]
ſuam fouendo, grauioribus inſuper fallacij[illegible]
decipere. Quod vero de commenſurabilibus [illegible]
neis poſtremò dicunt, omnes vna quadam &[illegible]
dem menſura oportere menſurari, falſum [illegible]
admodum, & nequaquam mathematicor[illegible]
ſuppoſitionibus concordat. Non enim ita ſup[illegible]
nunt Geometræ, neque vtile ipſis iſtud foret, [illegible]
mo potius aduerſaretur, lineas omnes co[illegible]
menſurabiles eſſe, & omnium commenſura[illegible]
lium linearum communem menſuram exi[illegible]
mare. Quamobrem ridiculum eſt, eos, qui [illegible]
cunt ſe demonſtrare ex geometrarum decret[illegible]

& ex

x quibus Mathematici docent, in conten-
iam pariter atque fallacem diuertere argu-
ntationem, præsertim tam inualidam. nam
ltis modis imbecillis est eiusmodi ratio, &
buis modo licet euitare, ne aut inusitata dice
aut argui videamur.
ræterea absonum foret, si quis à Zenonis
itione vltra quàm par sit persuaderetur, li-
s indiuiduas concedere, quia ipsi responde-
nesciat, ob rectæ verò lineæ motum in semi-
culum diuiduas non credere, quam necesse
in rectum ita diuidere, vt infinitæ circunfe-
ntiæ, & interualla totidem interueniant. Rur-
quoque facile persuaderi potest, ex motu
culorum æqualium. Nam quisquis horum
ueatur oportet per maius semicirculum mo-
i. & quæcunque alia huiusmodi constituta
t de lineis, fieri non posse, vt talis vllus mo-
peragatur, quin prius omnibus & singulis
eriectis occurrat. atque hæc Mathematico-
scita multo magis ab omnibus cõcessa sunt,
àm istorum dicta. Quamuis autem ex con-
atis nuper rationibus appareat, vt neque ne-
ssarium, neque probabile sit lineas vllas indi-
uas extare; tamen ex ijs etiam, quæ dein-
ps subiungam, multò magis perspicuum eua-
t, & primo quidem per ea, quæ Mathematici
monstrant, atque addiscẽda proponunt, quæ
ntare non decet, nisi probabiliores rationes
beamus. Nam neque lineę, neque rectę, li-
ę definitio cum insecabili linea consentit, vt
ę nec inter duo puncta extensa sit, nec me-
um vllũ habeat. manifestum est igitur ex an-
dictis rationibus, quòd neque necessarium,

neque probabile sit lineas insecabiles esse. his autem, quæ subijciētur, manifestum ad magis fieri poterit. ac primo quidem per ea, q in mathematicis demōstrata suppositaque su quæ iustum non est aliter quam certioribus tionibus amouere. Nam si quam insecabilem neam vocant est & linea, & recta linea, nim ipsi & lineæ & rectę definitio conueniet: neque lineæ, neque rectæ definitio ipsi con nit, cùm neque aliquorum media queat esse, que medium omnino vllum habeat. Deinde omnes lineę commensurabiles erunt. Nam omnes ab indiuiduis lineis dimetientur, qu longitudine, quęque potentia sunt commen rabiles: indiuiduę autem lineę sibi ipsis co mensurabiles sunt longitudine, cum inter sint ęquales: quare potentia quoque. Quò hoc est, diuiduum erit quadratum. Tertio c linea breuior grandiori copulata latitudine faciat, si sumantur ęquales portiones ab ind dua, & à pedali linea, bipedalique coniung tur, minoremque latitudinem indiuidua fac quàm reliqua, minor erit latitudo, quę ab diuidua prouenit. Quarto, si ex tribus datis ctis triangulus componitur, ex tribus quoq lineis indiuiduis componi poterit: in omni tem ęquilatero perpendicularis in mediam sim incidit. Quare & medium indiuiduę di det. Quintò si quadratum ex quatuor inse bilibus lineis consistat, diametro protracta, perpendiculari dicta, quadrati costa poten perpendicularem diametrumque dimidium quat. Quare non erit minima, neque dupl erit spatiū a diametro cōsurgens illius, quod indiuiduo procreatur. nam ęquali ablato re

quum

uum erit minus indiuiduo: nam si æqualis, ameter quadruplum describeret, hęc atque eiusmodi complura colligere quispiam pos-t, eo quòd omnibus, vt ita dixerim aduersan s, quę à Mathematicis traduntur, quorum onnulla denuo subnectam. Eorum quę partib. rent, vnus esse contactus potest, at linea duos abet. nam tota totam, & extremis vtrinque ibus tangit. Deinde hoc pacto vna linea alte- copulata non efficeret ex vtrisq; coniunctum aius, idcirco quia partibus carētia sibi ipsis ad- ncta maius non faciunt.

Postea nihil continuum è duobus efficitur, quę partes non habeant, propterea quod om- e continuum plures partes continet: omnis utem linea, pręter indiuiduam, est continua: uamobrem linea non erit, quę indiuidua fue t.

Amplius si quęuis linea, pręter insecabilem, partes diuidi potest, tum ęquales, tum inę- s: scindatur linea in tria frustra, quę non ex ribus insecabilibus, & vniuersaliter imparibus onstet, diuidua fiet insecabilis linea. Simili- r autem si in duo diuidatur linea, quę ex im- aribus consistit.

Quòd sibifariam quidem non omnis linea fin itur, sed quę solum ex partibus coagmentata uerit, si iam in duas partes diuisam in quęcun- ue diuidi potest diuideretur, sic quoque inse- tilis linea diuidetur, quando ex paribus com- osita per inæqualia scindetur. Rursus si mobile er totum spatium vna hora mouetur, horę di- idio per medietatem spatij mouebitur, & in inori tempore per minus spatium, quàm sit edietas: ergo si quidem ex imparibus indi-

uiduis spatium illud componitur, redibis in s[...]
ctilium in medietates diuisio. siquidem med[...]
hora, medium spatium, mobile pertransit. sim[...]
liter enim tempus, & linea secabitur. Quare[...]
nulla ex compositis lineis diuidetur inęquali[...]
& inęqualia, neque sicuti tempus scindetu[...]
non erunt indiuiduę lineę. Est autem eiusde[...]
rationis sicut dictum est ex indiuiduis omni[...]
vel affirmare, vel negare. Ad hæc, omnis line[...]
modo nō sit infinita, duos fines habet, siquide[...]
linea hisce terminatur: at indiuidua linea n[...]
est infinita, fines igitur habebit. quare diuidu[...]
erit: finis enim aliud est, & non illud cuius e[...]
finis: aut extabit aliqua linea pręter istas, q[...]
neque finita, neque sit infinita. Pręterea, omn[...]
linea vel est infinita vel fines habet: igitur ins[...]
cabilis linea non est infinita: fines ergo habet[...]
atque diuidua erit. nam finis aliud est ab eo c[...]
ius est finis, vel erit aliqua linea, quę neque fin[...]
bus careat, neque fines habeat. Insuper non e[...]
in quauis linea punctus: non enim in indiuidu[...]
nam si vnius punctus insit, ipsa primum linea [...]
la erit, & inde punctas, sin plures inerunt, diu[...]
dua fiet. ergo si punctus indiuiduę lineę, null[...]
inest, neque prorsus inerit lineę, cum reliqu[...]
ex indiuiduis, sicuti dicunt, coaluerint. P[...]
stea, vel nihil inter duo puncta, vel linea, eri[...]
quòd si linea. cum in omnibus lineis puncta i[...]
sint, non erit insecabilis vlla linea. Amplit[...]
non esset cuiusuis lineę quadratum: habebit [...]
nim longitudinem. & latitudinem, atque idci[...]
co diuisibile erit, cùm illa quidem aliquid, h[...]
autem aliquid aliud. ꝙ si quadratum diuiduu[...]
est, & linea vnde procreatur diuidua erit. Pr[...]
terea finis lineę punctus est, & non linea. fin[...]

enim

nim extremum est, extremum verò indiuiduū: uitur, si pūctus est finis, indiuiduæ lineæ pars e- punƈta : atque ita vna linea maior erit altera unƈto: sin indiuiduæ lineæ punƈtus inest, quia nis idem sit continuatarum linearum, dabitur nis rei carētis partibus: & demum quid à linea unƈtus distabit? cum proprium nihil habituræ t indiuidua linea à punƈto, præter nomen.

Adhuc etiam, vt linea, sic & superficies, & cor ur erit impartibile. vno quippe indiuiduo exi- tente, cætera quoq; consequentur, idcirco quia num ad aliud diuiditur. at corpus indiuiduum non est cum in se latitudinem, & altitudinē con ineat. Quare nec linea potest esse indiuidua. orpus siquidem in superficies, superficies in li- eas soluitur. Quoniam verò rationes, quibus sti nituntur sententiam suam persuadere debi- es sunt, & falsę: aduersæ autem opinionis om- nes plurimū valent ad finem faciendā: vnicuiq; iquere iam arbitror, quemadmodū nulla queat sse linea, quę diuidi non possit. Ex his autem quæ subijcientur, manifestum euadit ne è pun- ƈtis quidem componi lineam posse, quam inse- cabilem affirmant: ad quod probādum illamet penè quadrabunt argumenta, aut plurima saltē. Oportet enim punƈtum diuidi, quādo linea, vel ex imparibus in æqualia secatur, vel ex partibus in non æqualia scinditur. Item lineæ partem nō esse lineam, nec superficiei superficiem, & rur- sus lineā punƈto maiorem esse linea: ex quibus enim vnumquodq; componitur, his etiā quod- uis aliud excedit. Atqui istud vnum est eorum, quæ nullo modo fieri queunt, & per ea, quę ma thematici docent, apertè falsum. Insuper quoq; continget punƈtum esse illud, quod in tempore

fertur,

fertur, modò maior in longiori, æqualis in æqua-
li tempore, motus fiat, excessuúq; temporis c
pus sit. sed fortasse tempus quoq; rem quãda
esse ex instantibus compositam, lineáq; vtraque
tempus & linea, ex suis quæque indiuisibilibus
composita, dicet aliquis. At si Nunc est princi-
pium temporis, & finis, itemque lineæ punctu
neq; sibi coniuncta sunt principium & finis, se
in medio semper aliquid habent: neque Nunc
neque puncta sibi continua esse poterunt. Am-
plius si linea magnitudinem aliquam habet, pu
ctorum autem iunctura magnitudinem nullam
efficit, idcirco quia maiorem locum non occu-
pant. Nam & quando linea lineæ superimpona-
tur, eiq; coniungitur nulla prouenit inde maior
latitudo: sunt autem in linea puncti, qui nec ip
maiorem locum occupare queunt, proculdubio
sequetur, ut non possint longitudinem coniun
cti facere. Præterea si res omnis rem qualibet
aliam tangit, uel tota totam, uel pars partem
vel tota partem tangit, tanget & punctus vnus
indiuiduus punctum alium indiuiduũ, totus to-
tum. At necesse est, cum totus tangit, totũ, cum
ipso vnum fieri. Nam si quid remanet, quod al-
teri non coniungatur, non tetigit totus totum
sin nihil remanet, & simul sunt hæc duo indiui-
dua puncta, eundem implebũt locũ id quod plu-
ra nunc est, & prius vnum fuit. Duobus enim in
vnum coeuntibus, quę nulla ex se habeant ex-
tensionem, idem locus sufficit. Atqui partibus
carentia extensionẽ non habent: quocirca nec
ex indiuiduis ulla compaginabitur magnitudo:
igitur neque è punctis linea, neque ex instanti-
bus tempore componetur. Insuper si qua ex pũ-
ctis componitur linea, punctus tãget punctum,
igitur

igitur si ex – signo protracta fuerit A – a & & G – D tangent se primum, & punctus, qui est in A – K & pũctus qui est in K – D. Quare, & diuersa parte tanget. nam res, quæ partibus caret, tangit rem partibus carentem, tota totam. Ergo eundem locũ possidebunt, quem K – punctus obtinet, & sese puncti coniungent in eodẽ loco: quod si in eodem iuncti fuerint loco, se ẽt tangẽt: quæ enim in eodem sunt loco primo se tangant oportet. Deinde hoc pacto recta rectam duobus punctis tanget: puuctus enim in A – K & punctus in K – G alterum etiam tangit punctum: quare linea ex G – D pluribus tangit pũctis. Eadem ratio fuerit, etiam si non se inuicem sed quouis alio modo linea lineam tetigerit. Quinetiam orbis circunferentia rectam lineam pluribus tanget punctis: punctus. n. contractus quique est in circulo, quiq; in recta consistit sese mutuo tangunt: quod si hoc fieri non potest, neque punctus punctum tangere ualet, quod si se tangere nequeunt, neque linea punctus constare potest. nam neq; punctum tangere necessarium est. Postea quonam pacto recta ulla est linea, & circularis. quando nihil differat cõtactus punctorum in recta, & circulari? Nam res, quę partibus careat, rem, quę partes non habeat, tota totã contangit, neq; prorsus eo modo est tangere, si sunt ergo lineę quidem differentes, contactus autem indifferentes, non fiet ex punctorum contactu linea circularis, & recta: quare neq; è punctis constabit. Insuper necesse est pũcta uel sese mutuo tangant, uel non se inuicem tangant. si igitur id quod deinceps est tangat oportet, eadẽ redebit ratio; sin contingit, quod deinceps est non tangere, non erit linea conti-

nuum:

nuum: nihil enim aliud continuum dicimus, quam quod est ex se tangentibus compositum. Quare oportebit, & hoc modo vel puncta sese mutuò tangere, vel lineam continuam esse.

Amplius si absurdum est puncto punctum superimponere quo fiat linea, & lineæ lineam adiungere, quo fiat superficies, impossibilia sunt, quæ ab eis dicta fuerunt: siue enim deinceps pũcta, diuidetur linea per neutrum ipsorum, sed per id quod intercedit, siue se tangunt, linea erit vnius puncti spatium. hoc autem esse non potest. Postremo omnia diuiderentur, & resoluerẽtur in puncta, corporisque pars punctus esset, siquidem corpus è superficiebus, superficies è lineis consistat: si vero illa, ex quibus primis inexistentibus singula constant, elementa sunt, puncti corporum elementa esse poterunt. Quare vniuscè corporum, & linearum elementa pũcti erunt nõ specie diuersa. Apparet itaq; ex dictis non esse lineam è punctis, neque ab ea punctũ auferri posse. nam si contingit pũctum auferri, contingit & apponi: quoniam autem apposito illud cui adiunctũ est, magis euadit, quàm prius fuerat, si tale sit oppositum, quale quod suscipit, erat. Quare ex ambobus unũ totum facere licebit, & erit unà linea maior alia puncto: id quod fieri nequaquam potest. Verùm per se quidem non potest à linea punctus auelli; per accidens autem potest, eo quòd ablatum lineã sequatur. cùm enim totum aufertur, totius & principium & finis auferatur oportet. at lineę principium, & finis punctus erat, licet itaq; partem de linea demere: quare, & punctum auferre, sed ea per accidens censebitur ablatio. Si uerò finis tangit illud cuius est finis, uel ipsum, uel aliquam eius

partem,

partem, & punctus quatenus finis lineam tãgit: sequetur, vt hęc quidem linea puncto maior alia sit. hæc autem ex punctis nihil in medio compre hendentibus. Eadem ratio est, & in diuisione: nam si diuisio per punctum est, & diuisio tangit aliquid tam in solido, quàm in superficie. Similiter enim & solidum è superficiebus, & superficies à lineis conficitur. Non est autem verum dicere per punctum fieri diuisionem, neq; paruissimam aliquam lineam in minimum, quod insit, diuidi. minimum quippe minus est etiam eorũ, quorum minimum dicitur. at lineæ nihil aliud quàm punctus inest, & linea, atque lineæ: linea vero puncto maior non est. nã neque superficies est linea maior: quare punctus non erit in linea minimum. Si vero lineę coniunctus est punctus, & minimum est quod à tribus faciebus, hoc est in tribus partibus deficit, non erit punctus eorũ quę lineę insunt minimum. nam & alia quędã insunt longitudini pręter puncta, & lineas. Nõ enim è punctis longitudo consistit. Si vero id, quod est in loco, punctus est longitudo quippe superficies, & solidum quędam ex ijs compositę res sunt: illa siquidem ex quibus cõstat linea, sunt in loco. etenim & linea est in loco, ac neq; corpus, neque superficies, neq; ex his quippiam in linea sunt, non erit aliquid penitus in longitudine pręter puncta & lineas.

Amplius si res, quę maior dicitur esse, in loco est, vel longitudo, vel superficies, vel corpus: est autem punctus in loco, nihilq; longitudini prędictarum rerum insit pręter puncta, & lineas, sic quoq; non erit punctus rerum inexistẽtium minimum. Pręterea, si vas aliquod, eorum quę in domo sunt, minimum appellatur, non domui

compa-

comparatũ, sed per seipsum cõsideratum, iis
& in aliis loquẽdi modus seruari solet, nihil e
rum, quæ sunt in linea minimum erit ad linea
comparatum, quare paucto non conueniet m
nimi appellatio. Quoniam verò quod non est
domo, minimum esse non potest eorum, quæ
domo sunt, ita & in cæteris est iudicandum, co
tingit autem lineam ipsam per seipsam esse, no
erit de paucto verum dicere, ꝙ minimum sit e
rum, quæ in linea sunt. Postremò non est etia
punctus articulus indiuiduus: nam articuli sem
per duorũ termini sunt, punctus autem, & vni
lineæ terminus est. Insuper pauctus, finis. ar
culus, diuisio potius est. Adhuc si lineam statu
mus articulos, superficiem quoq; articulos co
cedamus oportet, iccirco, quia proportionem i
ter se seruant. Præterea articulus quodammo
do differentia est. quamobrem Empedocles i
suis carminibus inquit.

Articuli semper constat iunctura duobus.

Punctus autem etiam inter immobilia colloca
tur: Postea verò, nullus habet infinitos ar-
ticulos in corpore, vel in manu. at
puncta habet. Et denique lapi-
dis articulus est nullus, ne-
que saxum articulos
vllos habet, pun-
cta verò ha
bet.
*

Libri de Lineis Insecabilibus finis.

DE

DE CAVSIS PROPRIETATVM ELEMENTORVM, LIBELLVS.

ARISTOTELI ASCRIPTVS,

Nunc primùm in lucem æditus.

POstquam premissus est sermo à nobis in Cœlo & Mundo. & determinauimus illud determi natione sufficiente, & constituimus super illud demonstrationes manifestas, apertas, lumi nosas, visum est nobis, ꝙ remansit super nos ali quid. Volumus ergo nunc determinare omnes proprietates, quę sunt in alto & in infimo: & cō stringā illud constrictione sufficiente, & narrabo elementa quatuor, & referā, ꝙ dixerunt in eis, qui pręcesserunt ex Primis, & dicā illud cū si gnificationibus cadentib. sub sensu. Dico ergo nunc, ꝙ elemēta quatuor, quę sunt materię, quę dā eorum sunt grauiora alijs, & quędam sunt le uiora alijs, sicut diximus nos in libro exijs quos edidimus: quod est, quia, terra quę est frigida & sicca, est grauior elementorum: & quod sequitur eam in grauitate, est aqua, quę est frigida & humida: & quod sequitur aquam in grauitate, est aer, qui est calidus & humidus: & quod

& quod fequitur aerem in grauitate: eft igni qui calidus & ficcus. Facta eft ergo terra grauior elementorum, & inferior ipforum in loco, & ignis leuior ipforum, & altior ipforum in loco: & facta funt ifta duo elementa media, fcilicet, aer, & aqua inter hæc duo elementa. Et æftimauerunt quidam ex Primis, quòd ignis non eft ex elementis: quoniam generatus est ex motu alterato, & ratiocinati funt in illo quòd res, quæ generatur ex re alterata, non eft elementum, & non eft elementum nifi ex quo generata eft illa res. Et quòd ignis inter ifta duo, qui eft leuior rerum, quia eft in loco fuperiori, non eft factus nifi ex confricatione orbis & aere: nam facta eft ex illo caliditas, quę eft ignis inter ifta duo genera. cuius exemplum eft ficut refudatio facta ex vapore terræ. & eft nobis necesse vt dicamus, quòd ignis, cùm fit generatus ex motu, tunc poffibile eft vt fit inter orbem Lunæ, & inter orbem Mercurij ignis: inter orbem Mercurij & orbem Veneris ignis: item inter orbem Martis & inter orbem Iouis ignis: item inter orbem Saturni & ftellas fixas ignis. Item & maior horum ignium eft quem. diximus effe orbem ftellarum fixarum, cum orbis ftellarum fixarum fit multorum corporum, & aliquando ex orbibus vnicuique fit corpus vnum. Neceffe eft ergo ex hoc modo, vt menfuratio, quæ eft inter orbem Saturni & orbem ftellarum fixarum, fit pluris generis, & calidioris loci. Iam ergo nunc apparet per illud, quod diximus, quòd inter orbes eft impletio ignis, fcilicet aeris, quæ eft inter omnem orbem & comparem fuum, qui fequitur eum fub eo, & qui eft fupra ipfum: & nos videmus fimile illius

in la-

lapidibus, qui fricantur cum focili, & generã-
r ex eis ignes per fricationem eorum. & simi-
illius iterum accidit arboribus, quæ sunt in
ontibus, & in desertis. fortasse enim procello
fiant venti, & confricãtur adinuicem, & inflã
atur ignis, & sicut fossoriũ, cum quo foditur.
rtasse enim accidit ei lapis & volat ex eo ignis
simile huius multotiẽs existit. Volo ergo nũc
dire ad illud, in quo fuimus de rememoratio
elementorum Dico ergo, quòd animalia om
a, cum eis quæ sunt in eis, sunt composita ex
is quatuor materijs, quæ sunt elementa, &
nt commixta per ea. & semper inuenitur eorũ
mmixtio ex cholera citrina calida sicca simi-
igni, & sanguine calido humido simili aeri, &
legmate frigido humido simili aquę, & chole
nigra simili terrę in frigore suo, & siccitate
a, & inuenimus has quatuor naturas, quę sunt
ateriæ, ingredi corruptionem & additionem
diminutionem, & resolutionem à natura sua
t ex caliditate ad frigiditatem, aut ex frigidi
te ad caliditatem, aut ex humiditate ad sicci-
tem, aut ex siccitate ad humiditatem. Cùm
go additur vnũ eorum super mensuram, secũ-
m quam componitur ex eo, ingreditur nocu-
entum super corpus, & conuertitur ab ordine
o, & sua cõparatione, accidit ex eo nocumen-
m iterum Et similiter, quando occupat vnum
ementorum istorum quatuor, aliquod anima-
um, interficit ipsum, & quando priuatio est eo
m non est remanentia ei, quod est, quia, si ali-
od animalium priuatur aere, nõ est ei perma-
entia, & similiter quãdo occupat ipsum aer in
rfecit ipsum, sicut illud, quđ ruit ex loco altis
mo superiori. moritur enim antequam perue

niat ad terram, & similiter ignis, quãdo occu
aliquod animalium. Veruntamẽ ignis veloc
aliquo eorum interficit, & similiter terra, qu
do occupat aliquod animalium interficit ipsu
& similiter aqua. Veruntamen inuenimus qu
dam animalia habitare in aqua, sicut rept
maris, & pisces. aqua enim fit eis tranquillit
& habitãt in ea, cũq; egrediũtur ab aqua, nõ
eis permanentia: nos autem non inuenimus a
quod animalium habitare in igne omnino.
remansit nobis vt dicamus de corporibus s
stantiarum & plãtarum, & quare quędam eor
natant super aquam, & quædam submergun
in ea, & propter quam causam est istud. D
ergo sermonem vniuersalem necessarium. qu
est, quia quando corpus est vincens pars terr
quæ est frigida, sicut ferrum & æs, & lapis, s
mergitur in aqua: & similiter quando vincens s
per ipsum est pars aquę, & est frigida, facit illu
& quando vincens super ipsum est pars ignis
pars aeris, natat super aquam; & non fit nata
super aquam, nisi per aggregationem calidi
tis & siccitatis in ipso: similiter & vt sit v
cens super ipsum illud: & semper inuenim
volatile natare in aere, super quod vincit p
aeris, & ignis: quoniam penna, quæ est in eo,
aerea, & dum permanet penna in eo parua,
pars terræ & pars aquæ plus, & non potest v
lare, nec eleuari in aere: cùm autem multip
catur penna eius, eleuatur in aere, & natat
eo, cuius exemplum sunt olera, & adipes sup
aquam natantes: quoniam pars caliditatis in
plus est, quoniam caliditas est eleuata semper
præcipuè quando sunt caliditas & humidita
nam illud est melius secũdùm quòd diximus,
sicut

ut inuenimus lignum ebani, & ilicis, & buxi, similes eis sunt multæ ex plantis terræ. Postquàm autem expleuimus omnia, ad quæ tendimus dicere, est necessariū nobis, vt inquiramus frigore, an est causa elementaris, an accidens trans super corpora iam ergo locuti sumus in multitudinem primorum antecedentium. Deocritus autem & Plato & sectæ Araborum, & i locuti sunt sermonibus utrisq; dicūt, quòd igus est radix, & quòd caliditas generata est cidentalis intrans super eam: & signum illius t, quòd quando Sol declinat à nobis in orbe o decliui dextra ad partem Meridiei, accidit mper ros super flumen: & similiter loca lonnqua à sentibus capitis, propter assiduationem otus Solis ad latus polorum Septentrionaliū, ueniuntur frigida, ita quòd non inhabitantur, minoratur illic habitatio propter superfluitam frigoris: & loca propinqua sentibus lineæ qualitatis sunt calida ualde propter assiduatioem motus Solis super ea: & hoc est, quod est in entum sensu. Dico ergo, quòd ipsi bene putaerunt in illo, cùm testificati sūt, & quòd motus enerat caliditatē, & quòd quies facit frigus: ve untamen nos dicimus, quòd ipsi conuenerunt obiscum in sermone, & alongati sunt à nobis n sententia: cui attestatur visus, & quòd terra flet frigida & sicca, & quòd terra propinquior lementorum est nobis, & nos sumus tangentes am, & quòd aqua est frigida & humida propinua nobis proculdubio: quare fiunt ista duo elenenta propinqua nobis & duo elementa calida, c sunt ignis & aer longiora à nobis. Oportet rgo propter illud quod apparet, quòd esse frioris non est nisi propinquitate duorum frigi-

dorum nobis elementorum. Iam ergo manif-
stum est nunc & certum, quòd ęqulitas est r-
dix, & semper inuenitur ęqualitas in corporib-
animalium, quæ sunt cum sanitate: & cum exi-
ab æqualitate ad vnum extremitatem calidit-
tis, aut frigiditatis, aut humiditatis, aut siccit-
tis, ingrediuntur ex hoc nocumenta pernicio-
sa. iam ergo certificatum est nunc per ista acc-
dentia, quòd esse frigoris semper non est n-
ex propinquitate horum duorum elementoru-
frigidorum nobis. Narremus ergo nunc loc-
terræ, & littora marium, & ramos montium,
quod generat habitatores cuiusque lateris e-
rum & naturas hominum cuiusque locorum.
Dico ergo, quòd in habitatoribus climat-
primi, quod est propinquius lineæ æqualita-
tis, propter assiduam affixionem motus Solis
accidit siccitas & caliditas, & minoratur in e-
frigiditas, & humiditas: quare calefiunt ma-
trices mulierum eorum & communicant ei-
nigredo corporum & crispitudo capillorum.
quod est, quia sperma viri, quando cadit i-
matrice mulieris, decoquit ipsum matrix ca-
liditate sua, & commiscetur sperma illud cum
sanguine matricis, donec fit frustum, deinde
formatur & sic fit spiritus vitę in ea iussu Dei
quòd est, quia super illos huius climatis vadi-
Sol bis in anno, quoniam permutatur de li-
nea æqualitatis ad Septentrionem, donec per-
transit casu lapidis capitum eorum: deinde
quando redit ex vltra parte, quę est ei in Septen-
trione ad lineam æqualitatis, est ei reditus se-
cundus. & similiter stellæ currentes, & Luna
quorum est operatio communicans operationi
Solis, faciunt simile illius, & similiter inuenimus
illos

os de India, & qui ſunt ſecundùm temporum
ſtitudinem de illis de Iamnem, & Zindi, & Eu
pa. in illis enim omnibus apparet color nigre-
nis & criſpitudo in capillis eorum. Et inueni-
us illos, q ſunt in climate Septentrionis, quod
propinquum polo Septentrionali, & longin-
uum a linea æqualitatis, & loco motus, fieri ſu
to frigidos: quoniam infrigidantur matrices
ulierum eorum, & accidit in eis albedo & ſub
bedo vehemens, & ſunt Sclaui & Dalmati, &
vijs maris Septẽtrionalis. ipſi enim ſunt ſecun
um hanc formam. Illi autem, qui ſunt climatis
edij, ſunt commixti ex albedine & nigredi-
e, & ſecundùm diſpoſitionem, quæ accidit in
s ex loco de profunditate aut maris, aut littori
us maris. Iam ergo oſtẽſum eſt, cuius volumus
planationem. Inuenimus autem in littoribus
lorem, propterea quod quando Sol oritur ſu-
er mare, impellit aqua caliditatẽ Solis ad extre
itates, quę ſunt littora, frigiditate ſua, & inten
one calefiunt propter illud littora, niſi fuerint
ope illa littora mõtes excelſi, ſuper quos aſcen
unt flatus venti Septentionalis, qui eſt frigidus
ſiccus. & congelat ventus ille rorẽ deſcenden
m ex aere, & fit nix & glacies. quare infrigidã
ur loca illa propter illud. Et ſignificationes acce
mus nobis ſuper illud, quod diximus de calo
e littorũ ex operatione vitri. nam, cũ impletur
qua frigida & opponitur oculo Solis, & appro-
imatur ei pannus mundus, accenditur ille pan-
us. & ſi aqua eſt calida, non accenditur, & non
ſt illud niſi propter fugam caliditatis à frigidita
e, quia ſunt cõtrarię adinuicem. Quia ergo iam
iximus illud, ad cuius rememorationem neceſ
arium fuit, nunc dicam quod dixerunt quidam

homines ex quibusdam sapientibus, quod e
quia ipsi dixerunt, quòd orbis stridor cadens
auribus nostris est vehemens, & quòd nos c
sueuimus illud ex tempore natiuitatis, quare
sueuerũt illud auditus nostri & acquieuit ei
sus auditus: & nos qui iã attulimus hanc dict
nem in libro Cœli & Mundi deteruinanimu
nos autem volumus inquirere de illa inquisit
ne vehemẽti sufficiẽti, quare eorũ determina
magis vltima & manifestior erit. Dico erg
quod ipsi fecerunt esse necessariũ stridorum
bis, & quod auditus animalium acquieuerũt
iam ergo possibile est vt acquiescat auditus su
rioris ęquali eius, & superfluo, & minori: qu
niam stridor & tremitus, quando approxima
auditui, minorantur, & inuenimus propter se
sum geometricum, & visus testificantes super
lud demõstrationes: quod est, quia corpora a
approximant quandoq; & elongantur quãdo
Dico ergo, ꝙ quando nascitur Sol, & ste
sunt currentes declinatæ in Meridie, est strid
minor stridore, qui fit, quando Sol, & stellæ
Luna sunt in Septentrione: & similiter, quan
stellæ sunt in superiori orbium reuolutionis su
est stridor & tremitus maior, & similiter acci
in Luna, quę est propinquior corporum terrę,
velocioris motus, quàm ipsa permutatio ad M
ridiẽ, & Septentrionem: & possibile quidem e
vt accidat simile huic in stellis fixis: quando
stella ex eis super capita nostra, oportet vt st
dor maior sit cadens in auditu quàm ipse e
quando est longinqua apud Oriẽtem & Occid
tem, & simile illius est in Sole secundùm mag
tudinem corporis eius, & superfluitatem strid
ris eius secundùm quòd ipsi fecerunt necess
rium,

rium, quãdo fecerunt necessariu m stridorem, vt et tremitus eius in auditibus nostris hora ortus et occasus diuersus à tremitu eius & stridore ipsius hora qua est super capita nostra. iam ergo manifestũ est & planum per ea, quę exposuimus & determinauimus de tractatibus præcedentibus, quòd corporibus superioribus non est stridor, neque tremitus: & fregimus sermonem eorum, qui æstimauerunt illud per demonstrationes manifestas. ponamus ergo illud & determinemus ipsum determinatione sufficiente per rationem geometricam & demonstrationes rationales. Quod est, quia reuoluam circulum, qui sit circulus terræ & scribam super ipsum B, & reuoluam super ipsum circulum alium qui sit circulus Solis, & describam super ipsum A G, & ponam locum ortus Solis punctum G, & A punctum occasus eius, & ponam punctum D loco Solis, quando est super capita nostra in medio diei, & ponam locum habitationis nostrę ex terra, & protraham lineas A G, A B, B G: & protraham à centro E ad punctum B lineam E B: dico ergo, quòd Sol secundùm magnitudinem sui motus & propinquitatem suam nobis non appropinquat stellæ fixę, neque reliquæ stellæ vagæ, quæ sunt supra Solem, faciunt tremitum magnum, & quando Sol est in hora ortus sui apud punctum G, aut in hora occasus sui apud punctum A, est ei stridor minor stridore', qui est ei, quando est ad punctum D. quoniam manifestum est nobis. quòd punctum G, & punctum A, sunt longinquiora puncta D: quare est vox apud ortum & occasum parua, & cum ipse super capita nostra est, maior, & declaratur illud in omni die. Sed testificatur nobis, visus

contrarium illius. Et similiter accidit Lunæ secundum propinquitatem eius nobis, vt sit ei stridor & sonus maior: & quando est apud ortum & apud occasum, & apud punctum G, aut punctum A, oportet vt elongetur à nobis, quando sumus ad punctum B: & quando est super capita nostra ad punctum D, ostenditur quòd appropinquat nobis: quoniã est stridor maior & grossior: & declaratur illud in auribus nostris. & apparet illud apparet autem contrarium illius per demonstrationes mathematicas. iam ergo determinauimus hoc, cuius determinatio fuit nobis necessaria. & manifestum est. quod linea A B est æqualis B G lineæ; & quòd linea B G, est longior linea E G. sed, quia multiplicamus lineam E G in se, & lineam B E in se, & aggregamus duas multiplicationes, & accipimus radicẽ quod aggregatur est linea B G: & manifestũ est quòd lenea E A est ęqualis lineæ E G, simile lineę B G quoniã putamus quando multiplicamus lineam E G in se, & similiter lineam E B in se, & aggregamus duas multiplicationes & accipimus radicẽ eius quod agregatur: manifestum igitur, quòd linea B G est longior linea E G: ergo est longior E D: ergo multo longior linea B D, & illud est quod uolumus declarare. Quidam homines ex authoribus sermonis dixerũt, quòd mare est permutatum super sphęram, & quod nõ est in terra locus, qui iam non fuerit super aquas: & signum illorum super illud est, quòd videtur expressionibus in capitibus collium & cacumine montium. & retulit vir ex eis, qui fodit puteum, quòd postquàm peruenit ad locum argillæ, inuenit argillam solidam firmã, & fodit in ea, & repetijt in ipsa gubernaculum nauis: sciuit ergo per illud

quòd.

uòd, mare iam fuit in illo loco, & quòd ipsum
mutatur. n. seculis lōgis, & in tempore lōgo.
are nō comprehenditur illa longitudo, neq;
tio vitę, & abbreuiatur prater illud per breui
em vitæ hominis. dicatur ergo eis ꝙ cùm sit
cessaria illa permutatio maris de loco ad lo-
m, & permutatio locorum profundorū ad ma
na, & marinorum ad profunda, tunc necessa-
um est vt dicant ꝙ permutatio ei est de Occidē
ad Orientem, & de Oriente ad Occidētem, &
Septentrione ad Meridiem, & de Meridie ad
eptentrionem, & afferūt ad illud demonstratio
es visibiles: ipsi autem confitentur ꝙ res, quæ
unt in terra, sunt propter motum corporum su
eriorū, & elementi nobilis, scilicet orbis, & ꝙ
urrit ex corporib. & ipse est agēs, in rebus om-
ibus, sicut illud, quod ipsi dixerunt, quòd dilu-
ium, quod fuit in terra non fuit nisi propter cō
unctionem stellarum in signo piscis, & quod
entus, qui interfecit gentes in Hadramot fuit
propter coniunctionem, quæ fuit in Gemini, &
quòd pestilenta quæ fuit in terra, iam & causa
non fuit nisi coniunctio, quæ fuit in signo Virgi
nis, & similiter reliqua facta quæ fuerunt apud
aggregationes, & apud coniunctiones: & sicut il
lud quid videtur ex caliditate Solis, & eius ope
ratione & operatione Lunæ, in extēsione flumi-
nū & maturatione fructuū, & velocitate natiui-
tatis rerū & impletione earum & augmentatio-
ne ipsarum, & ꝙ Luna quando oritur in qua-
cunq; hora noctis fuerit vel diei, tunc si flumen
ingreditur mare in regione illa, in qua oritur Lu
na, extēdit ipsum mare, ita ꝙ ęqua illius fluminis
redit ad partē loci à quo currit, cumq; ęquat Lu
na mediū cœli illius regionis, redit aqua, ita ꝙ
reuer-

reuertitur ad formã suam. deinde quando Luna incipit òccidere, incipit aqua extendi iterum, do nec Luna est in cardine inferiore: cumque est in cardine inferiore, incipit aqua dimi nui, sicut quando vult oriri, incipit aqua augeri taliter inuenitur semper sensu visibili. & similiter stellis vagis, scilicet planetis est communitas cum Sole in operatione sua; ipsæ autem, quando declinant ad Meridiem, trahũt humiditatẽ ex pluuijs in Meridiem. Et quidem est sicut in Nilo ueniente ex parte Meridiei ad terram Aegypti minoratur hęc & multiplicantur. Et illud quod non est nisi per stellas in parte Septentrionis vagas: nam quando sunt in Meridie, & Sol est in Septentrione, minoratur pluuia in Meridie: quãdo sũt cum Sole in Septentrione, multiplicãtur pluuię in Meridie, & multiplicatur extensio in Nilo: & inuenimus Lunam apud complemẽtum & multiplicatur in mari inundatio vehemẽs; & similiter non est causa annorum sterilitatis & annorum vbertatis, nisi propter permutationem stellarum in signis diuersis super climata vij. immortalitas gentium pręteritarũ, & regna vacua fiunt apud coniunctionem stellarum duarũ. scilicet Saturni & Iouis, per permutationẽ enim ipsarũ de triplicitate ad triplicitatẽ accidũt accidentia magna, & hoc inuentũ est apud eos. nos autẽ dimisimus de rememoratione huius multũ qa timuimus multiplicationes. Dico ergo, ꝙ causa quã dixerũt de permutatione maris super terram, nõ potest esse quin sit causa illius ex ꝑmutatione Lunæ super signa, & ex operatione eius: & est illud in omnibus xviij. diebus: quare destruitur agricultura, & generatio: aut sit causa illius ex permutatione Mercurij & Veneris, & est illud in omnibus x.

mensi-

ēſibus, aut minus illo, aut accidit illud ex permutatione Solis & permutatur mare in omni anno, aut ex operatione Martis, & motu eius, & fit permutatio in omnibus xxij. menſibus, diebus iij., aut eſt cauſa illius pp motū Iouis, & eius pmutationē, & erit accidens qđ diximus in oībus ij. annis, aut eſt cauſa pmutationis Saturnus, & ſt illud accidens in omnibus xxx. annis, aut per cōiunctionē duarū ſtellarū grauiū, & eſt illud in omnibus xx. annis, aut eſt propter cōiunctionē & permutationē ex triplicitate ad triplicitatem, & eſt illud in omnibus ducentis annis, & xl. aut eſt illud propter rem, quam dixerunt authores talaſimet orbi ſignorum, & eſt acceſſio vij. partium, & receſſio octo partium in omnibus lxxx. annis gradu. Quare accidit illud in omnib. D C. annis, & xl. 3. 3. aut eſt illud propter mutationē orbis ſtellarum fixarum, & ipſe permutatur in omnibus c. annis, gradu vno, quare accidit illa permutatio in omnibus xxxvij. milibus annis. & hoc vltimum omnium rerum ſuper quam innituntur authores recidiuationis, & ſententia quam inducunt. nos autem inuenimus ratione geometrica, & operatione menſurali, quòd rotunditas eſt xxiiij. millia milliaria, quæ eſt reuolutio terræ ſuper xxxvj. annorū millia, inuenitur ergo illud in ciuitatibus propinquis littoribus marium, vt approximet eis mare, ſicut ciuitas Axym, & ciuitas Medecuel, & ciuitas Serendid, & inſulæ Auri, & illæ quidem ciuitates ſunt ſuſicut ciu Indię, & per mare itates, quę ſunt ſuper mare Alæpila, & Gemon, quæ eſt ſuper luuiem mare, & ſicut Aegyptus, & ciuitas Alexandria, quæ ſunt inter mare rubeum, & inter mare aſſemus. & ſicut ciuitas Roma, & Bizantiū & ciuita

tes

tes multæ, quarũ rememoratio prolongatur. nos aũt nõ uidimus, ꝙ mare fuerit propinquius iftis ciuitatibus, neque longius, quàm eft hodie. neq; peruenit ad nos de præteritis annis ex regnis præteritis, neq; in hiftoria Regis, neque fcripferunt fapientes ex eis, qui locuti funt in mari & pluuijs, ꝙ fuerit propinquus, aut longius ciuitati, nifi ficut hodie eft. Iam ergo manifefta eft & plana per ea quæ diximus in tractatibus, deftructio intentionis eius, qui dicit, ꝙ mare eft permutatum fuper terram, & apparet error eorum qui æftimauerunt illud. dico ergo quod in orbe eft elemẽtum unum, aut duo, aut tria, non plura aut pauciora. Dico igitur, ꝙ fubftantia corporis Solis eft alia à fubftantijs corporum ftellarũ & Lunæ: quod eft, quia Sol habet lumen. & lumen Lunæ, & ftellarum eft acquifitũ à Sole, ficut oftẽdimus in alijs libris ab ifto, ex naturæ editione, Iam ergo apparet & eft manifeftum, quod fubftantia corporis ftellarum & lunæ eft alia à fubftãtia corporis Solis, ficut candela quãdo opponitur ei fpeculũ: illuminatur. n. fpeculum à fubftantia candelę, & eft alia à fubftantia fpeculi. iam ergo apparet nunc, ꝙ illud, quod diximus, & quod oftenfum eft, ꝙ fubftantia corporis ftellarum & Lunę eft alia a fubftantia corporis Solis: & fimiliter eft fubftantia corporis orbis, abfque fubftantia corporis ftella & lunę: quod eft, quia fubftantia corporis orbis ex fubftantia corporis ftellarum & Lunę recipit lumen. & non illuftratur fplendore, ficut illuftrãtur corpora ftellarum, & fimiliter oportet quòd fubftantia fit corporis orbis alia à fubftantia corporis Solis. Iã ergo apparet per ifta accidentia, & has inquifitiones, ꝙ corpora eorũ funt diuerfarũ fubftãtiarum,

um, & ꝙ orbis cum eis quę sunt in eo, sunt tria ementa, s. tres substantię : ergo & Sol est substantia per se, & stellę, & Luna substantię per se: si nos aggregamus illud in dictione vna, tunc icimus, ꝙ orbis est elementum quintum, quando discernimus inter ipsum & inter ignem & aem, & terram, quoniam est separatu ab eis per materias iiij. in natura & genere, & nos non dimus in eo, quia est leuis, & ex eo elemento inis, neque grauis, & est ex elemento terrę. nã, si sset ex vno elementorum horum ingrederetur super ipsum corruptio & alteratio, aut particulariter, aut uniuersaliter, & caderẽt sub generatione & corruptione. hoc aũt non est inuentum n eo: immo creator posuit eum causam generationis, iam ergo declaratur per illud, quod exposuimus, numerus elemẽtorum eius. Quãtitatẽ verò eius iam ostendimus in libro, quem cõposuimus super mensuratione superiorũ, & narrauimus in ipso quãtitatem ipsorum ab inuicem, & proportione corporum stellarum, & reuelationẽ orbis, & egressionem linearum eius, & quantitates opere syllogistico demonstratione cadente sub sensu, & illud est quod volumus exponere. Quia ergo peruenimus super illud, cuius voluimus declarationẽ, tũc redeamus super illos qui dixerunt ꝙ orbis est infinitus. Dico ergo, ꝙ elementa quatuor, s. terra, aqua, aer, & ignis sunt finita: quod est, quia vnicuique eorum est extremitas inuenta: ergo oportet necessario quòd sit ei extremitas secunda : & omne, cui sunt duæ extremitas, est finitum. vos autem dicitis ꝙ non est finitum: hoc autem est ex magno impossibili contingente dictum. dico enim, quod dicitis, in elemento vnũ est mobile, aut quietũ, necesse est

ergo

ergo eis dicere, quia est mobile & motus eius re-
uolubilis est super medium super duos polos, po-
lũ meridianũ, & polũ septem rionalẽ. Postq̃ ergo
manifestũ est, quòd est ei medium & datum est
ei illud, quòd oportet vt sint ei extremitates ne-
cessariò; & omne, cui sunt extremitates, habet
vt locatum sit, & finitum . iam ergo planum est
non quòd mundus habet medium, & omni, cui
est medium, sint duæ extremitates, & omne, cui
sunt duæ extremitates, est habẽs finem & iteru
omne, cui est extremitas vna, necessariò est ex-
tremitas secunda. Iam ergo manifestum est per
illud, quod præmisimus, ꝙ mundus est finitus,
& manifestus est error eius, qui dicit eum infini-
tum: quia autem dixit Primorum, quòd latus me-
ridianum terræ est eleuatũ, & quod latus Septẽ-
trionale contractum & depressum, dicit, quod
quidam ex Regibus eorum voluit aggregare in-
ter duo maria, mare rubrum, & mare expãsum,
scilicet semmi, vt ingrederetur ex mari semmi
ad mare rubrũ, & esse per illud introitus ex ter-
ra Romanorum ad terram Admot, & terram Ia-
mam, & ex terra illius partis ad hanc, & tran-
sierunt inde ad mare Persicum continuum cum
duabus insulis daieli & altarilem, & quòd est il-
lic, & alleuiaretur per illud super eos studium.
Aestimauerunt ergo, quòd quidam ex sapienti-
bus eorum prohibuit Regem ab hoc opere, & di-
xerunt, quòd causa ipsum prohibendi fuit pro-
pterea, quòd ipse accepit altitudinem maris ru-
bri, & altitudinem maris semmi per xj. stadia, &
stadium quidem est octingentorum cubitorum
submerguntur ergo ciuitates, quę super maris li-
tora sunt, ab vtriusque lateribus simul, sicut ciui-
tas Alexandria, & Damach, & Dimix, & Al-

pharine,

marine, & Erte, & Sicilia, & Corisca, & Sardinia, & aliæ insulæ, quę sunt circiter lvij. insulę, quare submergentur multæ ex regionibus. Post quam ergo narrauit Regi, dimisit illud, ad quod itēdebat, vel ꝙ dixerunt Redeamus ergo super nos in hoc sermone certo, & syllogismo geometrico cum demonstratione rationali. Dico ergo illud, quod de mari rubro in mari semmædie aqua transit super alueum per ęstimationem nostram, & non esset alueus, quem foderent, latior illo, qui est cadens in hoc mare, cuius timemus exitū. Ipse autem cōcurrit in ipsum multis millibus annorum: ergo in eo addit nō aliquid, & maximè cum multiplicet Nilus apud transitum suū, quando redit Sol ab vltimo termino Septentrionis ad latus Meridiei: sic ergo verus esset sermo, quem dicitis & opinio, quā putatis destruxisset de ciuitatibus, quas timetis ꝑ additiones aquæ & istis insulis multæ, & destruentur quædam eorum cum multitudine facta, quæ ingreditur ex duplo eius, scilicet continente sphęram ex parte Orientis, & ex parte Meridiei: ingreditur enim aqua in mare semmi à parte Occidētis ex mari continente, ergo accideret eis accidēs, quod timuerunt: nòs autem non videmus illud accidens. Iam ergo manifestum est contrarium eius quod didicerunt à magistro suo, & non opinati sunt hanc opinionem, & dubitauerunt in se ipsis hanc dubitationem, nisi qui habitant in terra Aegypti. aut sunt in circuitu Nili. Ipsi verò considerauerunt aduentum Nili ex parte Meridiei recedentes ad Septentrionem, & putauerūt, ꝙ ille accessus non est, nisi de climate terræ ad partem Septentrionalem, & quòd ipsa eleuata est ad partē Meridiei, quare accidit ex hoc opi-

nio

nio falsa.oportet aũt vt acciderct illis hæc
nio a ratiocinabilibus ipsorum, qui habitan
tera Tygris,& Euphratis,& dicerent, ꝙ illa
ra ex parte septentrionis est vehementius e
ta ꝑꝑ decisionẽ horũ duorũ fluminũ ex part
ptentrionis ad partẽ meridiei:exius.n.Tigri
ex mõte Armeniæ,& exitus Euphratis est ex
ra Alchazar,& casus eorũ est in mare Persic
Oportet ergo vt acciderit in mari Persico , q
timuerunt super mare Sẽmi & magnitudine
gris,& Euphratis,& multitudine aquæ eorũ
ergo manifestus est error eorũ,qui ęstimaue
ꝙ terra est eleuata ex parte,& cõtracta ex pa
& apparet error eorũ, & ꝙ ipsa est centrũ m
di totius, & ꝙ ipsa est ẜm æqualitatem ex om
parte cum superficie aquæ,& ignis cõtinens
rem.Remansit aũt super nos, vt dicamus co
ptionem elementorum quatuor.s. terræ , aq
aeris , & ignis . ingreditur aũt ea corruptio
sensum,quo sentimus:quod est,quia aere in
gidatur & calefit & humectatur & exiccatu
aqua infrigidatur & calefit,& accidũt in ea d
cedo & amaritudo & salsedo,& terra infrigi
tur,& calefit,& si non fit per totum, fit per p
tem. fuit aũt in diebus Philippi Regis via mo
Macedoniæ inter duos montes, & superuen
bat ei in quibusdam momentis, hora, quia n
transirent super illam viam aliquis equitũ &
ditũ,qui nõ caderet mortuus,qñ erat inter il
duos montes. Interrogauit ergo de illo Rex P
lippus quosdam sapientes suos,& nesciẽrũt c
sam illius donec præcepit Socrates ei facere f
bricam altam: fecit ergo ei & Socrates posuit
ea speculum de calibe : apposuit ergo inspice
in speculo, quod præparauerat oppositum du
bus

is montibus: vidit.n. duos dracones magnos, vnum ex hoc monte, & alterum ex monte scdo, vnusquisq; eorum aperuerat eos suum aduersus sociū suū, & egrediebatur ex orificijs eorū vapor, & corrumpebant illū aerē. & dum Socrates sedebat aspiciendo in speculo, & consideraret dracones, trāsibāt super illam viā equites. Vidit ergo Socrates eos cadentes de bestijs. sciuit ergo fuit illud pp vaporem, qui fuerat egressus de ventribus draconū, & ꝙ ille corrumpebat aerē illius loci. Festinauit ergo descendere ad Regē, & narrauit ei, præcepitq; exire in montem, quare interfecti sunt: saluatusq; est locus, & non accidit in eo, quod acciderat. miratus ergo est Rex de sapientia Socratis, & illud quidē non fiebat, nisi sicut qn̄ proijcitur hyoscyamū in lacubus, & fluminibus, & accidit piscibus illorum fluminū ebrietas, ita ꝙ volunt exire, & sicut corrumpuntur aeres aut per superfluitatem siccitatis: quare accidunt habitatoribus illarum regionum ægritudines paruæ, & pestilentiæ mortiferę. iam ergo exposuimus, cuius voluimus expositionem.

Cap. II.

QVia ergo p̄missus est sermo à nobis in eis, quę præterita sunt de proprietatibus rerū, tunc loquamur nunc in proprietatibus thermarum sermonem vniuersalem, quia iam pręcessit sermo in eis à Primis. & determinamus illud determinatione sufficiēte. Milesi⁹ aūt Philosophus locutus est in eis, & cōuenit super illud multitudo eorum, qui secuti sunt eum. Dicit.n. ꝙ causa, qua est aqua thermarum calida, non est est nisi pp ventum calefaciētem in profunditate terræ & in cōcauitatibus quæ sunt in vētre eius: quare cōuertitur caliditas illa super aquā, & calefacit,

eam.ergo egreditur calida. Dico ergo, ꝙ iste sermo est manifesti erroris, & quia sequitur impossibile, & inconueniēs ualde. sed, si sermo, quē ipse dicit, esset, & opinio quā putauit, oporteret vt egrederetur ille ventus, & ille vapor calidus cū egressione, donec corrūperetur: nos autē inuenimus hāc aquā sempiternę caliditatis: oportet ergo p̲ hanc inquisitionē vt sit via Milesij nō vera, & determinatio eius non cōueniēs ratiocinationi Philosohpiæ. Verùm Rētipholos philosophus dixit in illo sermone, in quo cōtrarius est Milesio, & secuti sunt eum in illo multitudo hominū & dicit, ꝙ terra in illo loco est rara, nō coniunctarū partiū, vehemētis mollificationis, cui est durities: quare ingreditur eam caliditas Solis. ergo calefit aqua in cōcauitate terræ in foueis, quæ sunt in ventre eius: quare est illud causa illius caliditatis. dico ergo iterū, ꝙ hæc via nō est vera, neq; conueniēs ratiocinationi geometricæ, quòd est, quoniā si sermo, quē ipse dicit, esset, & opinio, sicut ipse putauit, oportet ut p̲mutaretur terra in illis locis, qn̄ declinat Sol in latus meridiei, q̄d est latus hyemis, & minueretur illa caliditas in illo t̄pe, & adderetur in tēpore æstatis. Nos autē nō videmus illud, & ꝙ ęqualitas caliditatis in illa aqua existit in tēporib. quanto. s. in hyeme, æstate, vere, & autumno. iam ergo ostensum est nūc, ꝙ ille sermo est impossibilis, & non est aptatio cōueniens omnino. Democritus autē dicit, ꝙ causa in caliditate huius aquæ est, quia in concauitatibus, quæ sunt in ventre terræ, sunt montes, calcis. cum ergo currit aqua super illos montes, calefit, & egreditur aqua calida super faciem terræ. Dico ergo, ꝙ hunc sermo nē ingreditur, q̄d est cōtrariū cōsiderationi & ratio-

ciocinationi qđ ē, qa calix nõ calefit, nisi sit associata cum igne, & locata sit caliditas in ea. cũ ergo effunditur super eam aqua, efficitur calida. Iam ergo manifestum est, ꝙ ad calcem, quæ est in ventre terræ, nõ perueniat ignis. Iã ergo consequitur hanc intentionem, quàm intendit Democritus & facta est. impossibile inconueniẽs ꝙ nõ potest esse: quare ergo iã manifesti sunt quidã de sermonibus eorum per inquisitionẽ præcedentem: & dico tunc in illo sermonẽ inconuenientem ad comprehendendum quod rectũ est: quia quod est quod dicam in illo sermonem facientem esse necessarium, quòd aqua currit sup mineras sulphuris: quare calescit super illud. & signum illius est, quia odor sulphuris est inuentus in illa aqua, & quãdo inuenitur in ea sapor eius extinguitur & candela, & remanet in lichnio eius de igne, & puluerizatur super ipsũ puluis sulphuris & accenditur, & quandoque conficitur lutum cum naphtha & sulphure, & fit ex eo lichnium, & ascenditur & comburitur.

Cap. III.

ET similiter dicimus in vulcano, qui est in terra Siciliæ intra mare Semmi ꝙ illæ concauitates & ruinæ in quibus sunt ignes, non sunt nisi ex sulphure in uentre illius montis. cum ergo flat ventus & mouetur vnda illo motu coarctat vnda illũ mõtẽ, & calefit propter illud sulphur, & accenditur in eo ignis, & egrediũtur ex eo fumus & lapides combusti perficitur ergo ignis in illo mari, & lapides natãt super aquas. quod est, quia omne corpus graue, quando aduritur, alleuiatur, & similiter autem accidit istis lapidibus

collectis ex illo vulcano: iam ergo ostensum est per illud, quod nunc diximus, quod Primi & sententiæ, quas narrauerant & intenderunt illi, quidam Mileus & Replilos, & Democritus, non sunt concedendæ.

Cap. IIII.

QVi ergo iam compleuimus narrationem hermarum & uulcani, dicamus nūc quod dixerunt quidam Philosophi de terra. Referunt quidam Philosophorum, quod terra fuerit in principio compositionis rotunda plana, in qua non fuerunt ualles, neque montes quia erat sphericæ figuræ, sicut corpora superiora, & quod istarum uallium, quę sunt in ea, & istorum montium, causa non est nisi commotio aquarum. cauauerunt autem loca rara, & facti sunt montes, & quod loca rara, postquàm cauata sunt, facta sunt loca marium. Dico ergo, quòd illorum, qui dixerunt hunc sermonem, & intenderunt hanc in sententię iam peruenerunt ad sententiam eorum, qui dixerunt, quòd maria sunt permutata super sphæram. nos autem iam redarguimus sermonem eorum, & fregimus sententias eorum per demonstrationes in principio lib. Nunc autem redeam super illo, qui dixerunt hūc sermonem super reditione sufficiente, qua nobis possibile est per propositiones cadentes sub sensibus intellectus, & sententijs geometricis. ¶Dico in primis in esse pluuiæ: quia non est possibile, ut fiat perforatio in terra perforatione, quod est Dei, dicamus, quod fuit terra leuis & rotunda, in qua non fuerunt ualles, nec habuerit montes, oportuit ut esset su

perficies

perficies corporis induta corpore aquę indumē-
to ęquali ab omnibus partibus: ergo cecidit aqua
descendens ab aere super aquam, quę erat super
faciem superficiei terræ . ergo putatur de hac
aqua exiftente super faciem terræ, ꝙ non cessa
bit perforari ab ea parum à principio composi-
tionis . Quod dixerunt, quod terra fuerit leuis,
rotunda ab omnibus partibus, & ꝙ superficies
aquæ fuit super eam per mensuras, & leniuit vē
tus aquam illam, & mouit eam, & facta est in ea
inundatio, & factum est quiddam terrę cōcauū,
& quiddam eius gibbosum, tunc sequitur hunc
sermonem impossibile expellendum demonstra
tione. Quod est vt dicamus sermonem facientē
necessarium, cui attestatur uisus. Quod est, quia
uentus non est nisi ex uapore terrę sicco quomo
do ergo oportet ut egrediatur ex terra vapor sic
cus, cùm iam prohibuerit ipsum aqua, quæ est
super faciem terræ, & humiditatem suam, & fri
giditatem deinde quoniam facta est aqua uela-
men inter terra & aerē, tunc manifestum est per
hanc inquisitionem, quia non esset res sicut pu-
tauerunt, aut intētio, sicut ad qđ intēderunt nō
esset uento motus omnino. Iam ergo manifestū
est, ꝙ terra nō cessauit perforata esse à principio
cōpositionis: & corrupta est intentio eorū & de
structus sermo eorū quia putauerūt, ꝙ terra non
est perforata. Et quia iā peruenimus super illud,
cuius uoluimus declarati onē de causis rerum &
qualitate elementorū, & diximus in illo sermo-
nem ultimū cum arctissima inquisitione & sub-
tilissima sententia & breuissima, & opere cogita
tiuo, & ostendimus sermonē quorundā sapiēter
instructorū in philosophia famosorū per loque-
lam in naturis rerū; remāsit ergo super nos, ut di

camus qualiter est terra, præparatio marium & transitus fluminũ, & exitus eorũ, & partes ciuitatum & loca regionũ & cõpositio ciuitatũ, quę sunt super litora mariũ & effusio fluminorũ, & cognitio aliorũ ab alijs. Dicemus ergo illud determinatione sufficiente vt significet speculatori super ęstimationem eius, qui errauit ex illis, qui dicunt se scire naturas rerũ & significet errorẽ eius, qui æstimauit, ꝙ terra est mobilis non quieta, & frangatur in illo iterũ sermo eius, in cuius mente stat, in cuius intellectu fingitur, ꝙ mare & flumina sunt permutata super sphęram, & ꝙ ipsa indigent motu vniuersali non particulari cognitione, aut esse in salsedine maris & fluminorum, & dulcedine eorũ, non est iste locus, cognitionẽ verò longitudinum ciuitatis adinuicẽ, & numerum pedũ eorum iã narrauimus in lib. longitudinũ ciuitatũ, & determinauimus determinatione sufficiẽte. Cõuersio ante quæstionũ, de quibus innuimus in principio lib. in frangendo sermonem, qui æstimauit ꝙ terra mobilis est hoc modo. Oportet enim vt resoluta esset forma à figura, secundũ quam est in successionib. præteritis & tẽporibus pręteritis, & permixta essent maria salsa vndosa cũ fluminib. dulcibus, & similiter accideret inde permixtio aquarũ ad inuicẽ, quarũ essent omnes aut dulces, aut salsæ. nos aũt nõ testificamus hoc in sensu visibili, neque venit ad nos apud terminos q̃ pręcesserunt. nos aũt incipimus nũc de modo terrę, & narratione ordinis mariũ, & fluminũ, & locorũ, & ciuitatũ, & regionum, ita vt si illud sicut visus intellecturus, cui non est simile aliquid non uerũ. Conducã ergo circulum maris continentis sphęrã, & protraham ex mari continente gausum, &

est

est mare Indũ continuũ ſicci, & continuatur cũ ea mare abelula, & eſt mare Perſicũ, in quod intrat tigris & Euphrates, & egreditur ex hoc mari primo quòd eſt mare Indum galſus: ſecundũ mare eſt rubrum, & egreditur à mari cõtinente iterum ex partes Semmi gãſus, quo vocatur berdil, mare ſcindens terram Romanorum, & egreditur ſub polo vniuerſali Ganſus, qui dicitur mare Delin, cuius extremitas venit ad partem meridiei & terram Choriſcen. Euphratis autem exitus eſt ex monte Armeniæ, & aſcendit ad Aglog, & exitus Tigris eſt ab Oriente terræ Armentorum, & aggregatur cum Euphrate ſub Bagdel & cadit in mare Perſicum: & egreditur Nilus de terra Aethiopiæ, & cadit in mare Semmi in Alexandria: & egreditur Gion de monte Raſmi, qui eſt in India, & cadit in mare orientale. Volo autem oſtendere regionum loca, & marium. Ponam ergo punctum A locum Sin, & punctum B, Indiæ, & punctum C, Perſiæ, & punctũ P Scelanum, & punctum L heliceb, & punctum E ſemi, punctum D irat, & pũctum F Romanis, & punctum Hiſpaniæ, & punctum G D Aethiopiæ, & punctum M H Telim, & eſt inſula magna, & punctum E baſaranti & alcuſati occidentali Bagdel, & bagdel eſt inter Tigrim & Euphratem & punctum N Conſtantinopoli. nos dimiſimus narrationem plurium regionum, quia vidimus, quòd in eis quæ oſtendimus, eſt ſufficiẽtia ad id, quod intendimus de deſcriptione qualitatis marium & fluminum magnorum & ciuitatum, non eſt ergo nobis neceſſitas plurium, quia iam nos oſtendimus loca eorum & cognitionem longitudinis in alio lib. ab iſto, & diuiſionem ciuitatum & longitudinem fluminum, &

numerum montium fermone abbreuiato, & determinato: hoc eft ergo illud, cuius voluimus declarationem.

Libri de Caufis proprietatum elementorum finis.

FINIS.